123 Conſuetudo, & lex paris ſunt potentiæ.
124 Faciens actum contrarium primo de quo eſt certificatus videtur à primo recedere.
125 Regula non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum quomodo procedat.
Voluntas etiam ex actu nullo colligitur. ibidem.
126 Conſuetudo inducitur ex actis multiplicatis etiam nullis, & poteſt fieri dupliciter. nume. 130.
127 Dicens teſtamentum inofficioſum nulliter non poteſt petere relicta in teſtamento.
128 Loqui in actibus inter viuos, aut in vltimis voluntatibus quid ſit.
129 Quælibet ciuitas, & quodlibet caſtrum poteſt conſuetudinem facere.
130 Conſuetudo dupliciter conſyderari poteſt.
131 Conſuetudo irrationabilis non excuſat quo ad Deum: tamen quantum ad forum fori valet.


tum




132 Vbicunq; princeps in facto ſpecifico reſpondendo, aut ſcribendo dicit toleramus: tunc videtur approbare, & diſpenſare.
133 Tolerantia ſuperioris non inducit approbationem rei illicite.
134 Maior pietas eſt elargiri amicis pauperibus, quàm extraneis.
135 Ignorātia in facto proprio admittit propter multitudinē negotiorū.
136 Princeps in iure aliquando errat.
137 Quicquid princeps loquitur, & vult eſt lex.
138 Leges priores debent trahi ad poſteriores.
139 Statutum, vel lex poteſt ad libitum ſtatuentium reuocari.
140 Clauſula derogatoria differt à ſimplici proteſtatione.
141 Papa faciens promiſſiones ciuitati alicui ſibi ſubiectæ tenet ſeruare.
142 Licitum eſt doloſum dolo decipere.
143 De Epiſcopo ſymoniaco aſtu Papæ decepto.
144 Iudex promittens delinquenti remiſſionem delicti ſi illud conſiteatur, ſi poſtea conſitetur poteſt eum condemnare.
145 Nullus eſt dolus ſi fides prædonibus non ſeruetur.
146 Princeps non poteſt promiſſa reuocare ſine cauſa.
147 Per ſtatutum non poteſt clerico auferri ius cōmune, & quòd clerici reſpectu Imperatoris dicuntur magis non ſubditi quàm laici. ibidem.
148 Princeps in dubio non præſumitur de facto procedere, nē inde naſcātur iniuriæ, vnde iura naſcuntur tex. l. ſi quis curialis. C. de Epiſco. & cleri procedit de facto non de iure, multa notatu digna. ibidem.
149 Si clericus fieri volebat decurio cedebat bonis.
150 Dum clericus ſæcularibus adminiſtrationibus intendebat, ea quæ Dei ſunt negligere videbantur.
151 Conſuetudine clericorum ſublatæ fuerunt per laicos.
152 Priuilegium conceditur non ſubdito propter aliquod factum, vel datum, & quare.
153 Ciuitas ſtatutum reuocare non poteſt.
154 De clauſula derogatoria quædam notabilia.
155 Clauſula expreſſa, & tacita quid operantur.
156 Prohibitio teſtatoris tacita non inducit annullationem actus in contrarium factus.
157 Argumentum à contrario ſenſu colligitur ex tacita coniectura.
Intellectus nouus l. ſi. ff. de leg. ij. ibidem.
158 Argumentum à contrario ſenſu idem operatur quod expreſſum.
159 Expreſſa clauſula derogatoria impedit ſecundum actum contrariū, niſi de illa fiat mentio.
160 Epiſtola præſumitur ſolenniter facta.
161 In epiſtola mercatorum ſolennitas debet exprimi.
162 Verbum pertineant, intelligitur per ſideicommiſſum.


Proteſtatio

163 Proteſtatio, vel clauſula derogatoria facta in vna diſpoſitione non porrigitur ad aliam.

164 Differentia inter epiſtolam, & codicillos.

165 Clauſula, ſiue proteſtatio, poſita ad augmentum quid operatur.

166 Actus in cõtrarium valet contra verba narratiua, & enunciatiua teſtatoris.

167 Teſtator non poteſt diminuere ſolennitates inductas à iure, nec nouas & inſolitas addere poteſt.

168 Ex actu nullo declaratur voluntas teſtatoris.

169 Voluntas tacite reſultans ex actu nullo, non eſt adeò potens vt actũ validum tollat.

170 Dubius eſt euentus litis.

171 Primo teſtõ facto inter liberos, in ſecundo debet fieri mẽtio ſpecialis.

172 Ratione paritatis fauoris, an priuilegia confundantur.

173 Quãdo in derogatione legis prioris debeat fieri mentio in poſteriori.

174 In duabus conſtitutionibus contrarijs eiuſdem principis primum colligitur notabiliter.

175 Per ſecundum reſcriptum iuri contrarium non ſolùm tollitur lex: ſed nec ipſum reſcriptum valet.

176 Si legitimetur filius natus ex ea cum qua non poterat eſſe matrimonium non ſufficit quòd dicatur non obſtante aliqua lege: ſed debet dici nominatim non obſtante.

177 Quando lex habet clauſulam derogatoriam requiritur quòd reſcriptum faciat ſpecialem mentionem.

178 Secundum reſcriptum contra conſtitutionem conciliorũ non valet, niſi in eo fiat ſpecialis mentio de illa conſtitutione conciliari.

179 Oĩs cõſtitutio cõciliaris dicitᷣ continere tacitã clauſulã derogatoriã.

180 Difficilius rumpitur quod eſt maiori authoritate roboratum.

181 Generalis clauſula quæ non poteſt verificari niſi in vna ſpecie habet vim ſpecificæ expreſſionis.

182 Vbi conſyderatur prærogatiua rei dignioris non ſufficit generalis mentio, ſed ex ſpecifica.

183 Quando in aliquo actu actio eſt data forma, non ſufficit illam adimplere per equipollens, ſed debet ad vnguem obſeruari.

184 Quando certa ſcientia probatur derogatio, tunc non cauſatur ex ſimplici certificatione, ſed ex mera voluntate principis.

185 Teſtamentum poteſt conſyderari dupliciter.

186 Per clauſulam non obſtante, non tolluntur ſtatuta iurata.

187 Iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ

188 Clauſula derogatoria non tollitur per clauſulam non obſtante, ſed requiritur ſpecialis mentio.

189 Vbicunq; in ſtatuto aliquo eſt iuramentum reuocato ſtatuto, in conſequentiam iuramentum tollitur tanquàm acceſſorium.



190 Sublato actu principali per viam ſtatuti tollitur iuramentum.

191 Nunquid per ſecundum ſtatutum reuocetur primum iuramentum, non facta mentione iuramenti.

192 Si ſtatutum reuocatur ab eodem ſtatuente, & nulla requiritur mentio: ſecus ſi ab alio.

193 Lex etiam valet ſine maturitate.

194 Ratione æqualis vtilitatis publicæ, & poteſtatis, ſecunda lex tollit priorem.

195 Vbi princeps contra ius reſcribit ex certa ſcientia non eſt neceſſaria clauſula non obſtante.

196 Certa ſcientia etiam ex geminatione reſcripti colligitur.

197 Motus proprius non arguit informationem principis.

198 Sicut per reſcriptum conceſſum ex certa ſcientia tollitur lex contraria, ita ſi fuerit motu proprio conceſſum.

200 An princeps concedendo aliquod beneficium incapaci ſciente videatur ſecum diſpenſare.

201 Reſcriptum quid eſt, & priuilegium quid ſit. ibidem.
Et quomodo differunt. numero. 205.

202 Si cõcedatur reſcriptũ cõtra ius mutat nomẽ, & dicitur priuilegiũ.

203 Fruſtra precibus impetratur quod iure communi conceditur.

204 Ea quæ ad cauſas defendendas conceduntur, perennia eſſe debent.

205 Arbitrium iudicis debet regulari ſecundùm mentem legis.

206 Reſcripta contra ius debent reijci.

207 Vt valeat vnus actus non debet tolli alius.

208 Verbum ſingularium in iſto tex, ponitur ratione maioris frequẽtiæ.

209 Statutum conſtituens idem quòd ius commune: an dicatur ius commune non ſtatutum, & operatur vltra ius commune, nu. 220.

210 Si in eccleſia eſt ſtatutũ iuratũ, & p Papã cõfirmatũ: quo cauetᷣ quòd nõ admittatur illegitimus in eccleſia: an Epiſcopus poterit diſpenſare. Statutum quòd quilibet poſſit accuſare, reſtringitur ad habiles ſecundùm ius commune. ibidem.

211 In ſecundo priuilegio debet fieri mentio primi: niſi primum contineat ſolùm ius commune.

212 Maſculis non extãtibus quòd fœminæ ſuccedant quomodo procedat.

213 Si arbiter condemnat aliquem, & dat ei dilationem quatuor menſium, ſi condemnatus non ſoluat poterit moram purgare.

214 Si ſit facta commiſſio quòd iudex procedat ſecundùm ius, an poterit iudicare ſecundùm ſtatutum.

215 Nunquid ſi vniuerſitas facit legem municipalem de caſu deciſo per conſuetudinem detur actio ex conſuetudine.

216 Actio quæ datur ex ſtatuto eſt ſubſidiaria.

An extra-

217 *An extrauagans continens idem quod ius cōmune dicat̃ ius cōmune.*
218 *Statutū vltra ius cōmune, an dicatur mere ius: & an inſcribẽs ſe ad pœnam talionis teneatur in plus quàm per legem tenebatur. ibidem.*
219 *Statutum quòd ſpurij non ſuccedant intelligitur de ſpurijs prohibitis à iure communi.*
221 *Argumentum de pacto ad ſtatutum valet affirmatiuè.*
222 *Conſuetudo concurrens cum iure communi illud reddit fortius.*
223 *Conſuetudo an dicatur rationabilis relinquendū eſt arbitrio iudicis.*
224 *Conſuetudo in dubio, qñ nõ eſt contra legẽ rationabilis præſumitur.*
225 *Quando relinquitur caſus arbitrio iudicis declaratur. ibidem.*
226 *Quando conſuetudo eſt præter ius, præſumitur ſemper rationabilis.*
227 *Bonum eſt habere iudicem fauorabilem.*
228 *Iudex debet bene diſcutere cauſam, & ſequi communem opinionem.*
229 *Illa dicitur rationabilis conſuetudo quam eccleſia approbat.*
230 *Quando ius commune reſiſtit, non poteſt noua conſuetudo induci.*
231 *Lex habens plures intellectus quomodo poteſt allegari, & quãdo lex præcepti habet plures intellectus, faciens contra eam non peccat. ibid.*
232 *Si ex pluribus intellectibus aliquis ſit communiter approbatus, & alij reprobati, perinde eſt, ac ſi eſſet vnus intellectus.*
233 *Intellectus. l. iij. § diuus. ff de ſepul. violato.*
234 *Populus per ſuum ſtatutum poteſt tollere legem principis.*

## Licet Romanus pōtifex, &c.

Iſta decretalis, quæ à Doctori. noſtris exactiſsimè eſt diſcuſſa, habet ſe veluti Oceanus ad materias legum, priuilegiorum, reſcriptorum, contractuum, pactorum, vltimarum voluntatum, & aliorum actuum humanorum in quibus datur rerum viciſsitudo, & prioris voluntatis mutatio. Quamobrem ad eam vndique tanquàm ad fontem accurritur, & ob eam cauſam plures ſuper ea ordinariè ſcripſerunt nonnulli etiã Mod. repe quaſdã ſuas ædiderunt, qui adeò minutum rete contexere conati ſunt: vt nihil penè euaderet. Verùm vt inquit Sene. inueniẽdis inuenta non obſtãt, præſertim in hac iuris diſciplina, in qua ſemper nouum aliquid occurrit: vt dicit Imper. in l. ij. c. de vete. iu. enu. Decreui ego more Diogenis dolium quoque vertere: ac veluti nouiſsimus operarius poſt terga metentiū ſpicas colligens manipulum conficere. Et ne propter meſſorum multitudinẽ, ac rerum varietatẽ offundamur in inter-

pretatio-



pretatione iſtius capituli, hunc ordinem tenebo. Nam ante omnia notabilia plura noua iuxta ordinẽ literę colligã, quę alij Doctores omiſerunt, poſt hæc notabi. Gemi. ordine ſuo repetam plura ad ea addendo, vel detrahendo, prout dubitari continget Summatur & diuidit̃ iſte tex. vt hic cōmuniter per Doct. Noto igitur primò ibi, Romañ. pontifex &c. Quòd inter cætera nomina iuris, quæ Papæ tribuuntur, & de quibus Archi. hic, & Præpo. in c. ſtatuimus. iiij. diſtin. meminerunt, illud eſt magis in vſu, & à iure communi probatū
1 † ꝙ ſolus Papa appellatur Roma. pontifex. Ita ad hoc iſtum
tex. cum pluribus concor. no. Mod. Neapo. in repe. c. ad limina. vbi etiam eſt de hoc tex. xxx. q. j. in j. not. ad idem eſt etiã
tex. in cle. ne Romani. de elec. Hoc enim nomẽ deſignat locū
2 vbi collata eſt dignitas, † & ideo conceſsio facta ſub iſto no
mine non erit perſonalis, ſed durabit mortuo pōtifice: vt dicit Domi. qui ad hoc not. iſtum tex. in c. ſi gratioſè. ver. quæro nunquid. in ij. col. j̃. de reſcrip. aliqñ tamẽ ſecundùm ſubiectã materiam perſonaliter capi poteſt: vt Mod. tradūt poſt
3 Bal. in c. ſedes. in prin. de reſcrip. ſic etiã videmus † ꝙ hoc no-
men Papa, poteſt pro dignitate capi, & pro perſona: vt declarat Bal. in c. ſanè. el ij. in fi. de offi. dele. nã ſecūdùm ipſum, Papatus vt dignitas nō vadit ad inferos, poteſt tñ Papa ſe eo-
4 rum conſortio cōmunicare, ita hæc Bal. † & adeò hoc nomẽ
Roma. pontif. ſoli Papæ cōpetit, ꝙ licet Legati de latere perſonã Papæ repræſentẽt, & eãdẽ habẽt poteſtatẽ: vt latè ſcribunt Mod. in trac. de of. leg. Illud tñ nomẽ ſibi tribuere non poſſunt: vt dicit Imo. in cle. cū ex eo. in fi. de ſent. excō. & in
5 cle. cùm cōtingat. in ij. col. de re. do. † Et dicitur pōtifex ſe-
cundùm Archi. hic, & Pet. de Anc. quaſi faciens pontem ad bene beatéque viuendū: & idẽ dicit Car. in cle. j. in princ. de pœ. Abb. & Mod. in c. j. de iud. Iaſ. in rub. ff. de acquir. poſſ. & alibi ſæpe, & hãc nominis deriuationẽ nō ſolùm Docto. noſtri ſex ex Doctoribus pollitioris literaturę ſequitur Beroal. ſenior in adnota. ſuis, fo. 1. dū declarat illud carmẽ Ouidij, *Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes*. Sed modò diligẽter aduertẽdū eſt: quia iſta deriuatio quę ab oĩbus paſsim approbat̃, nō mihi ſatisfacit, ex eo quia ſi primã eius vocabuli originẽ repetimus, quæ ab Hebræis deſcẽdit, ſecūdùm Bal. in l. reſcripta. in ij. col. c. de pre. Impe. of. apud quos etiã primus pōtifi-

catus fuit,vt exorditur gl.& Nic.de Lyra,in li.ij. Mach.c.iij.
nihil magis alienũ apud ipſos reperiemus q̃ ꝙ hoc nomen
pontifex à ponte deriuatur,cùm huiuſmodi vocabulũ He-
braicæ nihi tale præ ſe ferat.Quinimo etiã ſi effectũ huius
aſſertæ deriuationis cõſyderemus,minus hęc deriuatio no
mini cõueniet,aut iudicio naturali quadrabit:nã ſi põtifex
ideo dicit̃ à põte,quia præbet viã ad bene beatéque viuẽdũ
iam religioſus quiſpiã & ſimplex vir exẽplo vitę honeſtę eã
dem viã præbẽs,illicò põtifex dici poterit cùm in eo effect⁹
ille cõſiſtat,rurſus ſi iã nõ ille præbeat deſinet eſſe pontifex.
Quæ q̃ ſint abſurda,& à ſenſu remota nemo eſt qui nõ faci-
lè intelligat.Sunt etiã qui dicant põtifices ab eo dictos ꝙ ab
eis primùm Sublicius pons Romæ factus,& reſtitutus ſæpe
fuerit,in qua ſentẽtia prim⁹ omniũ fuit Var.li.iiij.de lĩgua
latina,& ſecuti ſunt expolitiorib⁹ ferè oẽs cui ſentẽtiæ adſti
pulat̃ Pe.And.Gãmarus,ex ordine noſtro,vir inſignis in cõ
men. extraua.Iul. ij.pag.xlvij. & ante ipſum Mod.Aurelia-
ni,in rep.c.licet.de ele.pag.ix.à quo d.Per.bonã ſui commẽ.
partẽ accepit.Sed certè Varro quãuis literatiſsimus fuit, & q
illũ ſecuti ſunt in hoc grauiter ſunt decepti:quia tẽpore Nu-
mæ Põpilij,qui Regũ omniũ prim⁹ Martiũ Martij Patricij
filiũ põtificẽ creauit authore Liuio,nullus vtique põs Romę
fuit,vel etiã qui refici potuerit.Nã Ancus Martius ſecũdus à
6 Numa rex†Tyberij prim⁹ ligneũ põtẽ impoſuit Subliciũ à
ſublicibus,& leuigatis lignis appellatũ:vt Liui.in j.& Pli.lib.
xxxvj.c.xv.meminerũt.quo igit̃ potuit põtifex dici à ponte
7 qui nondũ erat,†nulla igitur poteſt fieri ſimilitudo rei cuius
imaginẽ nõ videmus.l.in teſtamẽto.ff.de cõdi.& demõ.nam
vt dicit Bal.in c.j.de feu.gua.vbi nullum eſt ſubiectũ corruit
correlatiuũ.faciunt quæ no.Dy.& Bart.in l.ſi ſic legatũ.§.ſi
mihi.ff.de leg.j.eo maximè,quia hoc vocabulũ pons,à quo
Doc.etymologiã noĩs acceperũt recẽs fuit, vt dicit Annius
li.xvij antiq.c.xij.nomẽ verò põtificis antiquiſsimũ,nõ igit̃
potuit ſimilitudinẽ ab eo vocabulo capere.& ita etiã Varro
nouiſsimè deridet Vigilius Zuiche.in cõmẽ.Inſti.ti.de teſt.
8 pa.vj.†Reiecta igit̃ hac leui opi.ego ſic dicã,ꝙ hoc nomen
põtifex,triplicẽ poteſt habere deriuationẽ.Prima,vt deriuet̃
à põti,dictione Hebraica,quæ ſecũdùm diuum Hiero.latinè
idẽ ſignificat ꝙ inclinatio,& inclinatio in reb⁹ diuinis idem
refert



refert ꝙ cærimonia,quæ per inclinationẽ,& corporis curua
tionẽ fit:vt in c.plerũque.§.his ita.ij.q.vij.Põtifex igit̃ dicit̃
quaſi factus & creatus ad cærimonias rerũ diuinarũ,quod
apertè innuere videt̃ diuus Paul.epiſto.v. & viij. ad Heb. &
huic etymologiæ reddet etiã effectus primæ ſuæ creationis.
9 †Nã legimus in veterib⁹ hiſtorijs Numã Pompiliũ ad illum
finẽ pontificẽ maximũ inſtituiſſe:vt illi omniũ ſacrorũ iura:
ac deorũ immortaliũ cærimonias cõmitteret,& nõ cœleſtes
modò cærimonias,ſed vt inquit Liui.lib.j.ab vrb. con.iuſta
quoque funebria,& quædã alia ad placãdos manes pontifi.
Max.cõceſsit,qđ proſequunt̃ latius quidã Mod.in dieb⁹ ſuis
genialib.li.ij.c.viij.& iſta inclinatio nõ ſolùm ad ſacrorũ cę-
rimonias,ſed ad illud etiã hoc tpe referri põt ꝙ debeat ſe põ
tifex inclinare & ſubmittere,exẽplo Chriſti oĩb⁹ inferiori-
ribus catholicis Deo ſeruiẽtibus:vt dicit̃ in d.c.plerũque.vt
10 ſic quantò eſt maior,tantò ſubmiſsius ſe gerat.†qua ratiõe
ſeruũ ſeruorũ Dei ſe appellat:vt no.ſupra in proœ. Decre.Et
etiã hac de cauſa Apoſt.j.Cor.c.ix.oĩm ſe ſeruũ facit:vt c.iã
nũc.xxviij.q.j.q̃a qui ſic ſe ſubmittit & inclinat maior oĩb⁹
reputat̃,vt in c.diaconi.xiiij.di.vnde nõ ab re Chriſtus dixit
Matth.ij.& xxiiij. *qui maior veſtrum eſt,fiat ſicut ſeruus,& mini-
ſter.* vt in c.nullus.ix.q.iij.Et licet propter humilitatem Papa
ita vocetur,hodie tamen non liceret Epiſcopis ſub hoc præ
textu ſeruos ſeruorum Dei ſe appellare,vt oſtendat̃ differen
tia capitis ad membra,licet quidã gloſſator reg.Can.in reg.
xv.col.ij.teneat ꝙ epiſcopi poſſunt ſe ſeruos ſeruorum ap-
pellari,cùm hoc non reperiat ipſe prohibitum:tamẽ vt dixi,
hoc non eſſet honeſtum:nam ſi nõ licet inferioribus vti co-
lore veſtiũ principis:vt in l.fi.c.de veſti.holob.li.x. eadẽ ra-
tione nõ licebit vti eius appellatione,eo maximè,quia gl.in
c.quoties.in verſ.& parte.j.q.vij.videtur illam appellationẽ
ſoli Papæ tribuere,pro qua adde tex.in c.relatum.in fin. de
ſenten. excommu. Secundò poteſt hoc nomen, Pontifex,
deriuari à nomine Græco πόνος, id eſt, ponos, quod idem
refert quòd labor:à quo etiam deriuatur pontus,ſecundùm
Ambroſium.Proinde quia Romanus pontifex præter cæte-
ros principes voluntarios debet appetere labores, ac ſolici-
tudinem maximam,& vigilantiã habere pro quiete ſubdi-
torum,& reipublicæ Chriſtianæ commodis:vt ipſe idem ſe
b 2 præſtitu-

præſtiturum pollicetur in proœ. huius lib. & in c.frequens.
j. de reſtitu.ſpolia. & hoc latius exponitur in d.c.plerũque.
qua ratione dicit Abb.in c.mandata.in ij.not.de præſumpt.
11 ꝙ officium Papale meritò ibi onus appellatur: quia illa ver
ba, *Paſce oues meas*, per quæ Petro collata dignitas fuit, la-
borem,& miniſterium denotant,non faſtum,& ſuperbiam,
vt ibi per eum. Tertio modo dicitur Pontifex quaſi poten
tes faciens:vt dicere ſolebat Q.Mu.Scæuola Pontifex Max.
vt refert Feneſtella in lib in magi.c.de collegio pontificum.
Nec quidẽ ab re cùm in eo ſit ſumma poteſtas:vt dicit Bald.
in l.reſcripta.c.de preci.Impe.offe.& in proœ.Grego.refert
Andre.Sicu.in c.niſi ſpecialis.col.iiij.de offi.lega.quod vſu
experimur.Nam nemo mortalium ita repente potentes crea
re poteſt ſine detrimẽto facultatum eius,ſicut Papa de alijs
Romanis pontificis nominibus,dic vt hic per Archid.& in
12 c.vbi periculum.§.cæterum.j.de elect. †Illud tamen vltra
ipſos eſt memorandum,ꝙ Papa poteſt appellari Rex:vt in-
nuit tex.& ibi not.glo.in c.cum inter vniuerſas.in fi de elec.
13 †Nam apud Iudæos ex lege naturæ,& ordinatione diuina
Sacerdotes ijdem & Reges erant,vt dicit text.in c.cleros.in
verſicu.pontifex.xxj.diſtin.cum concor. vt tradit Præpoſi.
in c.Moſes.nu.3.viij.q.j.Sic enim Melchiſedech Rex fuit,&
Sacerdos:vt patet Hebræ.vij.c.ſimiliter & Iob vtrũque mu-
14 nus impleuit:vt eius lib.apparet.c.j.& xxix.†Sic etiam apud
Gentiles Romanos,pontifex maximus Rex ſacrorum dice-
batur:vt author eſt Liuius,lib.vij. ſecundi belli Puni. Nam,
vt dicit Iſido.lib.vij.etymo.maiorum conſuetudo hęc erat,
vt Rex etiam eſſet Sacerdos,vel pontifex. Et ſicut pontifi-
15 ces dicebantur Reges,† ita & Imperatores pontifices dice-
bantur:vt inquit Bal.in l.reſcripta.in ij.col.C.de preci.Imp.
offe.& Io.Franciſcus Pauinus in tract.de offi.& pote. ca.ſe-
de vacan.fol.14.alleg.tex.in c.de capitulis.x.diſt.& latius re-
aſſumit Alua.Pelagij,li.j.de planctu eccleſiæ.c.lij. & hoc idẽ
probat Paris de Pu.in tract.de re mili.fo.24.in iij.col.& ea-
dem ratione Papa,Imperator dici poteſt, ſecundùm Io.An.
in c.per venerabilem.qui fil.ſunt legi.in v.col.& Bald.in d.l.
reſcripta.quia videmus ꝙ obtinet Imperium Romanum:vt
dicit Hoſti.in c.quod ſuper.de voto.& aliquid dixi in com-
mento regulæ Cancellariæ, de infirmis reſig.in ij.q.& iſta
onmia



omnia de iure antiquo procedunt,hodie verò nõ eſt in vſu:
vt Roma.pontifex dicatur Rex,vel Imperator:vt dicit Car.
ſancti Sixti,in ſumma ſua,de poteſta.Papæ. quẽ refert Deci.
in c.licet.de euitã.in iij.col.nu.11.de elect.Poteſt tñ hodie ap-
pellari princeps:vt patet in c.corpora.de cõfeſ.di.j.& in c.ij.
de regul.& in c.ij.de ma.& obe.& tenet Steph.de Neap.in re
pe.c.ad limina.xxx.q.j.in x.not.& appellatur illa repe. ſacra
mentale.& hoc idem tenet Pau.in d.tract.in vj.euidẽ.ver.
16 quinta ſedes. † Item Papa alio nomine appellatur ſummus
pontifex:vt patet in c.paſtoralis.de his quæ fi.à præ.& in c.
cùm ad monaſterium.in fi.de ſta.mo.& no.Car.in cle.fin.in
prin.per illum tex.de ſen.excom.qui etiam alle.Archi.hic,di
cens,ꝙ iſtud nomen cõpetit ſibi:quia in eo eſt omnis ſummi
tas & celſitudo,quia non habet ſuperiorẽ in hoc mundo: vt
no.Hoſt.in ſum.tit.de fil.presby.§.fi.& hac ratione dicit ma
ior Imperatore:vt Bal.concludit in l.fi. C.de legi. & Anto. de
Bu.in c.licet.in xxxj.col.de fo.compe.Et propter hanc excel-
lentiam,& plenitudinẽ poteſtatis hoc nomẽ ſolum illi cõpe
tit:vt per plura probat Stepha.Gaie.in ſuo ſacramenta.fo.2.
& hac ratione dicimus ꝙ nomen hoc ſummi pontificis,ma-
ieſtatẽ continet: imò idem ipſe maieſtas appellatur: vt not.
Spe.de elect.§.j.in vj.col.& Ioan.An.in c.veniens.j.de teſtib.
Nec immeritò cùm vicarius Dei ſit,& eius locum teneat:vt
Archi.tradit in c.fundamenta.de elect.lib.vj.& ſedet in ſe-
de illa quã dominus ſibi in perſonam beati Petri ſpecialiter
elegit:ideóque ſummus pontifex appellatur,vt dicit Spe.in
ti.de leg.§.nunc oſtendendũ.verſ.lxij. Et hoc adeò verũ eſt,
ꝙ error dicentium cõtrarium eſt ſimilis errori dicentiũ ſpi
ritum ſanctum à filio nõ procedere:vt dicit S.Tho.in opu-
ſculo contra errores Græcorum.c.lxv.Nam vt idẽ ipſe ſub-
dit in duobus cap.ſeq.primus,& ſummus dicitur:quia habet
in omnibus curam,& prælationem vniuerſalis eccleſiæ,qua
ratione vniuerſalis pontifex,& Epiſcopus totius Chriſtiani
tatis appellatur:vt Hoſt.tradit in ſum.de vſu pal.§.fi.& text.
in c.fina.xcix.diſtinct. vel ſecundùm Petr.de Anchara in c.
in cauſis.in prin.de re iud.Summus dicitur,quia ſummè ab-
ſtinere debet ab iniurijs maximè reſpectu Dei.c.aliorũ.ix.q.
iij.qua ratione dicimus,ꝙ nõ puri hominis,ſed vicẽ Dei ge-
rit in terris.c.ij.de tranſla.& hoc ſummitatis nomen à Moſe

ortũ habuit:vt dicit Bal.in d.l.reſcripta.in ij.col.C. de preci.
impe.offe per tex.in c.ſacroſancta.xxij.di.& ſequitur Andr.
17 Sicu.in d.c.niſi ſpecialis. †Et iſtud nomẽ ſummi ſoli Papæ
cõpetit,nõ autẽ alijs inferioribus:vt dicit gl.j. hic, cùm qua
Doc.tranſeunt:& ſentit Abb.in.c.in cauſis.in j.not. de re iu-
di.facit tex.in.c.excõmunicamus.el j.§.moneãtur. verſ.ſi ve-
ro.de hæret.hoc etiã ſequitur Deci.poſt And.Sicu. in.c.ij.ſu-
per gl.ij.extra de iud.& iſta ſummitas ideo Papæ tantũ cõpe
tit:qa illi ſoli eſt data clauiũ plenitudo: vt dicit Bal.in d.l.re-
ſcripta.nã omnia poteſt ſupra ius,cõtra ius,& extra ius:& in
hoc nullus alius ſummus in terra inuenitur:vt idẽ Bal.refert
in c.j.quali.do.proprie.feu.pri.& reaſſumit Phi.Peru.in rub.
j.de teſta.in xxxvij.col.cũ quibus cõcordat Præpo. Car.Ale.
in.c.ſi Epiſcopus.xviij.diſt.facit etiã ad hoc tex.in c.factus.
vij.q.j.habes igitur ex iſtis cõcluſionẽ quòd Romanus põ-
tifex ſolus appellari debet ſummus,nõ autem alij inferiores.
Sed ad hoc aduertendũ eſt,quòd iſtud dictũ gl.& ſequaciũ
dubitabile videtur:nã reperio ꝙ iſto nomine ſummi põtifi-
cis veteres ꝓmiſcuè vtebãtur: nã de iure antiquo nõ ſolùm
Papæ,ſed etiã Epiſcopis cõpetebat:vt tradit Arch.in c.legũ.
ij.q.j.& hoc vltra ipſum probãt plura iura In primis tex.in c.
de his.de cõſe.diſ.v.& in c.omnis.xxxviij.diſt. & text.in c.ſi
officia.& c.qui eccleſiaſticis.lix.diſt.& bonus tex.in c.accuſa
tio.ij.q.vij.quẽ ad hoc allegat idẽ Archi.in c.ſicut. j.q. vj.&
nõ ſolùm Epiſcopi ſummi põtifices,ſed etiã ſummi Sacerdo
tes appellãtur:vt in c.j.§.per frõtis chriſmationẽ. de ſac.vn-
ctio.& in c.miſerũ.lxj. diſt.& c.põtifices.xij.q.iij.& c.vidẽtes.
xij.q.j.& in.c.ſi.iij.q.j. & iſta ſummitas Epiſcopis cõpetebat
ratione ordinis,cuius reſpectu Papa etiã Epiſcopũ ſe appel-
lat:vt patet in proœ.Decret.& in.c.ſaluator.& c.Epiſcopus.
18 j.q.iij.cum ſimi.& ita olim Romani põtifices†ſimpliciter Epi
ſcopos vrbis Romæ ſe appellabant: vt patet in vetuſtiſsimo
marmore in eccleſia ſanctæ Anaſtaſiæ Romæ.de quo memi
nit Raphaël Vulater.in commentarijs ſuis lib.xxij.fo.330.&
probatur in l.inter claras.in ſupraſcriptione.C.de ſum.Trin.
vt in c.in canonibus. xvj.q. j.& alibi ſæpe. Habes igitur ex
iſtis aliam opi.contrariam primę,videlicet,quòd non ſolùm
Roma.pontifex, ſed etiam Epiſcopi poſſunt ſummi pontifi-
ces appellari. Quid tenendum:teneo primam opinio. vide-
licet,



licet,ſolùm Papam ſe ſummum pontificem,non autem Epi-
ſcopi,vel alij inferiores appellari debere.quam opi. vltra id,
quod eſt magis à Doct.recepta ego eam duobus fortiſsimis
argu.probo. Primò quia clarum eſt,quòd eccleſia militans
eſt exemplata ád ſimilitudinem eccleſiæ triumphantis:vt di
cit tex.in cle.ad noſtrã.de hæret.& in c.eccleſia. de cõſe.diſt.
iiij. Sed in eccleſia triumphanti, vnus eſt ſummus omnium
19 Deus,& pater,à quo cuncta procedũt, †& per ipſum in cœ-
lo gradus diſtinguũtur,videlicet,Angeli,Archangeli,&c.in-
æquales in poteſtate,& ordine:vt dicit tex. ad literam.in c.
ad hoc.lxxxix.diſtin.ergo eodem modo in eccleſia militanti
vnus eſt,& eſſe debet ſummus omniũ pater, & dominus,qui
eſt vicarius Ieſu Chriſti,& cauſa cauſarum, & dominus do-
minantium:vt dicit Bald.in c.eccleſia.el j.col.ij.vt lit.pen.Se-
cundò pro iſta opi.eſt tex.in terminis in c.j.xxj.diſt.vbi dici
20 tur†ꝙ Moſes ex præcepto domini in antiqua ſynagoga in
ſummum pontificem inſtituit fratrem ſuum Aaron,filios ve
rò eius in minores Sacerdotes vnxit,quę omnia in nouo te-
ſtamento:vt ibi dicit tex.eccleſia eſt imitata diſponẽs,quòd
alij appellentur ſimpliciter Sacerdotes,alij Archipresbyteri,
alij Coëpiſcopi,alij Epiſcopi,alij Archiepiſcopi, ſeu Metro-
politæ,alij Primates, alij Patriarchę,&c.ſeruata quadam di-
ſcretione inter eos,ſubdit poſtea tex.Simpliciter verò maio-
rum,& minorum Sacerdotum diſcretio in nouo teſtamẽto:
& ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium,qui duodecim Apoſto
los tanquàm maiores Sacerdotes.Septuaginta duos diſcipu
los tanquàm minores Sacerdotes inſtituit. Petrum verò in
ſummum Sacerdotem elegit dùm ei præ omnibus, & pro o-
mnibus claues regni cœlorum conceſsit,&c.Ecce ergo tex-
tum apertum quòd Epiſcopi,nec alij inferiores à Papa non
poſſunt dici ſummi: quia illud nomen ſummi,ad differen-
tiam Epiſcoporum,& aliorum Sacerdotum, quorum gra-
dus ſuperius diſtinguuntur ſoli Papæ:vt ibi dicit text.à do-
mino tributum eſt,per quem diſtincta ſunt Sacerdotia.
Non ergo poteſt Epiſcopis competere : quia eſſet ordinem
confundere non diſtinguere , & plura capita in eccleſia
quaſi monſtrum iudicare:quod etiam latè probat Alua.Pe-
lagij Cardin. antiquus in opere de planctu eccleſiæ,libro.j.
c.liiij.& Felin.in c.j.in ij. columna. de conſtitutio. & hoc ex

 natura

21 natura verbi etiam ſuadetur:† quia ſummus, & ſupremus
dicitur qui ſolus eſt inter homines:& ſingularis.l. illa verba.
de verbo.ſignifi.&.l.qui duos.ff.de reb.dub. Non ob.tex.ſu-
perius allegati:& primò tex.in d.c.de his.quia ille tex.nõ di-
cit in ſpecie ꝙ illa verba, ſummus pontifex, de Epiſcopo in-
telligantur, cùm materia de qua ibi tractatur Papam potius
concernat ſaltem de illo iure de quo non erat ſatis clarum,
an manus impoſitio indifferenter Epiſcopis concederetur,
niſi ex delegatione, per ea quæ not.in c.quanto. de Conſue.
& quia tex.in c.manus.ea.diſt.dicit illud ſummis Sacerdoti-
bus eſſe reſeruatum, quæ verba nõ de alio intelligi poſſunt,
niſi de Papa.d.c.j.xxj.diſt.& eodem modò tollitur text.in d.
c.ſi Epiſcopus.Nam loquitur de electione ſummi pontificis,
22 id eſt, Papę, † qui per Archiepiſcopum, & Coëpiſcopos pro-
uinciæ olim eligebatur:vt no.in c.in nomine domini.xxiij.
diſt.& tradit Archie.Iadreñ.in theſauro pontificali, fo.13.in
ij.col.Et fina.alia iura poſſunt eadem via tolli:quia illa ver-
ba ſummi pontificis poſſunt de Papa intelligi:vt patet in c.
cum ad monaſteriũ.in fi.de ſtatu mona.vel dicas illud proce
dere tempore naſcentis eccleſiæ, quo tempore nondũ tituli,
vel dioceſes diſtributi erant, nec officia totaliter diſtincta,
ſed promiſcuè officijs, & nominibus vtebãtur: & varias per
ſucceſsionem temporum mutationes recipiebãt:vt latè tra-
dit quidam Mod in tracta.de benefic.in v.q.princi.j. partis.
23 † Hoc etiam vltra prædicta ſuaderi poteſt:nam videmus ꝙ
in primitiua eccleſia Epiſcopos ſeinuicem ſanctiſsimos, &
beatiſsimos appellari:vt eſt videre apud Auguſtinũ, & Hie-
ronymum, quin etiam Papas ſe nominari patiebantur: vt
dictum fuit, & etiam inferius probabo:hoc tamen hodie nõ
licet:ſed ſoli Papæ iſte honos datur: vt latè probat Troilus
de Maluitijs in tractatu de Canonizatione ſanctorum. in
prima quæſtione:& hoc maximè obſeruatum eſt poſtquàm
in concilijs Niceno, & Calcedoñ.iſte titulus in ſignum ſingu
laris excellentiæ ſoli Romano põtifici tributus extitit: vt ſi-
cut in poteſtate cęteris inferioribus eſt maior, ita & dignio-
ri & ſingulari nomine decoretur: & inter Epiſcopos vt ma-
ior cognoſcatur : & propter hoc diuus Bernardus epiſtola
xlj.Honorium Papam ſummum pontificem vocauit: cuius
dictum Ioan.Fab.contra Lutherum, qui contrarium aſſere-
bat,pro



bat, pro valido iſtius opinionis fundamento adducit. facit
24 ad hoc in ſimili, † quia olim tempore naſcentis eccleſię ba-
ptiſmus fiebat in nomine Ieſu Chriſti propter honorem no
minis:& tamen hodie iam ſtabilita eccleſia non valeret ba-
ptiſmus ſi non obſeruaretur forma.c.j.de baptiſ. vt conclu-
dit ibi gloſ.quam ſequuntur ibi Doct.& Ange. de Claua.in
ſumma, in ver.baptiſmus.el ij.ver.viij.& in iſto propoſito be
ne facit quod dicit Eraſmus in auctuario epiſtolarum ſua-
25 rum, epiſtola inci.An non tibi videor.nu.73.vbi dicit † quòd
hoc nomen ſummus pontifex, nõdum illo tempore Damaſi
erat auditum, nec reperitur in veterum ſcripturis, ſed promi
ſcuè, & paulatim fuit vſurpatum:hodie verò ſoli Papę com-
petit, vt dixi: ſic ergo diſtinguendo tempora diſtinguetur
eius nominis appellatio: nam licet olim Romani pontifices
paterentur Epiſcopos ſummos ſe pontifices appellari: hoc
fuit ſecundùm S.Tho.in tracta.contra impu.relig.ne crede
rent Papam omnem pontificum poteſtatem ſibi aſſumere:
26 ac etiam † vt ex paritate nominis charitas, & affectio auge-
retur:iuxta l.vxorẽ.ff.de manumiſ.teſta.& l.filię.§.fi.ff.de cõ
di.& demon.Solebat enim in primitiua eccleſia omnis pro-
prietas, & attributio poteſtatis, quæ non omnibus fuiſſet
æqualis, & communis eſſe odioſa : & ideo in actibus Apo-
ſtolorum legitur multis fuiſſe ſcãdalo cùm audirent bapti-
zatos dicere, *Ego Cephæ, ego Pauli.* Quamobrem, vt mode-
ſtiæ ſimul, & humilitati ſtuderent : iuxta illud Chriſti, *Niſi
conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruulos, &c.* permiſerunt,
vt paſsim nomen omnibus eſſet commune: & conueniens
quidem hoc fuit illis temporibus ſtatuiſſe pro commodo, &
quiete conuerſorum : vt Romanus pontifex cũ cæteris Epi-
ſcopis paritatem oſtenderet, ſicut Petrus cum Apoſtolis fa-
ciebat, quæ quidem paritas adeò inter Chriſti fideles amo-
ris, & vnionis radices egit, ꝙ breui temporeeccleſia ſancta
Chriſti fuit propagata: trito enim, & peruetuſto prouerbio
dici ſolet, ꝙ paritas nominis inducit affectionẽ.l.cum filius.
§.pater.ff.de leg.ij.& c.olim.viij.q.j.Sic igitur propulſata in-
uidia manſit eccleſia in hac humilitate, & promiſcua nomi-
nis appellatiõe pluribus annis quouſque viſum fuit iam no-
men illud ad gloriã, & fauſtũ referri quo factum eſt, vt ſicut
pro euitãda diſcordia in primitiua eccleſia paſsim quilibet
Epiſco-

Epiſcoporũ nominibus abutebantur, ſic pro humilitate ſer-
uanda, fuerat poſtea in xxvj.c.tertij Aphicani concilij ſanci
tum ne aliquis de cætero ſe principem Sacerdotum, aut ſum
mum, vel Romanum pontificem ſe appellaret: vt patet in c.
primæ ſedis.xcix.diſt.In qua ſpecie plura exẽpla refert Spe.
27 in tra.de modo celebrandi conci.parte ij.ti.xxxiiij.† Sicqúe
ſyncera mentium ſimplicitas,& animorum concordia obſer
uabatur,& ſchiſmatum ſemina, quæ facilè leuibus de cauſis
naſcebantur, extincta fuerũt,& ita vſque ad tẽpora Silueſtri
magni deuentum fuit, quo tempore Conſtantino Auguſto
duce eccleſia ſplendorem recepit, cuius opera factum fuit in
concilio Niceno, vt ſolus Ro. pontifex ſummus, & Papa ap-
pellaretur: vt inferius latè oſtendam, & authoritate proba-
bo:nã ſicut vna tantùm eſt eccleſia,& vnus tantùm eſt ſum-
mus ſpõſus Chriſtus, ita & Papa eius vicarius vnius eſſe de-
bet,& eius nominis ſummus: vt latè probat Ioan. Turre cre.
Car.S.Sixti, in lib.ij.de eccleſia.c.xv.cũ ſeq. ſicut igitur ſolũ
Deũ ſummũ appellamus: vt in c.ij. de ſum. Tri.& ille reſpe-
ctu cauſę efficiẽtis, ſiue formalis, vel finalis eſt cauſa cuiuſli-
bẽt entis,& poteſtatis. Prouerb.viij.c.& in c.Nabuchodono-
ſor.xxiij.q.iiij.c.nec mirũ.xxvj.q.v. & Daniel. iij.c. ita Papã
28 ſummum appellare debemus,†cũ ſit vnius omniũ princeps,
& Rex Regũ:& cauſa omniũ in eccleſia militantiũ: vt tradit
Bal.in.l.cũ antiquioribus.col.fi.in lec.antiqua.c. de iur.deli.
illi ergo ſoli cui data eſt plenitudo poteſtatis cõpetit ſummi
tas Sacerdotij cui nõ cõmunicat aliena: vt in c. cùm ad mo-
naſterium.in fi.de ſtat.mo.cuius quidem eſt tanta altitudo,
ꝙ magis fide quàm ratione comprehenditur.c. nõ turbatur.
29 xxiij.q.j. †& hac ratione iuſtitiam, quæ princeps,& regina
omnium virtutum eſt, ratione vnitatis ſummum bonum di-
cimus: vt in c.cùm deuotiſsimam.xij.q.ij. Sic etiam qui cæte
ris eſt ditior ac potentior, & inter homines ſingularis ſum-
mus dicitur, alij verò infimi: vt eſt tex.in l.j.c.de quib.mune.
lib.x.illud igitur nomen non Epiſcopis propriè, ſed tantùm
illi competit cui ſedere licet in cathedra Petri: vt etiã de ſella
curulli Liuius teſtatur in v.Ex quibus etiã infertur ꝙ Epiſco
pi hodie nõ ſolũ ſummi: ſed nec etiã maximi põtifices dici
poſſunt: qa illud verbũ, maximus, ad illũ ptinet, qui ſolus eſt
in ſua dignitate: vt eſt dictũ p tex.no in d.l.illa verba.la ij.ff.
de verb.



de verb.ſig.cõcludo igitur ſolum Papã appellari debere ſum
30 mum pontificẽ,†quod nomen videtur etiã ſibi cõpetere an
te coronationẽ ea ratione qua competit nomẽ Epiſcopi: iu-
xta tex.in extrauag.cle.v.incipit, quia nõnulli.in tit. de ſen-
ten.excom.tradit Feli.in c.eam te.in iiij.col. de reſcript.licet
glo.in data Sexti libri contrarium teneat: & Pet. de Ancha.
31 ſupra in proœ.huius libri in j.col.& malè:†& quare ante co-
ronationem nõ ponat in bulla nomẽ ſuũ, ſed tantùm capita
apoſtolorum Petri,& Pauli.vide Archi.in c.in nomine domi
ni.xxij.diſt.Et quod dictũ fuit de nomine idẽ de veſtibus eſt
dicendum: vt nullus præter Papam poſsit eius veſtibus vti,
ſicut de veſte Imperiali legimus in l.ij.&.iij.c.de veſti.holo-
be.lib.xj.Nã neque nomẽ Cæſaris alijs ꝗ Imperatoribus da-
batur: vt latè refert Alexã.de Alex.lib.j.dierũ genialium.c.ij.
quamuis hoc quoque cum tempore mutationem recepit: vt
ibi præfatus Doctor exorditur. Alio tamen modo prædicta
omnia fœdere diſtinctionis cõcordari poſſunt ſi cõſyderẽ-
tur ad hoc dicta Fran.Philelphi oratoris clariſsimi in oratio
ne habita ad Comenſes pro laudibus Lazari Scarampi Epi-
32 ſcopi, cuius eſt initium, Inſtituenti mihi.†qui aſſerit Epiſco
pũ poſſe ſummum pontificẽ appellari, quãdo eſt in ſuo Epi-
ſcopatu,& ciuitate:& ita procedere poſſent quæ in contra-
rium ſunt adducta: ſecus verò vbi extra Epiſcopatũ moram
traheret:& ita procedat opinio iſta, quam diſtinctionẽ licet
ad iſtum effectũ præfatus vir non adduxit eam: tamẽ in hoc
propoſito Spec.primus conſyderauit in tit.de iuriſd.om.iud.
in ver.ſecundùm canones.cũ quibus cõcordat Pet. And.Gã-
ma.auditor Rotæ in cõmento extraua.Iulij.ij.fol.14.& hoc
33 in ratione cõſiſtit:†quia qlibet in domo ſua eſt Rex: & qui-
libet Rex in ſuo regno eſt Imperator: vt tradit Paris de Pu.
in tracta.de re mil.fo.24.in iij.col.c.an liceat Regi pugnare
cũ Imperatore.& hoc idẽ latiſsimè probat Gaſpar Velaſcus
Hiſpanus in ampla rep.l.Imperium.col.xxij.nu.53.cũ ſeq.ff.
de iuriſd.om.iud.& per cõſequens à ſimili Epiſcopus in ſuo
Epiſcopatu eſt Papa: vt eſt tex.in c.duo iſta nomina.xxiij.q.
iiij.& tradit Abb.in c.venerabilem.in vj.colum.de elec.quo
loco refert ad iſtud dictũ facetiã Richardi regis Angliæ, &
reaſſumit Anto.Corſe.in tract.de poteſta.regia.in xxiij.q.Si
igit̃ Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu eſt ſicut Papa in vniuerſo
poterit

poterit ſe ibi ſummum appellare,ſecus verò extra dioceſim:
quia illud nomen ſoli Papæ competit vbique:quia eſt Epi-
34 ſcopus Epiſcoporũ,& vniuerſalis eccleſię pręſidens,†qui to
tum orbem habet pro dioceſi:vt in c.iuncta per mũdum.ix.
q.iij.& tradit Feli.in c.graue.in ij.colũ.de offic.ordi. & ante
ipſum Firmia.in trac.de Epiſcopo.fo.1.in iij.col.& Henri.in
tract.de ſtatutis ſynod.parte.j.nu.22. & dixi latius in tract.
meo expectatiuarũ.in prin. Vel aliter poſſunt etiam omnes
iſtæ difficultates concordari,vt dicamus ꝙ Epiſcopi,& Pa-
pa diuerſis reſpectibus poſſunt appellari ſummi pontifices,
35 † Epiſcopus ratione ordinis, qui eſt præcipuus in eccleſia
Dei,& in quo Papa nõ eſt maior epiſcopo:vt eſt gl.in procе.
vj.verſi.Epiſcopus.ſequitur Iaſ.& Moder.in l. Imperium.ij.
col.ver.nota ex iſto text.ff.de iuriſdi.om.iudi. Feli.in c.cùm
nobis.in iij.col.ver.aduerte.de præſcrip.Io.Fran.Paui.in tra
cta.de offi.& pote.capi.ſede va.fol.14.ver.quinta ſedes.& ra
tionẽ ponit Calde.in proœ.Decre.in v.col. & reaſſumũt Mo
der.in trac.nobilitatis.in ij.parte.nu.20. vt ibi per eos, cùm
quibus concordat gl.in c.noua.ver.pari.xxj.diſt.& ſequitur
Ludo.Bolo.in conſi.lxxv. & latius. & Moder. in commento
extrauag.Iulij.ij.in verſi. Epiſcopus. & ideo ratione ordinis
Papa Epiſcopos fratres appellat: vt dicit Abb.in c.q̃ graui.
de crimi.fal.& vt Papa ſe eiuſdem ordinis oſtendat Epiſco-
pum ſe nominat.in c.ſaluator.& in c.Epiſcopus.j.q.iij.hinc
36 eſt†ꝙ quando Papa eſt prius Epiſcopus in coronatione ſo-
lùm benedicitur,ſed non conſecratur:vt no.in c.ad honorẽ.
de autho.& vſu pal.& in c.cùm ex eo.in fi.de pœ.& remiſ.&
tradit Nico.Archiepiſcopus Iadreñ. antiquus Doctor,in eo
lib.qui theſaurus pontificalis inſcribitur.in j.parte.c.de coro
nati.Papæ. Aut verò conſyderamus iuriſditionem, ſiue ad-
miniſtrationem,& tunc Papa eſt maior omnibus in terra:vt
dicunt præfati Docto.pro quibus facit text.in c. puto.ij.q.
vij.& eſt cauſa cauſarum,& dominus dominantiũ:prout di-
ctum eſt ſupra,& tradit Feli.in c.j.in ij.col.de conſti. & Ioã.
37 Tabieñ.in ſumma,in ver.Papa.†& hoc adeò verũ eſt,quòd
non ſolũ eſt maior omnibus Epiſcopis adminiſtratione, &
authoritate,ſed etiam omnibus ſanctis,excepto Petro.c.j.xx.
diſt.tenet Abb.in c.qualiter.el ij.in prin.de accu.& in c.cùm
cauſam.in v.not.de elec.& latius Andr.Sicu.in c.nouit.fo.7.
de iudi.



de iudi.idem Abb.& Mod.in c.ne innitaris.& in c.tranſlato.
de Conſtit.& reaſſumit Henricus Botteus in trac.de ſynodo
Epiſcoporum.parte.j.nu.17.Et licet aliqui contenderent nõ
eſſe Petrum maiorem Paulo,ex eo:quia Paulus ſecũdùm cõ-
ſuetudinem eccleſiæ depingitur à dextris Chriſti, Petrus ve
rò à ſiniſtris:vt etiam in bullis Papalibus obſeruatur: tamen
hoc non eſt verum.Nam Papa in adminiſtratione maior eſt
Paulo:vt tradit Stepha. de Gaieta in ſacramentali.fo.2.in j.
col.poſt Archi.quem ibi alleg. in c. ſunt quidam. xxv.q.j.&
hoc idẽ firmãt domini de Rota in deci.ccccxlvij.inci.quod-
dam factum.in titu.de bigamis.in nouis. Et illa deſignatio
picturæ non eſt facta ad oſtendendum poteſtatem clauium,
ſed myſterium temporum ante & poſt paſsionem : vt decla-
rat Card.Alex.in c.quamuis.in prin.xxj. diſt. & ante ipſum
rationem illius picturæ reddit Spec.in rationali diuinorum.
lib.vij.quem refert,& ſequitur Deci.in c.tranſlato. in ij.lect.
col.penul.de conſti.& Moder.in trac. beneficij. in v.q.j.par-
tis.in iij.requiſito. ad quæ videnda ſunt quæ tradit Cardi.
S.Sixti,lib.ij.de eccleſia.nu.13.Soli igitur Petro conceſſa fuit
clauium plenitudo,& eccleſiæ adminiſtratio,quæ in aſſum-
ptione tranſfertur,nec aliqua confirmatione indiget:vt no.
Io.An.in c.ad honorem.de au.& vſu palij.& ſecundùm hãc
adminiſtrationem dicimus Papam poſſe æquare quadrata
rotundis,& rotunda quadratis:vt dicunt Hoſti.& Abb.in c.
38 cùm veniſſent.de iudi. † cui omnia licent præter peccatum:
vt idem Hoſtiẽ.dicit in c.magnæ.de vo. Nam facit vnum &
idem conſiſtorium cum Deo:vt etiam Hoſti.no.in c.quanto.
de tranſla. Epiſcopi. Ratione igitur ordinis Epiſcopi olim
poterant appellari ſummi pontifices, & ita procedunt iura
ſuperius allegata.Sed ratione adminiſtrationis,& poteſtatis
ſolus vicarius Ieſu Chriſti ſummus pontifex appellatur, d.c.
xxj.diſt.& ſecũdùm hoc procedunt omnia illa nomina quæ
de Epiſcopis refert Domi.in c.ſi.in.ij.col.ĩ.de re iudi.Et hæc
de iſto nomine ſummus,dicta ſufficiant, ad alia veniamus.
39 †Appellatur etiam Romanus pontifex Papa in ſignũ excel-
lentiæ,& Apoſtolicę poteſtatis:nã hoc nomẽ Papa,ſecũdùm
Archi.interpretatur,id eſt,admirabilis,& maior pater: vt di
cit Archi.in c.quia Sacerdotes.per illum tex.x.q.j.nã ſecun-
dùm Docto.deſcẽdit a dictione,pape,quæ eſt admirãtis:vt
dicit

dicit glo.in prooe.cle.ver.Papa.vbi Io.And.refert verſus An
glici in poëtria noua, *Papa ſtupor mundi,&c.* quam gloſ.ſe-
quitur Lud.Bolo.in conſi.lxxv.incipi.Quidam A.& alij non
parum multi Doc.quod breuitatis cauſa non refero: & pro
interpretatione Archi. facit illud Eſaiæ ix.cap.*Et vocabitur*
*nomen eius, Admirabilis.* Sed in hoc conſyderandum eſt dili-
genter:nam iſta interpretatio,ſiue deriuatio nominis Papę,
videtur ſatis leuis,& frigida:altius igitur eſt repetenda.Dico
ergo ſic,ꝙ hoc nomẽ Papa,poteſt interpretari multis modis.
Primò deriuatur a dictione Græca πάππος,id eſt,Pappos,
quæ idem latinè refert quod maior,hinc auos noſtros maio
res,& ſeniores appellamus,à quo quibuſdam literis immuta
tis Pappous auus deducitur:vnde Auſo.ad nepotem: *Pappos*
*auiasq; trementes,&c.* Et quia Romanus pontifex maior eſt
omnibus qui ſunt in eccleſia militãte:vt in c.ſolite.de maio.
40 & obe.†ac etiã de ſenioribus olim eligi ſolebat:vt tradit Epi
ſcopus Zamoreñ.in ſpeculo vitæ humanæ: & dicetur infe-
rius alio loco:ideo corrupto vocabulo Papa appellatur, id
eſt maior,vel ſenior:cũ qua opinione concurrit quidem an-
tiquus,& doctus gloſſator nomine Coſmas in cõmẽto prag-
maticæ,titulo de electio. Vel poteſt dici hoc nomen Papa,
teſte Herodoto lib.iiij.hiſt. Scitichum eſſe, & ab ipſis prius
inuentum,vel vt author eſt Arria. Bithiniacum eſt nomen.
Nam omnes iſti Papam Iouem in cacuminibus montiũ con
ſalutare ſunt ſoliti,apud quos Papęus Iouis dicitur:vt ijdẽ au
thores meminerunt,& ſequitur Cælius lib.vj.antiquarũ lec.
c.xliij.quo etiam nomine eorũ pueri patres Papas appellãt,
quod nomẽ ab antiquis venerationis fuit,& vt nonnulli vo
luerunt à Syracuſijs tractũ.Sicut igitur illi primũ Papã Iouẽ,
id eſt,patrẽ appellarũt, quo nomine nihil eſt in ſacris literis
gratius: vt latè probat frater Pet. Bercharij in dictionario
ſacræ ſcripturæ,ita & nos Romanũ pontificẽ Dei vicarium
etiã Papam appellamus,id eſt,patrẽ omniũ fidelium,ſcripſit
deinde Paulatim huius nominis appellatio ad Græcos,apud
41 quos tantæ etiã venerationis fuit hoc nomẽ, † vt Presbyte-
ros omnes morũ grauitate,ac ſanctitate pollentes initio Pa-
pas appellarent:vt ex antiquis authores ſunt Vgo,Io.de Fan
tu.& Archi.ex modernis verò Gemi.Car.Alex.in c.ſi Papa.
xl.diſt.hinc euenit ꝙ Hiero.ſcribens Auguſtino in Epiſtola,
cuius



cuius eſt initium,Anno præterito. Alipiũ Papã fratrẽ appel-
lat, deinde ſolum Epiſcopis ſanctæ vitæ hoc nomẽ tributũ
fuit:vt refert Vgo Doctor antiquus,& Cardi.S.Sixti,(vulgo
Turre crema.appellatus)in c.abſit.l.diſt.Nã beatus Hier.Au
guſtinũ Papã nominat,ſic etiã Auguſtinus ad Paulinũ ſcri-
bens Aureliũ Epiſcopũ beatiſsimũ Papam dicit, & Bonifa-
cius comes eundẽ Auguſtinũ eodẽ nomine ſalutat, quo etiã
nomine Aphricanũ conciliũ eundem Auguſtinũ inſigniuit:
vt in principio eiuſdem Codicis eſt videre,quem etiã in hoc
propoſito refert glo.cõcilij Baſilieñ.in verbo,Papali.titu.de
electio.vbi etiã de Paulo Sergio beati Petri diſcipulo memi
nit,qui Norboneñ.Papa appellatus eſt:vt patet in ſupraſcri-
ptione c.abſit.l.di.quæ ita corrigi debet, creuit adeò huius
nominis eſtimatio,vt iam nõ ſolùm Epiſcopi,ſed paſsim &
ſimplices Presbyteri,ſicut olim eo nomine nuncuparentur,
quod hodie idem cernimus in illo nomine Cæſaris,quod ſo
lis Imperatoribus competebat:vt ſuperius eſt dictum: hodie
verò quilibet etiã vilis eo nomine inſignitur ſicut etiã olim
appellatio dñi alijs quàm nobilibus, & de claro genere na-
tis non tribuebatur: vt patet in l.proximæ.ff.de his quæ in
teſta.delen.& in authen.habita.c.ne fil. pro pa. & in c.gra-
ue.de exceſsio.præla.cùm eſſet nomen ſuperioritatis: vt di-
cit Corne.conſi.cxxix.in iij.libr. Adeò quòd multi Impera-
tores illud nomen domini euitarunt, ne ſuperioritatem in-
dicarent:vt ſcribit Sueton.in vita Octauij,cap.l.& hoc idem
Tyberium, & Alexandrum Imperatores feciſſe legimus, &
quidam tradunt ſuper illo verſu Vergilij: *Et dominum Aeneam*
*in regna recepit,&c.* Hodie verò etiam vilibus, & nebulo-
nibus competit: nec eſt qui non ſibi de honore plurimum
detrahi arbitretur ſi hoc nomine non ſalutetur.propter ra-
tionem quam ponit Bartol. in l.cùm quis.§.Seiam.ff. de le-
gatis.iij.& Paulus de Caſtr.in conſi cccxiij.libro j.ita de no-
mine Papæ factum extitit. Quamobrem, vt tanti nominis
abuſus tolleretur Aphricani concilij Decreto, ſtatutum
poſtea fuit ne de cætero aliquis ſummus pontifex præter
Epiſcopum vrbis Romę,qui eſt vicarius Ieſu Chriſti tali no
mine appellaretur: vt ſuperius fuit dictum, fuitque hoc va-
riè obſeruatum vſque ad tempus Conſtantini magni, quo
tempore Nicena ſynodus congregata fuit: vbi etiam inter
cætera

cætera decreta ſalutaria illud quoque ſancitũ eſt,teſte Euſe-
42 bio, † ne de cætero alius q̃ Romanus Epiſcopus Papa ap-
pellaretur:vt ſicut ſolus Romanorũ Rex appellabatur Augu
ſtus,ita ſolus Romanus Epiſcopus præ cęteris Epiſcopis Pa
pa veluti principalis pater vocaret̃: vt de hac re Euſebiũ ſe-
quutus meminit Gabriel theologus inſignis, in expoſitione
canonis lec.xxiij.in iiij.col.& ſequit̃ Gãfidrius Cenomanus
in tract.de ſacr.miſſæ.pagina.xxxvij.& hoc idem poſtea Iu-
ſtinianum Auguſtum lege lata ſtatuiſſe legimus: vt patet in
authẽ.de eccle.tit.in prin.deinde in Calcedoñ. concilio ſub
Leone primo pontifice cõſtitutum extitit:vt idem Papa vni
uerſalis Epiſcopus , & ſummus omnium pontifex,appella-
retur:vt Ioã.Fa.in eo libro,quem aduerſus Lutherũ ſcripſit,
pluribus locis meminit:& ante ipſum hoc idẽ plenè eſt pro-
ſequutus Ioan.Roffenſis Epiſcopus in confutationibus Lu-
theranis:& ſequitur Cardina.Gaietanus in trac.de primatu
eccl.c.xiiij.& prius hoc tenuit alter Cardi.S.Sixti,qui appel-
latur Turre cremata,in c.nullus.xcix.diſt.vbi numerat pon-
tifices,qui illis tẽporibus hoc nomine ſe appellarũt : & latius
hoc ponit in tract.de eccleſia. lib.ij.c.xvj.& ita in Grangeñ.
conci.Simacho Epiſcopo eccleſiæ catholicæ vrbis Roduo-
decies acclamatũ eſt,Papæ Simacho vita ſit:vt patet in c.in
canonibus.xvj.q.in fi.iuncta ſupraſcriptione:& hoc idem cõ
ſtitutum fuiſſe legimus in conci.Alexandri.vt Ioã. Kyrij in
trac.de prima.eccle.li.iij.c.xxx.author eſt: quoloco plura ad
hoc propoſitum pertinẽtia cõgerit,quę ibi videri poterunt:
licet de prędictis ipſe mentionẽ non faciat.Verùm cùm hæc
ita geſta fuiſſent Græcorũ ſchola,quę ſemper ambitioſiſsi-
mis hominibus abundauit,eo deuenit inſolentiæ,vt non ve
reretur ad æmulationem ſacrorum conciliorum, de quibus
43 proxime diximus, in Conſtantinopolitana ſynodo † Ioan.
Cõſtantinopolitanum Patriarchã Papam vniuerſalem ap-
pellare,illum Romano pontifici æqualem facientes:vt de ea
re meminit Marcus Vigerius Car.in decacordo Chriſtiano.
fol.236.& ſeq.cuius Patriarchę inſolentiam Grego.magnus
pontifex pluribus epiſtolis Eulogio,& Anaſtaſio, ac Mauri-
tio Auguſto directis,fregit : vt ex v.& vj. parte regiſtri epi-
ſtola xxiiij.xxxvj. & xxxviij.clarius apparet. Nec ſatis fuit
alijs ſcripſiſſe,niſi etiam ipſum,eundem Ioã.admoneret ſuæ
ſtultitiæ:



ſtultitiæ:vt cautũ eſt in c.eccleſia.xcix.di.fecerat illud prius
Pelagius Papa hoc nomine ſecundus,qui cũ intelligeret hoc
in prędicta ſynodo à Io.Patriarcha tentatũ directis epiſtolis
ex authoritate S.Pet.eiuſdẽ ſynodi acta ceſſauit,hoc etiã in
Taraſio Conſtãtinopolitano Adria.j.Conſtãtino, & Hire-
44 ne ſcribẽs reprehẽdit: †eadẽ etiam temeritate captus Dio-
ſcorus Patriarcha Papam eccleſię Romanorũ ſe appellauit,
qui poſt obitũ anathematizatus fuit:vt hæc omnia probã-
tur in c fi.§.item Romanorũ.xxiiij.q.ij.Semper enim Con-
ſtãtinopolitana eccleſia Romana æmula fuit,ſuperbiẽs for
taſsis ex eo:quia videret paria ſibi ferè priuilegia cũ Roma-
na tributa fuiſſe:vt no.glo.in c.renouantes.xxij.diſt.quã ob
rem Cõſtãtinopolitanã eccleſiam Romanam appellabãt:vt
patet in d.§.itẽ Romanorũ.iuncta gl.Auxerat deinde magis
ſuperbiã illis,ꝙ Vigilius pontifex hoc idẽ illis indulſerat,vi-
delicet, ꝙ in prouincijs ſibi ſubiectis locũ Papæ teneret,qđ
poſtea Iuſtinia.Imperator lege publica cõfirmauit:vt eſt vi-
dere in ti.de eccle.tit.in princi.col.ix.Sicqúe toties luctatum
extitit donec nouiſsimè ſub Euge.iiij.in cõcilio Florẽ.Gręci
errorem iſtum,cum pluribus alijs deponẽtes vnam ſanctam
eſſe catholicã eccleſiã Roma.eiuſqúe Epiſcopũ ſolũ Papam
vniuerſalẽ omniũ patrẽ cõfiterent:vt latius refert Blon.For-
liuiẽ.qui nõ ſolũ illi cõcilio interfuit:ſed vt Scriba, & Secreta
rius pontificis cõſtitutionẽ ſcripſit:vt atteſtatur Car. Seno-
gal.in ſuo inſtrumẽto Chriſtiano:& eſt de hoc ædita extra-
uagans ſub nomine Eugenij.iiij.in concilio prædicto. Re-
deundo igitur vnde digreſsi ſumus concludo,ꝙ hoc nomẽ
Papa quoddam numẽ,& quaſi viſibilem quẽdam Deum præ
ſe fert,quod niſi Deo immortali,vel eius vicario tribui non
45 poteſt.†Poſſet etiam deriuari hoc nomen à verbo papo,qđ
ſignificat aliquid pingue,vel delitioſum:iuxta illud Perſij,
*Et ſimilis Regum pueris papare minutum*. Quibus delitijs pontifi-
ces imbui ſolent:vt dicit Epiſcopus Zamoreñ.in tracta.Spe-
culi vitę humanæ.Vel Papa poteſt deriuari à papillis,parte
corporis delicatiſsima,& nobiliſsima. Vel à magiſterio, in
quo ſignificato accepit Iuuena.ibi, *Timidus prægustat pocula
papas*.nam Papa ipſe magiſter eſt omnium:iuxta illud Matt.
*Vos dicitis me magiſtrum, & bene dicitis, ſum vtiq;*. Vel Papa po-
teſt dici à Papos,quod eſt genus cuiuſdam lini candidiſsi-
c mi,quo

mi,quo;Aegyptiorum Sacerdotes,ſicut hodie Papa ſtolis al-
bis in ſignum puræ,& immaculatæ mentis indui ſolebant:
vt plerique ex Græcis auth.meminerunt,quod quidē genus
veſtis ab antiquis Imperatoribus triumphātibus originem
habuiſſe conſtat,apud quos in magno precio fuit linea ve-
ſtis,vt latè probat Io.Bap.de S.Seueri.in conſi.pro cano.reg.
bus.col.fi.ff.de regu.iur.Et iſta opi.eſt verior quam dicit eſſe
cõmunem,idem Alex.in d.l.ſciendum.in v.col.cum infinitis
concor.quas congerit Cur.in tracta.de iurepatro. in verbo,
pro eo ꝙ de dioceſani conſenſu.in vij.q.per totum.& reaſſu-
munt Moder.Taurineñ. in tracta. magno præſcriptionum,
in j.parte.iij.patris principalis,in x.q.& Moder.Bononieñ.in
ſingu.cxxiij.incip.In iure.cum alijs cumulatis per Feli.& no
uiſsi.in c.cum M.de conſti.non obſt.d.l.quæcunque.cũ alijs
ſuperius allega.quia illa procedunt in actibus mere facti &
extrinſecis quæ princeps poteſt ignorare, iſte verò text.lo-
quitur in factis habentibus mixturam iuris, & qualitatem
54 extrinſecam : vt ſupra dixi in alio not.† quia qualitas va-
riatur reſpectu locorum, & ideo talia facta princeps non
prę́ſumitur ignorare. Ex quibus omnibus infero ad nouam
declarationem iſtius text. videlicet,ꝙ licet dicatur, ꝙ prin-
ceps poſteriorem condendo legem,non cenſetur priores cõ-
ſuetudines,vel ſtatuta contraria tollere, niſi exprimat quia
in facto conſiſtunt, hoc procedit quando illa ſtatuta non
eſſent in vſu,nec notoria,ſecus ſi illæ conſuetudines,vel ſta-
tuta in vſu eſſent,& ſic eſſent notoria, quia tali caſu cenſe-
rentur reuocata, nulla facta mentione,& non procederet
iſte text.Ita in terminis voluit Feli.in c.fi.in ij.colum.de iud.
allega.inter alia dictum Bald. in l.ij.in fin.c.quę ſit longa
conſue.quem refert,& ſequitur Iaſon in l.ij.in ij.colum.c.ſi
contra ius vel vti.pub.de quo dicemus inferius.

Non ob.pōderatio iſtius tex.dum dicebam hic loqui de ſta-
tutis, & conſuetudinibus vſitatis, & tamen per poſteriorem
legem nō tolluntur,quia non cenſentur nota,quia reſpōdeo,
ꝙ iſte tex.procedit quando illa ſtatuta vel conſuetudines vi-
gebant,& erāt vſitata alibi,quàm vbi morabatur princeps:
vt in ſimili videmus de ſtatutis Baſilieñ.concilij quę ſunt in
vſu in Francia,& tamen Romę non ſunt vſitata.Et propter
talia huiuſmodi ſimilia iſte tex.dicit ꝙ Papa illa præſumitur
ignorare,aliâs ſi vigerent in loco vbi princeps nouam con-
deret legē,cenſerentur reuocata,nō facta mētione cûm ceſ-
ſaret ratio,iſtius text.in ſecundo reſponſo.& militaret ratio
poſita in prin.tex.quia ſi ibi talia ſtatuta & conſuetudines
vigebant,& erant in vſu,non poteſt princeps ea ignorare.
Ita ad literam dicit Abb.in c.fi.de conſuetu.& Imo.in conſi.
xxiiij.in ij.col.vbi vult,ꝙ ſi ciuitas facit ſtatutum cōtra ſuā
conſuetudinem,tollitur conſuetudo, nulla facta mentione,
55 †quia ciues ibi habitantes prēſumuntur ſcire ſuā conſuetu-
dinē:vt no.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur. & ceſſat ratio
iſtius tex.ita Abb.in d.c.fi.& tenet Bar.in extrauag.ad repri.
in verſi. non ob.ad fi. ſuper quibus tamen poteris cogitare.
56 † No.octauo ex iſto tex.ꝙ conſuetudo & ſtatutum tollūt effe
ctum nouæ conſtitutiones generaliter prolatæ.Ita no.iſtum
tex.Io.An.in reg.nemo.ij.in prin.q.j.de re.iu.in mercu.ratio
eſt,quia illa ſunt facti,& prēſumuntur tali caſu ignorata niſi
in noua conſtitutione fiat mētio,& ita iſtum tex. no. etiam
Arch.in c.cōſuetudo.ij.diſt.in prin. & in c.j.xxix.diſt.& idē
Io.An.in reg.cùm ſtat.in q.j.in j.col.de reg.iu.in mercuria.&
reg.generali.in prin.eo.ti.& Domi.in c.fi.col.pen.ꝭ. de cōfeſ.
& in c.j.§.in cæteris.in j.col.ꝭ.de cler.coniu.& in c.ij.in ij.col.
ver.ſuper principali.ꝭ.de præben.& in c.cui.de nō Sacerdo.
in ij.col.eo.titu.& in c.j.§. hanc autem.ꝭ. de cenſi.& iſta loca
57 fuerunt ignota Modernis. †Et per hoc infertur vnū ꝙ quā-
do concurrunt factum,& ius factum eſt potentius.Vnde per
hoc dicit Domi.in c.cùm aliquibus.in fi.tit.proximo,ꝙ ſi Pa
pa ibi ſcriberet illis,ad quos nō ſpectat collatio de iure com-
muni,ſed ſpeciali,ꝙ debet ſpecificè facere mentionē de iure
58 ſpeciali,aliâs illud ius†ſpeciale tollit effectū reſcripti vltimi,
propter ignorantiam illius,quæ in dubio præſumitur,alleg.
tex.hic quem etiam ad hoc in no.q.ponderat Alex.in conſi.
lxxiij.



lxxiij.incip.Viſo.in iij.col.in ij.volu.facit quod dicit Abb.in
c.fina.in iij.col.ne cler.vel mona. Tamen audias,quia iſtud
dictum Domi.videtur dubitabile in caſu,in quo ipſe loqui-
59 tur,ex eo †quia ibi genus,& ſic literæ Papæ nō poterāt ve-
rificari, niſi in illo iure ſpeciali, ideo perinde operari debe-
rent,ac ſi nominatim eſſet facta mentio de illo iure ſpeciali,
iuxta tex.in l.ij.vbi Iaſ.& alij.ff.de libe.& poſthu.c.ex parte.
de offic.delega.maximè ne literæ reddantur fruſtratoriæ, &
nihil operentur contra c.ſi Papa.de priuileg. & c.cùm dile-
ctus.vbi bonus tex.de conſue.Non ob.iſte tex.quia loquitur
in ſecunda conſtitutione generali,quæ poterat alibi obſer-
uari,nec propter hoc carebat effectu: vt in caſu in quo Do-
mi.loquitur,& quod dictum eſt de conſuetudine,idem dicē-
dum eſt in pacto,de quo requiritur expreſſè mentio: vt tra-
dit Domi.in c.quia ſępe.colum.j. de electio. Et hoc idem in
60 priuilegio †dicēdum eſt:nam ſi priuilegium de conſuetudi-
ne non faciat mentionē,præualet conſuetudo:vt dicit Abb.
in c.licet.in ij.colum.de præben.poſt glo.ibi qui ad hoc alle-
gat tex.hic & tenet Domi.in c.ij.in ij.colum.ꝭ.de præben. &
per iſtam reg.dicit etiam Cardi. in clemen.j.in iij. colum. q.
xix.de electio.ꝙ ſi ante illam clementi.de conſuetudine, vel
priuilegio, fuiſſet inductum quòd vnum monaſterium, de
gremio alterius eligeret ſibi prælatum, quòd tale priuilegiū,
vel cōſuetudo non eſſet ſublata per dictam clementinā:imò
effectus ipſius impediretur,ex quo in ea de conſuetudine nō
fit mentio,vt requiritur hic,& hoc idem concludit Card.in
clementi.j.in col.ij.q.xiij.de reb.eccl.non alie. ex mente illius
61 tex.dum dicit†ꝙ prælatus concedens fructus adminiſtratio
nis ſuæ ad tempus, vel ad vitā, ꝙ ſit ipſo iure ſuſpenſus,&c.
dicit Cardi.ꝙ ſi ante illam cle.fuiſſet conſuetudo in contra-
rium,nō cenſeretur ſublata per illum tex.ex quo, nulla in eo
fit mentio,& idem dicit de clemen.j.de rerum permu. & tra-
dit Do.in c.fin.in princip.in iiij.colum.verſi.item illa clemē.
ꝭ.de conſue.& idem dicendum eſt in clemē.fin.de reg. prout
ibi declarat Barb.in ij.colum.q.iiij.& ita etiam de clemē.j.§.
permiſſa.de ſtat.mona.concludit ibi Car.& finaliter hæc eſt
firma concluſio, ꝙ ſi nō fit mentio de conſuetudine priori,
illa non tollitur, ſed potius ipſa tollit effectum nouæ conſti-
tutionis, vt dictum eſt. Et hoc tradit etiā vltra prædicta idē
Cardi.

Cardi.põderando iſtum tex.in cle.fi.§.ſiue. verſ.nos etenim.
in iij.no.de ſepul.& in cle.fi.§.ꝙ ſi Epiſcopus.in ij.no.de reb.
eccl.non alie.& per hoc etiam dicit Abb.in c.in aliquibus.de
deci.in iij.col.ꝙ ſi in aliquo loco ſit conſuetudo, ꝙ integræ
62 decimæ nõ ſoluantur,†ꝙ ſi Papa expreſſè non reprobet ta-
lem conſuetudinem locorum,iura ſua habent locum,in locis
vbi pro maiori parte decimæ integræ ſoluuntur,& talis con
ſuetudo valet,& impedit effectum diſpoſitionis iuris noui,
per quod Papa mandat ꝙ integræ decimæ ſoluantur, cùm
conſuetudo ſit facti,& eam præſumitur ignorare. Pro quo
etiam vide Abba.in c.cum conſuetudinis.in viij.col.de con-
ſue.& Ale.in addi.ad Bar. in l. Lucinus .la ij.in medio addi.
magnæ,de hære.inſti.Tamen iſtud dictum non videtur ve-
63 rum,†quia quando per ſecũdam legem reuertitur ad ius an-
tiquum,tunc non requiritur mentio de conſuetudine con-
traria illi iuri:vt no.dicit Pau.de Caſt.in l.de quibus.col.fi.ff.
de legi.& dico.ĩ.in limitationibus.Sed in caſu iſto per iſtam
ſecundam legem Papa reuertitur ad ius commune, quod eſt
ꝙ integra decima ſoluatur:vt toto tit.de decimis. igitur &c.
Et quod dictum eſt de conſuetudine & ſtatuto, idem dicen-
dum eſt de priuilegijs, quia illa princeps præſumitur igno-
rare,cùm conſiſtant in facto,per ea quæ dicta ſunt, & tenẽt
Moder.hîc,poſt Ioan.An.& tenet Bal.in l.non plures. in fi.c.
de ſac.ſan.eccle.& ideo per ſecũdum,primũ non tollitur, niſi
de primo fiat mentio:vt dicit Abb.in c.veniens. per illũ tex.
in iiij.col.de præſcrip.& Domi.in c.ſi propter. in iij.not.ĩ.de
reſcrip.aliqualis tamen eſt differentia in hoc, inter ſecũdum
priuilegium,& ius commune:prout tradit Abb.in c.conſyde
rauimus.in ij.no.de electio. Iſtud tamen quod dictum eſt de
priuilegio,limitatur nõ habere locũ,quando in ſecundo pri-
uilegio eſſent clauſulæ pleniſsimæ generales: prout cõſuluit
Fed.de Senis in conſi.xlvij.incip.Habita. quem in not. quæ-
ſtione refert Abb.in c.cum inſtantia.in ij.col.de cenſi.& Ale
xan.conſi.cxxxiiij.Viſo themate.in ij.col.in j.vol.& in cõſi.
clxxxvij.in vj.col.in fi.in v.volu.& conſi.cj.in vj.col. in fi.in
j.vol.& alibi ſæpe,& hanc opi.dicit eſſe cõmunem Soc.in l.ſi
mihi & tibi.§.in legatis.ff.de leg.j. Contrariam tamen opin.
tenuit idem Feli.in cõſi.cxxxiij.inci.Caſus talis eſt.vbi vult,
quòd non ſufficiant verba generalia pleniſsima, ſed requi-
ritur



ritur ſpecifica mentio,& iſtam dicit etiam communem opi-
nionem Feli.in c.accedentes. in ij.col.de pręſcriptio. dicens
erraſſe, aſſerentes contrariam eſſe communem, de quo latè
ibi per eum,qui deinde contrariã opinionem limitando re-
ſtringit ad tres caſus, quos vide , per eũ facit quod dicit idẽ
Felin.in ſimili in c.conſtitutus. in iiij.col.de reſcrip.dum lo-
quitur de reuocatione ſtatuti iurati. Tu autem adde quar-
tum caſum in quo prædicta opinio procedere poteſt tradi-
tum per eundem Felin.in c.j.in ix.col.verſi.fallit regula. ex-
tra de reſcrip.vbi plura dicit quæ addẽda ſunt ad Bar.in l.ſi
quis in principio.in iij.col.de lega.iij.& puto quicquid dicat
Felin.primam opi.in caſu in quo Doc.loquuntur eſſe magis
communem:vt patet ex numero Doctorum illuſtrium, ſi eos
computare volueris. Et ex iſtis omnibus infertur vnũ val-
dè notabile , ꝙ ſtatutum clericorum contra canonem valet,
quãdo fuit æditum ante canonem,ita ex iſto tex. colligitur
in ver.ſingularium perſonarum.iuncto notabili prædicto,
quem etiam ad hoc not.Felin.in c.ꝙ ſuper his.in iiij.colũ.de
maiori.& obedien.Tenet etiam Rochus Curtius in tractatu
de conſuetudine.in xxxviij.colũ.verſiculo,quintus eſt caſus.
Tamen aduertendum eſt, quia hoc notabile videtur inad-
uertenter fuiſſe conſyderatum,ex eo quia tempore quo ſta-
tutum prædictum erat conditum, non erat diſpoſitio cano-
nis,cui obuiaret,cùm in iſto textu ſtatutum prius conditum
fuiſſe ſupponatur,& licet ex poſt fiat cõſtitutio canonis , nõ
tamen illud ſtatutum ſimpliciter dicetur factum contra no-
uam conſtitutionem canonis, cùm accidentaliter illud con-
tingat,& ex poſt,nam tẽpore æditionis ſtatuti:& ſic in ipſo
initio,verum eſt dicere ſtatutum illud clericorum,ſiue ſingu
larum perſonarum,non fuiſſe contra canonem,qui nõ erat,
ſed potius canon dicetur æditus contra ſtatutum,& hoc ra-
tione præuentionis. argu. eorum qui habentur in c. ſi a ſe-
de.ĩ.de præbend.dictum autem procederet,quando directè
ſtatutum tẽderit ad derogationem canonis prius æditi , ſed
tunc dictum ſtatutum non valeret per regulam traditam in
clemen.ne Romani.de electionibus.& ſic etiam iſto caſu no-
64 tabile prædictorum Doctorum nõ procederet. † In conſue-
tudine verò aliter eſſet dicendum , nam ſemper valet con-
tra canonem nullo habito diſcrimine temporis dum tamen
fuerit

91 fuerit rationabilis & præſcripta.c.fi.de conſue.† & in hoc eſt
potentior lege,quia illa tollit legem nulla mentione facta, &
tamen lex eam non tollit,niſi de illa expreſſa fiat mentio, vt
hîc,& ita declaratur dictũ Abb.in c.venerabilis.in iij.no.de
præben.& ratio eſt,quia illi caſus facti non cenſetur cogita-
ti à principe,ſi de illis nõ faciat mentionem.argu.l.apud La-
beonẽ.§.ait pretor.ff.de iniu. Habes igitur ex notabili iſti-
us tex.& ex prædictis omnibus regulam comprobatam ꝙ de
conſuetudine vel priuilegio in ſecũda conſtitutione facien-
da eſt mentio,iſtud tamen notabile ſiue regula limitatur plu-
ribus modis. Primò non procedere quando conſuetudo eſ-
ſet notoria & vulgaris, quia tunc princeps eam præſumitur
ſcire,& non procedit tex.noſter per dictum Bald.in l.ij.ad fi.
c.quæ ſit longa conſue.& in rub.de conſue.recti feu.vbi di-
cit,ꝙ ſicut non licet ignorare leges,ita nec conſuetudines ge
nerales,& hoc ſentit Domi.in c.ſtatutum.in prin.in vij.col.ĩ.
eo.ſequitur Iaſon in.l.præſcriptione.in ij.col.c.ſi contra ius
vel vti.pub.& iſtam limitationẽ in ſpecie ad iſtum text.pon-
derauit Feli.in c.fi.in j.col.de iudi.& in c.à nobis. in prin. de
exce.& in c.ſuper literis.in vj.col.de reſcrip.vbi pulchra mo-
re ſuo accumulat,& idẽ repetit in c.j.in j.col.de ſentẽ.& re iu-
di.& in c.in noſtra.in v.correlario.de reſcrip.in quibus locis
limitationem iſtam ampliat,& extendit,idem meminit in c.
accedentes.in iij.col.de præſcript.& in c.cum contingat.col.
pen.verſi.adde Old.de fo. compe. & ante ipſum prius illud
dictum Bal.retulit Marti.Laudẽ.de quo Feli.nõ facit mentio
nem in trac.de Principibus.no.xxvij.& pro hoc facit no.di-
92 ctum Io.Fab.Inſti.de offi.iudi.in prin.vbi dicit† ꝙ licet ſen-
tentia data contra conſuetudinẽ ſit nulla ipſo iure,ſicut lata
contra legem:vt ibi probatur,tamen illud eſt verum, quãdo
conſuetudo eſt notoria, quia tũc non præſumitur ignorare
iudex vt ibi per eum. Secundò limitatur iſte text. ꝙ proce-
dat qñ cõſuetudo in totũ tolleretur,quia tũc bene requiritur
mentio,ſecus autem quando limitaretur, vel reſtringeretur
per legẽ,quia tunc non requiritur mẽtio, ita declarat iſtum
tex.d.Abb.in c.Cõſtituto.de reſti.in integ.in iij.col.ante glo.
in ver.nõ ob.& hæc eſt noua limi.quã teneas mẽti. Tamen
contra Abb.videtur quia eadẽ ratio militat in parte,quæ in
tota conſuetudine,cum vtroque caſu ratio hic in tex. poſita
mili-



militet.Præterea quia tex.hic in fi. loquitur de derogatione
partis,dum dicit non cenſetur in aliquo derogare:nam iſtud
verbum in aliquo in parte verificari poteſt:vt eſt glo.cõmu-
niter approbata in cle.j.in verbo,aut earum parte aliqua.de
foro cõpe.& eſt tex.quem ibi ponderat Iaſon in l.j.c.de pac.
& pro iſta opi.& eſt text.in l.derogatur.ff.de verb.ſig.& in l.
fi.c.de ind vidu.tol.vt ſuperius dixi in alio not.& tamen re-
quirit mentionẽ,& ſic iſte tex.videtur aduerſari dictis Abb.
93 † Tertio limitatur,niſi tales cõſuetudines eſſent inſertæ in
corpore iuris,vt ſunt conſuetudines feudorum,quia illæ cen
ſetur ius,ita Bal.in c.cùm ordinem.in x.col.de reſcrip. quem
ſequitur Iaſ.in l.ij.in ij.col.c.ſi contra ius vel vti.pub. & hoc
prius dixit Feli in c.ſuper literis.in vj.col.de reſcrip.& in c.in
noſtra.in iiij.cor.eo.tit.Quod eſt verum,niſi ſit aliqua cõſue
tudo ſingularis,vt ibi dicit,& hoc idẽ de priuilegio dicit Pe-
ru.hic in j.col.qui alleg.glo.in c.vt circa.in verſi. coporali.de
elect.qui vult per iſtũ tex.ꝙ ſicut de iure nõ eſt facienda mẽ
tio in ſecunda conſtitutione,ita neq; de priuilegio inſerto in
iure,& ita illã gl.ad hoc alle.Feli.poſt And. Sicu. eã limitãdo
in c.j.in ix.col.de reſcrip.& in c.poſtulaſti.xvij.col. ver.limi-
ta v.eo.tit.& in c.fi.in ij.col.ver.quo &c.de fo.comp. Sed ta-
men aduertendũ eſt,ꝙ contra hoc videtur eſſe gl.cõmuniter
approbata in l.decurionibus.c.de ſilen.lib.x.quam ſequitur
Alex.in l.fi.c.ſi contra ius vel vti.pub.in apoſt.ad Bar.& Iaſ.
in l.poſtq̃ liti.col.fi.c.de pac.& alibi ſæpe. In quo tex.apertè
94 probatur† ꝙ per ſecũdam legem,non derogatur priuilegio
in corpore iuris clauſo,ſed requiritur ꝙ de eo fiat mẽtio,ita
tenet Feli.ſibi cõtrarius,licet prędicta nõ adducat in c.non-
nulli.in ij.col.de reſcr.& per hoc facit gl.in c.cùm dilectus.in
ver.conſtitutione.& c.cùm ad hoc.cũ gl.non ob.extra de cle.
non reſi.de quo dicemus ĩ.in gl.ſuper verbo,facti.Interim ta
men recedendũ non eſt à prima opi.quæ eſt cõmunis:vt pa-
tet ex dictis per Feli.in c.j.col.xij.de reſcri.declarãdo tamen:
vt ibi per eum non ob.tex.in d.l.decurionibus.quia ille text.
procedit in priuilegio ſpeciali,& ſingulari perſonarũ,de qui
bus ibi,& ideo ſpecialis mentio requiritur,& idẽ eſſet de cõ-
ſuetudine ſingulari:vt ſupra dictũ fuit,& ſic ille tex.non ob-
ſtat,& iſte limitatur. Quartò limitatur niſi conſuetudo ſit
particularis illius loci,ſeu populi qui legem vel ſtatutum cõ-
trarium

70 trarium † cõdit:quia talis conſuetudo bene tollitur nõ facta
mentione,quia ceſſat ratio tex.cùm de illa notitia habeatur.
Ita dicit Abb.in c.fi.ĩ col.fi.in fi.de cõſuetu.& hoc idẽ tenet
Bar.in extrauag.ad reprimen.in ver.non obſtan. in fi.& ſe-
quitur latè Imo.in conſi.xxiiij.in ij.col.cum quibus concor.
Alex.in conſi.lxxij.in vj.volu.iſta tamen ratio non proce-
dit in priuilegio, quia licet priuilegiũ ſit in eadem eccleſia,
nihilominus cenſetur eſſe facti, & poteſt probabiliter igno-
rari:vt eſt caſus ſignãdus,ſecundùm quod ibi declarat Abb.
in ij.no.in c.conſyderauimus.de elec.de quo tamen multum
dubito,propter prædictam rationem,& quia in actu electio
nis,cui obuiabat priuilegium eccleſiæ, de quo ibi non præ-
ſumitur ignorantia,cùm ſit in facto proprio,ſed potius ſciẽ
tia, maximè vbi eſt aliqualis præſumptio reſultans ex actu:
vt Bar.dicit in l.ſi patronus.ff.de confir.tuto.ſequitur Deci.
in c.cũ in cunctis.§.clerici.in prin.& col.j.de elect. & Rochus
in trac.iur. pat.in ver.honorificum.in iiij.q.& idem Deci.in
l.qui cum alio.ff.de reg.iur.Feli.in c.cùm olim.col.iiij.de teſt.
& Aret.cõſi.xxxv.col.fi.& eodem modo in facto alieno ſciẽ-
tia præſumetur: vt in c.innotuit.circa fi.de elect. Quintò
fallit,niſi per legem quæ eſt contra conſuetudinem reduca-
mur ad ius commune primæuum,quod fuit per conſuetudi
nem ſublatum, quia tunc bene tollitur conſuetudo per legẽ
contrariam non facta mentione,ita nota.limitat Pau.de Ca.
in l.de quibus.col.fi.ff.de legi.& ita intelligit tex.de quo Do-
cto.hîc & vbique dubitant in l.iij.§.diuus.ff.de ſepul.vio. &
cum iſta limitatione tranſit Ange. Areti.in §.igitur.in j.col.
in procœ.Inſti.& iſtam limitationem ſentit Domi.hîc in ij.op-
po.quem latè ſequitur Feli.in c.nonnulli.in prin.in iij.colũ.
verſi. tertiadecima conclu.de reſcript.& pro iſta limitatione
71 bene facit illud quod vulgo dicitur † viam illã fauorabilem
eſſe;per quam reducimur ad ius antiquum:vt dicit glo.in c.
ſtatutum.in ver.numerandum.J.de præbend.per tex.in c.ab
exordio.xxxv.diſt.& l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.& eam ſe-
quitur Alex.in l.ſi conſtante. in ij.col.ff.ſolu.matri.facit pro
hoc dictum Domi.in c.accedentes.in fi.l.diſtinc. vbi dicit ꝙ
72 valet conſuetudo,ꝙ Abbas † non ſit Sacerdos,contra c.j.de
æta.& quali.& rationem aſsignat,quia de iure antiquo non
reperiebatur, ꝙ eſſet Sacerdos, ad quod ius antiquum per
conſuetu-



conſuetudinem reducimur. Hinc eſt, ꝙ licet inferiores non
poſſunt ſtatuere contra canones:illud tamen eſt verum,niſi
ſtatuentes contra canones per huiuſmodi ſtatutum reduce-
rentur ad terminos iuris antiqui: ita dicit Felin.vbi infinita
cumulat in c.cùm acceſsiſſent.in ij.col.verſi.hanc declaratio
nem.extra de conſti.& faciunt in propoſito quę tradit idem
Feli.in c.nonnulli.in xxx.col.verſi.xiij.concluſio. de reſcrip.
multa igitur permittuntur,vt ad ius antiquum redamus,quę
aliàs non permitterentur:vt tradit Roma.in conſi.cccxviij.
in fi.cum pluribus cõcord.traditis per Ioan. Croti de Mon-
teferrato in repeti.l.nemo poteſt.in viij.col.verſic. puto. &
de lega.j.& Decium in conſi.iij.in iij.colum.& Soci.in conſi.
lviij.in iij.col.& Iaſo.in l.properandum.in vj.colum.c.de iu-
di.& in auth.quas actiones.c.de ſacroſanct.eccle. Tamen
iſta limitatio mihi non ſatiſfacit, quia ratio in qua funda-
tur iſte text. ne conſuetudines & ſtatuta cenſeãtur ſublata,
militat iſto caſu,nam per hoc ꝙ per vltimam conſtitutionẽ
contrariam conſuetudini,reuertamur ad antiquum ius,non
fit,vt illius conſuetudinis quæ facta eſt, & in facto conſiſtit
princeps videatur habere notitiam,nam per hoc ꝙ reuerti-
mur ad primum ius,non arguitur ſcientia niſi probetur: vt
hic eſt tex.qui generaliter loquitur,& licet talis reditus,ſeu re
curſus ad ius antiquum,reputetur fauorabilis,illud procedit
quando datur ſcientia conſuetudinis, nam aliâs via iſta nõ
reputaretur fauorabilis, ſed potius odioſa,& tali caſu iſtud
odium ſiue præiudicium, quod ex reuocata conſuetudine
reſultare poſſet,præponderat vtilitati quæ ex noua conſti-
tutione reſultare poteſt.arg.l.qui exceptionem.ff. de condi.
inde.& l.item ſi obſtetrix.ff.ad leg. Aqui.eo maximè quia
illa reg.c.ab exordio.procedit, quando actus primus ad quẽ
reuertimur non eſt omnino extinctus, ſecus verò quando
extinctus eſſet vt in caſu noſtro,vbi per cõſuetudinẽ pręſcri
ptam lex prior contraria extinguitur: vt habetur in c.fi. de
conſue.& ideo ille recurſus ad primum ius tunc fauorabilis
non reputatur,ita illã reg.limitat & declarat Soci. in conſil.
cclx.inci.In cauſa Nanetẽſis.in iiij.col.qđ no. Sextò limita
niſi conſuetudo ſit generalis,& poſterior conſtitutio ſit ſpe-
cialis,quia nũc benè tollitur cõſuetudo nulla facta mẽtione,
ſecus ſi cõſuetudo eſſet ſpecialis,& conſtitutio generalis,nã
iſto

iſto caſu procedit iſte tex.& ita declarat Domi.hic,in.iij.op
po.& videtur ſentire glo.in verſi. ſingularium. Sed aduer-
tendum eſt,quia contra hoc videtur in terminis deciſio Dy.
in regu.poſſeſſor.in iij.char. ſecundùm paruam impreſſio-
nem.ĩ.de reg.iur.& vltra ipſum hoc ſaudetur, quia attenta
finali ratione iſtius tex.nulla videtur differentia,inter vtrũ-
que caſum.Nam conſuetudo ideo non cenſetur per contra-
rium actum ſublata, quia cùm ſit facti præſumitur ignora-
ri:iſta ratio pariter militat, quando conſuetudo eſt genera-
lis vel ſpecialis:& licet primum dictum ſaluari poſsit, per ea
quæ dicta ſunt ſupra in iiij.limitatione,tamen ſecundum di
ctum,videlicet, an lex ſecunda ſit generalis vel ſpecialis nul
lo modo placet, ex quo iſte text.ſimpliciter loquitur, & ita
ſimpliciter debet intelligi,dato ꝙ maior ratio ſit in vno ca-
ſu,q̃ in alio,argu.tex.not.in.l.j.§. ꝙ autem.ff.de alea.& quia
per ſpecialem conſtitutionem non arguitur maior ſcientia
conſuetudinis,ſuper quo cogitandum erit. Septimò limita-
tur iſte tex.vt non procedat quando conſuetudo eſſet cõtra
publicam vtilitatem: nam per legem ſequentem bene tolli-
tur,non facta mentione.Ita dicit Pau.de Ca.poſt Bal.in d.l.
de quibus.& fuit prius dictum Bar.in extrauagan. ad repri-
men.in glo.non obſtan.circa medium,quod cõmendat Abb.
in c.nonnulli.col.fi.extra de reſcrip. Sed ipſi non aliter aſsi-
gnant rationem iſtius limitationis,quæ prima facie videtur
contra iſtum tex.qui ſe fundat in ignoranti,quæ conſiſtit in
facto.Vnde pro iſta limitatione poſsit aſsignari dupliciter,
ratio prima,quia ideo nõ requiritur mentio in poſteriori le
ge in caſu præfato, quia conſuetudo contra publicam vtili-
tatem non valet,c.fin.de conſue.iuncta authẽ.nauigia.C.de
fur.& authẽ.omnes.C.commu.de ſuc.& c.erit autem lex.iiij.
diſtin.quo caſu in poſteriori lege nõ requiritur mentio,quia
de actu nullo non requiritur mentio,c.non præſtat.ĩ.de re-
gu.iur.cum concor.vt tradit Feli.in c.ex tenore.in j.col.extra
de reſcrip.& tenet Cardi.in clè.ſtatutum.in iij.oppo.de elec.
Sed iſta ratio morderi poſſet ex eo quia omnis cõſuetudo,
quæ eſt rationabilis,& pręſcripta tollit legem,c.fi.de conſue.
73 & tamen † omnis lex concernit vtilitatem publicam,c.erit au
tem lex.iiij.diſt.l.j.& ij.ff.de leg.& ſic attenta iſta ratione cõ-
ſuetudo omnis tolli poſſet per ſecundam conſtitutionem nõ





facta mentione,cuius cõtrarium hîc dicitur ratione ſpecia-
li,quia in facto cõſiſtit.Et ideo alia,& ſic ſecunda ratio po-
teſt aſsignari:quia ex quo per poſteriorẽ legem Reſpublica
cõſeruatur,propter hanc cauſam recedẽdum eſt à regulis iu
ris l.ſi quis in graui.§.vtrum.ff.ad Silla.l.peñ.ff.de ſicar.cum
ſimi.& ſic diſpoſitio tex.noſtri non habebit locum, ratione
Reipublicæ.Sed etiam iſta ratio eodem morbo laborat,quo
primò per ea quæ ibi dixi,videlicet quia in qualibet lege tra
ctatur de vtilitate publica,d.c.erit autem lex.& ſic eſſet dicẽ
dum ꝙ ſemper poſterior lex nõ deberet mentionẽ facere de
cõſuetudine,quod eſt falſum. Dicas ergo ꝙ iſte text.loquit̃
de cõſuetudine non cõtraria iuri,ſed præter ius,& iſto caſu
dictũ Pau.de Caſtr.bene procedit,quia ſi fuiſſet correctoria
iuris,per vltimam cõſtitutionem illi contrariam videtur re-
uerti ad antiquum ius correctum,& ſic nõ requiretur mẽtio,
per ea quæ dicta ſunt ſuperius in v.limitatione.Vel quia cõ-
ſuetudo erat contra vtilitatem publicam,ex eo quia contra
bonos mores,& tali caſu dictum Pauli defenditur,ſuper qui
bus cogitandum erit. Octauò limitatur,niſi lex prohiberet
tantùm ad tempus,non perpetuò:quia tunc per legem bene
derogatur conſuetudini,licet de illa non fiat mentio:quia
tex.hic procedit,quando lex noua induceret impedimẽtum
perpetuum.Iſta limitatio colligitur ex dictis hîc per Domi.
in prima oppo.poſt Ioan.And.in c.Abbatem.de verb.ſigni.
& tacitè ſequuntur omnes. Sed tamẽ iſta limitatio non vi-
detur tuta,cùm idem ſit iudicandum de prohibitione tem-
porali,reſpectu illius temporis, quod de prohibitione per-
petua gloſſ.in clemẽ.ij.de reb.eccle.non alie.ad idem gloſſ.in
cle.ij.de reſcrip.quæ alleg.bonum tex.in l.ſufficit.ff.de cõdi.
indebi.& ibi not.Iaſon & Abb.in c.cùm olim.de rerum per-
muta.& in c.quanto.in v.col.de iureiur.per text.in l.Iuriſpe-
ritos.ff.de excuſa.tuto.cum concor.quæ ſcribit Iaſ.in l.prin-
74 cipalibus.in j.col.in fi.ff.ſi cer.pet. † Et ad hoc facit quia ar-
gumentum de parte ad totũ reſpectu temporis valet,l.ſi cui.
in prin.in verſic.ſi proinde.& ibi not.Bald.de leg.j.l.tres tu-
tores.& ibi Bar.in j.not.ff.de admi.tut.declarat Deci.in reg.
cuius effectus.ff.de re.iu.& quia iſte tex.generaliter loquitur
ergo generaliter debet intelligi, dato ꝙ in vno caſu ſit ma-
ior ratio quàm in alio.l.j.§.ꝙ autẽ,vbi eſt text.not.ff.de alea.

& ratio tex.noſtri ita militat in prohibitione tēporali ſicut
in perpetua. Tamen non eſt recedēdū à dicta limitatione,
pro qua ratio efficax adduci poteſt, quia cùm illa lex ſit tem
poralis modicū præiudicium afferre poteſt, & ideo nō debet
de ea iudicari, ſicut de perpetua: vt eſt text. in l. quoties. c. de
pre. Impe. offer. & hoc tolerabile videtur, vt actus valeat: ob
quā cauſam ſæpe recedimus à regulis iuris: vt in not. caſu di-
cit Iaſ. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. j. faciunt quæ
dicit Præpo. in c. rurſus. in prin. qui cleri. vel mona. ſuper quo
tamen cogitabis, quia omnia ſunt noua. & ita etiam per iſtā
rationem fuit tētum in Rota in vna Gebeneñ. coram do. Ni-
colao, ꝙ regula reuocatoria priuilegiorum induceret modi-
cum præiudicium, quia erat tēporalis, ideo nō debet de ea iu
dicari ſicut de alijs regulis perpetuis, per plura quæ ſcribit
Deci. in c. quæ in eccleſiarum, in xij. col. de conſti. & Feli. in c.
nonulli, in col. xxiiij. verſi. fallit octauo. de reſcrip. Areti. in l.
item ſtipulatus. col. iij. de verbo. oblig. & alij plures, quos bre-
uitatis cauſa non refero. No. nonò ibi, perſonarum ſingula-
75 rum ſtatuta &c. ſecundùm Moder. repetentes, ꝙ † ſingulares
perſonæ poſſunt inter ſe facere ſtatuta: adde qđ ad hoc etiā
iſtum tex. notat Bal. in repe. l. omnes populi. in prin. ff. de iuſt.
& iure. Et ex hoc Moder. de Monteferrato repetentes infe-
runt, ꝙ ſi aliqua familia faceret ſtatutum, ꝙ filiæ fœminæ
non ſuccedant, ſed ꝙ cuilibet ex eis ſine liberis defunctæ ſuc
cederent agnati proximiores, tale ſtatutum valeret, alleg. Io.
And. in additio. ad Specu. in titu. de inſtru. ædi. §. compēdio-
ſa. verſi. ſed nunquid dicemus. cum ſimilibus: vt hîc per eos.
Secūdò inferunt ꝙ valeret ſtatutum factum inter agnatos
auferens facultatem teſtandi, licet pactum non valeret, l. ſti-
pulatio hoc modo. de verbo. obli. vt hîc latius per eos. Adde
pro iſta opi. quæ dicit Bar. de quarterio ciuitatis, in l. de qui
bus. col fi. in lectu. ff. de legib. & in l. omnes populi. in iij. q. j. q.
princi. ff. de iuſt. & iur. & quod dicitur de collegijs cerdonum
piſtorū qui ſtatuere poſſunt quo ad pertinentia ad ipſos: vt
tradit Abb. & alij. in c. quæ in eccleſiarū. de cenſi. Ergo eodē
modo eſt dicēdum in familia. Et hanc eādem opi. reaſſumūt
idem Mod. in repet. l. omnes populi. in iiij. co. ver. in morte. ff.
de iuſti. & iur. Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. in iij. q.
de verb. obl. Et ad iſtam quæſtionem cumulant plura quidā
nouiſsimi



nouiſsimi in conſil. quodam Campegij nu. 2. quod ponitur
inter conſi. Alber. Bru. in pe. & vlti. col. vbi latiſsimè referunt
omnes Doct. ſuper iſta materia, quā etiam latè attingit Ioan.
Cāpegius in tract. de dote. in vlti. parte, q. lxxix. Mihi tamē
iſta non videtur ſine dubio pluribus rationibus. Prima, quia
facere ſtatuta eſt iuriſditionis, l. j. ff. de iur. om. iudi. cum con-
cor. quem ponit And. Sicu. in c. tranſlato. in ij. col. de cōſti. &
tradit Bar. in l. Imperium. ff. de iur. om. iud. & l. omnes populi.
ff. de iuſt. & iur. Bal. in l. nulli. c. de ſenten. & tradūt omnes in
76 c. cùm omnes. de conſti. Sed familia † particularis non habet
iuriſditionem, igitur non poterit facere ſtatuta. Præterea
regula eſt notiſsima ꝙ ſingularis perſonæ ſtatuta facere nō
poſſunt: ita firmat Abb. in c. ius ciuile. j. diſt. quē ſequitur ibi
Præpo. & idem Præpo. in c. omnes. in ij. col. ea. diſt. vbi dicit
ꝙ vna pars populi ſiue certa familia quo ad ſuos non poteſt
facere ſtatutum ſed quādam admonitionē, quæ ſi non obſer
uetur, nō erit coarctatiua vinculo legis, cùm nō dicatur ha-
bere iuriſditionem: hāc etiam opi. tenet in terminis Alex. in
l. ſi non ſpeciali. in ij. col. c. de teſta. & in conſi. cxxij. Viſo pun
cto. in ij. col. lib. iiij. & probat Areti. in l. ſi quis à filio. §. fin. in
ij. col. de leg. j. & Alber. Bru. in tracta. de ſtatutis excludētibus
fœminas. in v. q. & ibi refert in fortioribus terminis Bal. di-
cere in cōſil. xxxiiij incip. Inter illuſtrem. & in cōſi. clx. incip.
Verba pictorum. in j. vol. nō valere ſtatutum communitatis
alteri ſubiectæ circa ſucceſsionem & excluſionē fœminarū,
etiam ſi per verba generalia principis videatur dari pote-
ſtas, de quo dic vt ibi per eum. Præterea facit quia clarum
77 ꝙ conſuetudo † nō valet, per quam ſolēnitas teſtamenti mi-
nuitur, l. fi. c. de teſta. tenent Abb. & Moder. in c. ij. de prob. à
fortiori ergo nō valebit ſtatutum tollens in totū ſolēnitatē
iuris naturalis, de qua in l. maximum vitium. de libe. præteri.
quia priuatæ perſonæ facere nō poſſunt quominus leges lo-
cum non habeant in caſibus ſuis, l. nemo poteſt. de leg. j. l. ius
publicum. ff. de pactis. Item faciunt pro iſta parte quæ dicit
Ang. Are. in §. ex non ſcripto. colum. pe. verſic. quæro fœmi-
næ. Inſtitu. de iuſti. & iure. poſt Bar. in l. j. ff. de legi. ꝙ fœminæ
non poſſunt conſuetudinem inducere: quia condere legem,
& ſtatuta, & conſuetudinem, iudicantur à pari: quod non
cadit niſi in habēte iuriſditionem per ſupra dicta: & hoc ſe-
e 2 quitur

quitur Præpo.in c.fruſtra.col.fi.viij.diſtin.Et hinc dicit Bal.
in l.ij.§.deinde.ff.de orig.iuris.ꝙ pars Guelpha,vel Gibelina
nõ poteſt inducere cõſuetudinem,& ſic nec per conſequens
ſtatuere,niſi habeãt merum & mixtum imperium, vel iuriſ-
ditionem,vel ſit cõceſſum à principe:& in terminis noſtris
iſtam opi.latius probat Rochus de Curte,qui plura pro hac
parte adducit in tractatu de conſue.poſito ſub repe. c.fi.eo.
tit.col.lxij.q.viij.& ibi alleg.circa iſtum arti.Iaſ. ſibi contra-
rium. Non obſtant modò cõtraria,quæ pro alia parte ad-
ducta ſunt,& primò dictum Io.An.in addi.ad Spec.quia re-
ſpondetur ꝙ ibi Io.An.nihil determinat,nec loquitur in ca
ſu noſtro,& præſuppoſito ꝙ clarè loquatur cùm reprobat
Ang.& alij quos refert Alex.in d.l.ſi nõ ſpeciali. Et ego etiã
vltra ipſos duplici ratione confuto.Primò quia nullum tex.
78 allega.&†erubeſcimus,cùm ſine lege loquimur.Nam vt ſin-
gulariter dicit Bald.in c.in Geneſi.colum.fina.de electio.pa-
ria ſunt ſine lege loqui vel contra legem,quod dictum ſequi
tur in ſimili reſponſione Iaſ.in l.ſingularia.in vij.col.ff.ſi cer
tum petatur.& reaſſumit idem Iaſ.in l.illam.C.de colla.in ij.
colum.vbi ſingularius ſubdit poſt Antoniũ de Butrio in c.
tua nos.in ij.col.de vſuris.ꝙ poſſumus iudicare cõtra com-
munem opinionem ſi nõ habet caſum legis pro ſe.Secundò
quia dictum Ioan.Andre.eſt contra regulam , ꝙ ſingulares
perſonæ non habentes iuriſditionem,nec facientes vniuer
ſitatem poſsint ſtatuere,& ꝙ ſingulares perſonæ nõ faciant
vniuerſitatem,eſt doctrina Barto.in l.ſi cognatis.col.fin.ff.
de rebus dubijs.& ideo nõ poſſunt ſtatuta facere,ſed quan-
dam admonitionem:vt ſupra dictum eſt. Vel ſaluãdo Ioan.
79 And. poteſt†dici dictũ ſuum procedere , quando illa pro-
genies vel familia haberet iuriſditionem & imperiũ, ſecus
verò ſi eſſent ſimplices priuatæ perſonæ nullã habentes iu-
riſditionem:quia tunc nõ poſſent ſtatuta condere. Nec ob-
ſtat illud de quarterio ciuitatis,cum ſimilibus:quia dico illos
ſtatuere poſſe,ſi habent iuriſditionem:vt ibi dicit Bartolus
quia faciunt collegiũ,ſecus eſt in priuatis perſonis,quæ col-
legium non faciunt;vt dicit Barto.in d.l.ſi cognatis,& pro
iſta diſtinctione facit dictum Areti.& Iaſ.in l.ſi filio.§.finali.
ff.de lega.j.& finaliter iſta eſt communis ſententia,ꝙ qui nõ
habet iuriſditionem non poteſt ſtatuta facere,quo ad de-





ciſionem cauſarum,ſecus verò quantùm ad diſpoſitionem
& ordinationem rerum ſuarum,dummodò non ſint contra
ius commune:vt colligitur ex ſupradictis, cum concor.quę
Moder.repe.congerunt in l.imperium.ff.de iuriſdi.omni.iu-
di.& eſt tex.quem ibi Phili.Fran.ponderat in c.ij.infra &c.
Non obſtat etiam tex.noſter in quo Moder.ſe fundant:quia
intelligo eum de ſingularibus perſonis iuriſditionem haben
80 tibus per ea quæ dicta ſunt,quia iura†loquentia de per-
ſonis,debent intelligi de habilibus.l.vt gradatim.§.lege.ff.
de mune.& hono.cum concordan.vt dixi in §.in perſonam.
poſt Iaſ.ibi Inſtitu.de actio.& iſta mihi videtur veritas,& ſi
in aliqua iuris parte reperiatur ſingulares perſonas feciſſe
ſtatutum,illud eſt approbatione principis,vel quia illis com-
petebat iuriſditio,aliâs ceſſantibus his,non poſſunt ſtatuta
condere,nec conſuetudinem inducere,prout iſte intellectus
probari videtur ex his quæ Alexan.adducit in conſi.cxxiij.
in ij.col.iiij.vol.quod puto fuiſſe Barba. Nec etiam eſt ve-
ra ſecunda illatio,quam facit prædictus Io.de Monteferra-
81 to.Mod.repetens,videlicet,ꝙ valet†ſtatutum auferens facul
tatem teſtandi,licet nõ valeat pactũ: quia clarum eſt ꝙ tale
pactũ non valet:quia eſt cõtra bonos mores:vt dicitur in d.
l.ſtipulatio hoc modo.ergo minimè valebit ſtatutũ per ma-
giſtralem regulã Bart.in l.nõ impoſsibile.in fi.ff.de pact.vbi
concludit ꝙ ſi pactum eſt prohibitum:quia cõtra bonos mo
res:ita & ſtatutum,quia iſta ſunt conuertibilia,quod nõ po-
teſt fieri per pactum nec per legem.Ita dicit ibi Bar. & latius
in l.omnes populi.in vij.col.in iij.q.iij.partis princi.ff.de iu-
ſti.& iure.quem ſequitur & approbat Deci in conſi.xxj.aliâs
ccxxiij.In cauſa.in ij.col nu.4.in ij.parte.& in conſil.xliij.In
cauſa magnifici.col.fi.eo.lib.Non ob.conſi.Barto.lxxij. quia
ex dictis ibi per eum patet ſolutio,quia loquitur in perſonis
habentibus merum & mixtum imperium, & non recognõ-
ſcentibus de facto ſuperiorem,etiam eccleſiam Romanam,
quibus eſt pro ratione volũtas,quo caſu ſumus extra caſum
noſtrũ.præterea ibi nõ loquitur Bar.prout Mod. referunt,&
ſic nõ facit ad propoſitum. Nota decimo ex iſto tex.ibi,no
uiter editã,&c.ꝙ iſtud verbũ,nouiter, idem importat, quod
vltimo editã,c.cùm Marthe.§.cæterũ.vbi ſic exponit.extra
de cele.miſſ.l.pacta nouiſsima.C.de pac.qđ Alex.adducit ad

pulchram quæſtionem in rub.ff.de ope.no.nun.in fi.colũ.&
quid dicatur nouum, vide gloſ.ordinariam in c.generali. in
ver.de nouo.de elec.lib.vj.cum ſi.vt per Fel.in c.cùm ex offi-
cij.in viij.col.de præſcrip.& in c.cùm acceſsiſſent.in gl. fi.de
conſti.& per Moder.in l.admonendi.per illum text.ff.de iure
87 iur. aliquando †nouum dicitur quod nunquàm fuit ſtatu-
tum:quia ſi olim fuit non dicitur nouum:vt eſt glo.not.in c.
præceptis.xij.diſt.& tenet Ange.in l.j.per illum text.ff. quod
quiſq; iur.ſequitur Troilus de Malui.eximius Doctor Bono.
in trac.de canonizatione Sanctorum.fol.7.in iiij.col. & Ho-
ſtien.in c.ſignificauit.de cenſi.facit l.non ſolùm.in prin.ff.de
excu.tuto.& ita poteſt capi hîc, & nouum aliquando dicitur
res inaudita:vt inquit Marcus Tullius lib.j.epiſtolarum,epi-
ſto.ij.aliquãdo nouum,id eſt antiquũ:vt in c. cùm omnes.de
conſti.& ita intelligi poteſt d.l.j.Et nouum etiam aliquando
dicitur quod non durat per annũ.gl.in ver.noui.in c.de gra
dibus.xxxv.q.viij.& nouus homo qui dicatur tradunt Mo-
der.in c.ferrum.l.diſt.& ita etiam in alio ſignificatu accipi-
tur apud Tullium,qui nouum hominem appellat obſcurum,
& peregrinum,ac terræ filium:qui nulla generis neque Gen
tilium nobilitate commendatur,hinc vſurpatur ꝙ noui dicũ
tur moderni,licet Petrarcha eos nouiores appellat,quod ver
bum tanquàm inuſitatum in illo reprehendit Philephus epi
ſtola dccclxij. cuius eſt initium, Stultorum &c.circa finem.
88 †Nota vltimò ibi, expreſſè &c.ꝙ dictio niſi,quando ſequi-
tur negatiua ſtat incluſiuè,ita iſtum text. ad hoc ponderat
Domi.in c.conſtitutio.j.de elec.in prin.de qua dictione Mo
der.hîc multa congerunt quæ extra propoſitum videntur,
& ideo non inſiſto,ſed videndum eſt vt latiſsimè per Iaſo.&
Alexan.in l.actione.c.de tranſac.per Moder.in c.ij. de regu.
iur.j.eod.li.Et quantum attinet ad iſtum tex.iſta dictio niſi,
quæ hîc ponitur affirmatiuè imponit neceſsitatem, & dimi-
nuit de ſuo genere, ſecus quando ponitur negatiuè: vt not.
Bal.in c.cùm acceſsiſſent.per illum tex.de conſti. & ibi And.
Sicu.in viij.col.nu.38.& de hoc per Bar.in l.diuus. ff.de peti.
hęredi. Non tamen obmittenda ſunt circa iſtam dictionẽ,
ea quę ponit Iaſ.in prin.Inſt.de actio.per illum tex.quę licet
ibi latius proſequutus fuerim in commentarijs meis æditis,
tamẽ quia quædam adhuc occurrũt,quę ibi ſcripta nõ ſunt,
ideo



ideo breuiter perſtringam.Stante igitur cõcluſione ſuperius
facta,ꝙ dictio niſi,cũ negatiua ponatur,incluſiuè infert Iaſ.
dicto loco,ad q.ponamus ꝙ aliquis promittat alicui nõ ven
dere equum,niſi ſibi,vtrùm poſsit compelli ad vendendum,
caſu quo alteri nõ vendat:& communis opinio tenet ꝙ nõ,
rationibus de quibus ibi latius dixi,ſed Arch.in c.nõ eſt reũ.
xv.q.iij.tenuit contrarium,& pro ſua opinio.facit ꝙ promiſ
ſio de vendendo,videtur ponere actum in eſſe de præſenti:
& tantùm operatur quantùm ſi venditio facta fuiſſet,vt ibi
probãt,pro quo accidit notabile dictum Alex.in l.cùm fun-
dus.§.ſeruum.ff.ſi cer.pet.vbi poſt Io.An.quem ibi refert di-
cit ꝙ ſi promitto me obligaturum ad decem ꝙ ſtatim poteſt
agi ac ſi facta ſit obligatio,quod dictum ibi ſequitur Iaſ. &
in l.dominus.ff.de condi.indebi.Moder.repe.in l.ij.in princ.
& in v.col.C.de pac.inter empto.& vendi.& nouiſ. Florenti.
89 in repe.§.Cato.nu.179.de verb.obli. †Sed breuiter iſtis non
obſtan.tenenda eſt cõmunis opinio,pro qua cõſyderandum
eſt,ꝙ qui promittit rem nõ vendere alteri,quàm ſibi,nõ vi-
detur teneri,niſi in euentũ quod alteri vendiderit ad inter-
eſſe:ſed ſi alteri facta non ſit venditio,illa promiſsio de ven-
dẽdo nõ eſt vẽditio,vt ibi dixi & vltra ea quæ ibi dixi iſtud
tenet in terminis And.Sicu.in c.niſi ſpecialis.in j.no.de offi.
leg.& Ale.in conſi.cxxj.Viſo themate.in ij.col.lib.iiij.& hinc
dicit Roma.in conſi.lxxxvj.Viſo.col.ij.ꝙ promiſsio de cedẽ-
do non inducit ceſsionem,& eodem modo promiſsio de in-
ueſtiendo nõ obligat dominũ:vt tenet And.de Iſer.Bald. &
alij in c.j.ſi de inueſti.feu.fue.contro.& eodẽ modo dicimus,
90 ꝙ †aliud eſt renunciatio,& aliud pactum de renunciando:
vt in cle.j.de renun.& hoc idem in permutatione procedit:
vt in c.quæſitum.& c.cùm vniuerſorũ.de rer.permu.& plura
alia ſimilia adduci poſſunt,quibus probatur aliud eſſe pro-
miſsionem facere,aliud actũ expedire:vt tradit Are.in cõſi.
xxviij.Diligenter.in j.dubio,quem referunt prædicti Moder.
Floren.in d.§.Cato.nu.181.Ad idem facit glo.iuncto tex.in l.
cognitio.§.fi.ff.de offi.eius.& tex.in l.qui ſe dicit.ff. de iudi.
& quæ no.Alex.in l.ſi pupillus.in fi.prin.ff.ad legem Falci.&
Soc.in l.ſi ante.in j.col.ff.ſolu.ma.& gloſ.in l.j.ff. aduer. liber.
& in l.fina.& ibi Barto.C.vbi,& apud quem.& text.in c.ſuper
eo.de offic.deleg.& Bald.in l.ſi quis filio.§.eius.de iniu.rupt.

cum concor.quæ adducit Barba.in d.c.ſuper eo.in iiij.colũ.
nu.25.& latè Hadria.Papa in iiij.ſenten.tit.de ſac. matri.vbi
latè examinat naturam iſtius dictionis niſi,in illa q.quando
91 quis promittit alteri non nubere quàm tali. †Sed vt opinio
poſsit fœdere diſtinctionis ad concordiam reduci,conſyde-
randum eſt,vlterius pro noua diſtinctione in iſta materia,
quòd aut promiſsio de vendendo fuit facta abſolutè nulla
facta mentione precij,& tunc firmiter concludẽdum eſt vẽ-
ditionem alteri factã valere,quia primo non obligatur,cùm
talis contractus potius conſiſtat in fieri, quàm quod fuerit
factum:vt dicit Geminia.& Philip.Fran.in c.pen.de elec.lib.
vj.Aut verò promiſsio fuit facta in contractu de vendendo
pro certo precio & tali caſu procedat communis opinio,vt
promittens cogatur primo vendere, nec alteri vendere po-
teſt,quia talis cõtractus habetur pro abſoluto, & ita reperio
Caro.Ruinũ hoc ſenſiſſe,in ſatis remoto & peregrino loco,
videlicet in l.j.in prin.in v.col.ff.de verb.obl.pro quo eſt tex.
in §.cùm autem.Inſti.de emptio.& ven.& iſtud ratione pro-
batur: quia vbicunq; fit mentio precij, cenſetur celebratus
contractus emptionis & venditionis.l.fi.C.de prædi. decuri.
lib.x.tenet Bar.in l.filiuſfamilias.§.diui. de leg.j.Abb.in c.ij.
de poſtu.præla.& iſto modo facilè opiniones concordãtur,
& declarantur etiam ea quæ ſcribit Decius in conſi. xiiij.in
iiij.colum.in iij.parte. Expeditis notabilibus extraordina-
rijs quæ vltra Doc.ponderaui,modò referam ordine ſuo no
tabilia Dominici de ſancto Geminia.quem vt præcipuũ Do
ctorem ſuper hoc vj.lib.Decretaliũ imitabor poſtquàm eius
commentaria vſu recepta ſunt in omnibus ferè gymnaſijs,
& eundem interpretes omnes quaſi ducem & aurigam refer
re ſolent,cuius dicta quæ in multis reformatione indigẽt di-
ligentius præſcrutabor,multa noua aperiens, quæ vobis nõ
erant iniucunda,vt re ipſa experiemini.

## *Notabilia Geminiani ſequuntur.*

NOta igitur primo ex iſto tex.ſecundùm eundẽ Do
92 mi.hîc†ꝙ in Papa non cadit ignorantia iuris, &
ideo ſi concedit reſcriptum valet,licet de iure men
tionem non faciat,ita Domi.hîc cum quo omnes tranſeunt.
Et ad



Et ad hoc idem iſtum tex.not.idem Domini.in c.j.in iiij.col.
ĩ.de reſcrip.& hoc fuit originale dictum Inno.in c.j eo.titu.
quem ſequitur Egidi.Bella.in deci.dcxcviij.incip.concluſio.
in ij.col.Et iſtud quod dictum eſt procedit etiam ſi in reſcri-
pto non ſit appoſita clauſula non obſtan. prout concludit
idem Domi.qui ita intelligit iſtum text.in c.ſtatutum. in iij.
col.ver.no.bene iſtam glo.ĩ.titulo proximo,& firmat Egidi.
in dicta deciſione,& Bal.in.l.item lapilli.ff. de rerum diuiſio.
Ex quibus omnibus duo habetis colligere,ſuper quibus ad-
uertendum erit.Primùm eſt ꝙ in Papa non cadit ignorãtia
iuris ſecundùm ꝙ reſcriptum valet,licet de iure mentionem
non faciat. Circa primam concluſionem aduertendum eſt,
quia non videtur verum ſimpliciter iſtud dictum,ꝙ in Papa
non cadat ignorantia iuris,per text.in l.ij.ff.de ſup.lega.vbi
Imperator circa intellectũ ſupellectilis conuincitur erraſſe,
& hoc ſæpius cõtigere poſſe in principe,idem Imperator fa
tetur in l.ij.§.ſi quid autem.C.de vete.iur. enuclean. dum ibi
93 pro conſtanti tenet,†omnium habere memoriã,& in nullo
errare,eſſe potius diuinitatis,quàm humanitatis,& ſic præ-
ſupponit pro expedito, ꝙ in principe ignorantia iuris cade-
re poſsit,quia error,de quo loquitur ibi text. nihil aliud eſt,
quàm ignorantia:vt in l.non idcirco.iuncta rub.C.de iur. &
fac.igno.& c.in quibus.xxij.q.ij.& l.error.ff.de iur.& fac.ign.
Nec mirandum,ꝙ ignorantia in principe cadere poſsit cùm
ſit animal mortale & occupatiſsimum.Nam licet cõſtitutio
nem primam,vel reſcriptum tollere poſsit, nulla facta men-
tione,& facere alia,multò maiora poterit etiam hoc quod
eſt commune omnibus hominibus,videlicet,errare,& pecca
re:vt probat Archie.Floren.in iij.parte ſummæ,titulo xxij.c.
fi.Quamobrem dicit Feli.in c.cùm à nobis.in ij.colũ. in iiij.
no.de teſti.ꝙ aliquando poteſt Papæ dici, vos fallit obliuio,
vt ibi latius per eum:nec mirùm, quia memoria eius corru-
ptibilis eſt:vt dicit Bal.in c.ex parte.el ij.de offi. dele. & hac
de cauſa videmus Iuriſconſultos ſæpius defeciſſe: vt refert
Ambro.Opizo.in repe.§.diui.l.filiuſfamilias.de leg.j.col.xv.
Vbi ab obliuione Labeonem Iuriſconſultum defendit, ob
94 quam ſæpe Iuriſconſulti peſsimè ſunt locuti: †& licet ipſos
reprehendere ſit quodammodo in ſpiritumſanctum pecca-
re:vt dicit Lancelo.Decius in l. ſi creditor.in iij. colum. de
leg.j.&

leg.j.& Iaſ.in.l.à diuo.§.ſi ſuper.de re iudi.in princi. Propter
quam cauſam Iaſ.in l.iij.§.ex contrario.in primis verbis, non
audet impugnare Træbatium, licet æſtimauerit eum malè re
prehendere Labeonem, tamen ſi euidenter de errore appa-
ret, adhærendum eſt potius veritati, ob quam non dubita-
uit Paulus Petro in facie reſiſtere.c.Paulus.ij.q.vij.& ad Ga-
latas c.ij.ea igitur de cauſa Iuriſconſulti redargui de errore
poſſunt, prout à multis paſsim reprehenduntur: vt dicit Ale.
in l.j.in iiij.col.nu.15.in fi.ver.nam hæc differentia. ff.ſi cert.
pet.per l.iij.§.Neratius. ff.de acquir.poſ.cũ concor. de quibus
ibi per eum, & hoc idẽ dicit Iaſ.in l.lecta.in ij.col.eo. tit.& fa
cit tex.in l.eſt differentia.ff.in quib.cau.pign.taci.contrahi.
95 †nam ſufficit ꝙ homines fuerunt inter quos nullus repertus
eſt ſine macula. Nam ſicut in angelis ſuis Deus inuenit pra-
uitatem, cùm tamen illi non haberet, vt nos inſtigantem car
nem, quid igitur fiet in filijs hominum, qui carnem inſtigan
tem, dæmonem tentantem, & mundum inuitantem, & ad
errores inducentem habẽt: vt de iſtis eſt tex.no.in c.fi. circa
fi.de pœni.diſt.ij. Propter quam rationem dicit And.Sicu.in
rub.de prob.in j.col.ꝙ impoſsibile eſt dicere ꝙ Iuriſconſulti
aliquando nõ errauerint, nam nõ auderet hoc dicere: & pro-
pterea Bart.audacter reprehendit diffinitionem latæ culpæ
datam à Iuriſconſulto in l.latæ culpæ.ff.de verbo.ſignifi.in
repetitio.l.ꝙ Nerua.in iiij.colũ.ff.depoſi. Et hoc etiam patet
in diffinitione argenti puri data per Alphenum Seruij Sul-
pitij Iuriſconſulti diſcipulum, cuius reſponſa infinita extãt,
de cuius errore Aulus Gellius meminit noctium Atticarum
lib.vj. vbi etiam diffinitionem illam ſiue etymologiam teſta
menti, datam per Imperatorem Inſtitu.de teſta.in princ.ele-
ganter deridet. Quem ſequitur pluribus verbis Laurentius
Valla elegantiarum ſuarum libro ſexto. & reaſſumunt qui-
dam Moderni memorialibus iuris in verbo, teſtamenta.&
nouiſsimi repetentes in repetitio.rubri. de lega. j. in xiiij.
colum.& M.Tullius in oratione pro Murena plura loca Iu-
riſconſultorum citat emendatione digna. Conniuere enim
96 †& ſæpius falli, proprium eſt hominis, maximè in hac legali
ſapientia, quæ in arbitraria hominum voluntate conſiſtit,
ob quam cauſam dicit Angel. in l.ſi contra.c.de vſuſca.pro
empto. quòd licet quilibet præſumatur doctus in arte ſua,
& perfe-



& perfectus: vt ibi eſt tex, non tamen illud procedit in ſciẽtia
iuris, & propterea dicit ꝙ nullus fuit Iuriſconſultus, qui non
fuerit reprehenſus, quod dictum magnifacit Andre.Sicu. in
conſi.j.in xvij.colũ.in iij.vol. faciunt quæ dicit Areti.in l.qui
patri.ff.de acquiren.hæredi. vbi iuris diſciplinam maledicit
ex eo vix biduum fuerat elapſum: quia viderat tex. & tũc nõ
recordabatur de eo, ad idẽ facit quod latè dicit And.Sicu.de
Bar.errore loquens in conſi.j.incip.Ex ſacris. in pe.col.lib.j.
& Alex.in l.ex diuerſo.in prin.in v.col.ff.ſolu.ma.& hoc idẽ
de Iuriſconſultis Tertul.dicit in Apologe, cap.iiij.inquiens,
*Miramini hominem aut errare potuiſſe in lege condenda, aut reci-
puiſſe in reprobandam? Nónne & ipſius Lycurgi leges à Lacedæ-
monijs emendatæ tantùm authori ſuo doloris miſerunt, vt in ſeceſſu
inedia de ſemetipſo iudicauerit, &c.* Quod dictum ampliori-
bus verbis reaſſumit Budæus in annotationibus iuris, fo-
lio.8. facit etiam quod de lege Longobarda dicit Lucas de
Penna in l.j.c.de gladiatorib. libro x. quòd illa lex eſt fex: &
dicit Præpoſi.in §.ſi duo.in fi.de pace tenen. ꝙ quando Im-
perator fecit illum §.nõ habebat iuriſperitos: & Laurentius
valla in ſuis de lingua Latina elegantijs Pomponium, Sabi-
num, atque Caſsium, Iuriſconſultos, probat à vera gemma-
rum interpretatione deuiaſſe: & ideo dicit glo.penul.in l.fi.
c.in quib.cau.in integ.reſtitu. non eſt neceſ. quòd Iuſtinia-
nus biberat quando fecerat illam legem: & glo. etiam alibi
dicit Hieronymum à vero deuiaſſe, videlicet, in c.j.in gloſſ.
penul.x.diſtin.& alibi dormitaſſe Auguſtinum. Ita dicit glo.
j.c.nuptiarum.in verſi.cùm enim.xxvij.q.j. Vnde meritò gl.
in l.filiuſfamilias.§.diui.ff.de leg.j.dicit ꝙ Iuriſconſulti mul-
toties reprehenduntur, quinimò plus dicit Angelus in l.mi-
nus.c.de acquiren.poſſeſ.ꝙ nunquàm fuit aliquis Iuriſcon-
ſultus qui aliquando non fuit reprehenſus: quia vt inquit
Bald.in quodam ſuo conſi.incipiẽ.Sciendum eſt.quem refert
Soci.in conſi.cl.in j.volu.in vj.colum. ſpeculatiua & æſtima-
tiua, quæ eſt vtilior pars intellectus, quàm ſit concluſiua nõ
eſt ſemper eadem, ſed ex varietate rerum & cellulæ intelle-
ctus variatur. Ita Bald.in conſil.xcix.incip.Sciendum. in fi.
in ij.vol. Sed licet (vt prędicti Docto.dicunt) in Iuriſconſul-
tis vel principibus, labilis ſit memoria: nõ tamẽ ob eam cau
ſam reprehẽdendos exiſtimo, ſed potius excuſandos, quorũ
dicta

dicta pro lege recipimus.Nam qui illos reprehendit illis me-
liorem ſe facit,& ſic legi facit iniuriam, cùm nullus lege me-
lior inueniatur:vt dicit Bal.in l.ij.C.de ſenten.ex peri.reci.&
nouiſsi.repe.in repe.c.Raynucius. fol.224.in ij. col. de teſta.
Nam inſanus meritò iudicatur,qui Iuriſconſultum reprehẽ
dit.l.ſi ita quis.ff.de euic.Sed poſſet dici, ꝙ in talibus impu-
tanda ſit obliuio,non malitia.Nam quæ per obliuionem ac-
cidunt,venia digna videntur, niſi fuerit in facto proprio,
quæ omnia cùm in principibus facilius accidere poſſunt,
atque ideo ſæpius, quia negotiorum mole obruuntur, pro-
pterea concludendum videtur,eos etiam poſſe labi, & à ve-
ro iuris intellectu deuiare,nedum à memoria iuris,quæ cùm
97 in omnibus labilis ſit,in Papa facilius deficere poteſt,†quia
frequenter Papæ annoſi,& graui ætate creantur, quæ ætas
ſecundùm Senecam domus eſt obliuionis,in quam primum
ſenectus incurrit,probant Mode.de Ripa in trac.peſtilentię.
fo.65.col.j.& ante ipſum latius reaſſumit Andr.Sicu.in c.ab
excõmunicato.in xv.col.nu.73.& latiſsimè in c.cùm adeò.in
ij.colũ.& in c.eam te.per illum tex.in iij.col.de reſcrip.& in c.
cauſam quæ.el ij.de iudi.& in c.tertio loco.in xxix.colũ.nu.
67.de proba.Quo in loco idem Barba.ſe plurimum iactat ſe
aſſequutum fuiſſe memoriam nõ ſolùm naturalem, ſed etiã
artificialem:& in propoſito alia cõgerunt Moder.Bononieñ.
in repetiti.l.is qui cùm telo.nu.2.C.de ſica.Ex quibus omni-
bus reſtat ſatis probata iſta cõcluſio,videlicet,ꝙ in Papa po
teſt cadere ignorantia iuris,propter obliuionem.Et hoc idẽ
quod dicitur de Papa procedit in ſenatu Cardinalium : vt
And.Sicu.concludit in conſi.xl.incip.Clemẽtiſsimum.in iij.
col.lib.iiij. Non obſtat iſte tex.qui in Papa videtur probare
contrarium,quia ad illum dupliciter reſpondetur.Primò ꝙ
loquatur in eodem Papa,qui duas conſtitutiones contrarias
fecit:nam faciẽdo poſteriorem,cenſetur primæ derogaſſe,li
cet de illa mentionem non faciat,ea ratione cùm ſit factum
proprium,non præſumitur illud ignorare : ſed illas cenſetur
habere in ſcrinio pectoris:quia in facto proprio ignorantia
non præſumitur.l.ſi.ff.pro ſocio.& c.ab excommunicato. de
98 reſcrip.† & quia facta propria facilius videtur reuocare, ꝗ
illa ſui prædeceſſoris, quæ cùm maiori reuerentia cuſtodit,
ob eam cauſam, vt ſua à ſucceſſoribus obſeruentur : vt eſt
tex.



tex.nota.in c.iuſtitiæ.xxv.q.j.Per quem tex. hoc in terminis
dicit Roma.in conſi.cccxxvij.iſta ſunt.in ij.colum.Vbi mul-
tis rationibus hoc probat, & per hoc redditur dubitabilis
opi.Ioan.Mona.hîc,& Iaco.Butri.in l.præſcriptionis.in fine.
C.ſi contra ius.cum alijs quos refert Alexan.in conſi.iij.Pro-
ſpectis.in iij.colum.nu.20.in vj.volu. qui dicebant, ꝙ Papa
facilius conſtitutionem prædeceſſoris reuocat quàm ſuam,
quod non eſt verum, facit capitulo,ex literis. de reſcriptis.
99 † Vel ſecundò reſponde,ꝙ iſta verba tex.videlicet,ꝙ Papa
cenſeatur habere iura in ſcrinio pectoris,non intelliguntur
propter ſcientiam & peritiam,vel memoriam, quas habet,
quia poteſt eſſe idiota & immemor etiã ſui: vt de Celeſtino
Papa legimus,qui adeò obliuioſus erat,vt ea quæ mane con
ceſſerat vni,ſero alijs cõcedebat,& ille idem idiota erat,pro-
pter quod hodie pontifices remoueri non poſſent : vt dicit
glo.in verſi.ſufficientem.in c.j.de renun.lib.vj. & Feli.in c.ſi
quando.in ix.col.de reſcrip. Sunt igitur intelligenda verba
iſtius tex,ꝙ habeat iura in ſcrinio pectoris,propter authori-
tatem quam habet,non propter ſcientiam, ita dicit Bald.in
100 c.j.colum.ſi.de confeſ.†vbi dicit ꝙ quamprimùm creatur
aliquis Papa eo ipſo eſt Doctor vtriuſque iuris authoritate,
non ſcientia,quod dictum ſequitur And.Sicu.in rub.de teſt.
in xxxix.col.nu.17.in fi.& ideo iſte text,cum miniſterio vti-
tur verbo cenſetur,quod fictionem denotat : vt dicit Domi-
ni.ſ.in iij.glo.in alio propoſito,& ita intelliguntur quę ſcri-
bit Abb.ad declarationem iſtius tex.in c.cùm ex literis.in v.
no.de reſti.in integ.dum dicit,ꝙ iſta verba tex. ꝙ Papa ha-
beat iura in ſcrinio pectoris,intelliguntur propter multitudi
nem peritorum,qui illi aſsiſtunt. Quod vltra ipſum,ratione
probatur,quia ideo illud ſibi contingit, quoniam facilius
res ad memoriam reducitur quãdo à pluribus perſcrutatur:
vt in c.ſi.xx.diſt.facit quod dicit Domi.in c.per hoc.§.verum.
ſ.de hære.& Abb.in c.prudentiam.per illum tex.in j.colũ.de
offic.deleg.& iſto modo declarari debet regula Abb.in d.c.
cùm ex literis.& licet non eo modo ipſe dicat,ſicut præmiſ-
ſum eſt:tamen pro opinione eius,eſt caſus in l.omnium.C.de
teſta.ibi inter tot notabiles probataſque perſonas quæ con-
ſcientiam principis tenent, quem text.ad hoc Andre. Sicu.
ponderat in conſi.j.in viij.colum.in j.vol.& conſi.j.in xxvj.
colum.in

colum.in iij.vol.& no. Cor.in conſi.cc.in iij.col.lib.j. & illam
rationem Abb.in d.c.tam literis.approbat Bartho. Belenzi-
nus in tract. de charita.ſubſi.q.lxvj.col.vij.vbi etiam aliam
rationem reddit,quam ibi videas,& And.Sicu.in rub.de te-
ſta.in xlviij.colũ.nu.17.in fi.& hoc quantum ad primum di
ctum Domi. Secunda concluſio colligitur ex prædicto no.
Domi.ꝙ adeò in Papa ſcientia iuris præſumitur ꝙ ſecundũ
reſcriptum valet de iure mẽtionem nõ faciens, & hoc pro-
cedit etiam ſine clauſula nõ obſtã.vt idem Domi.firmat.Ita
intelligendo iſtum tex.in c.ſtatutum.in iij.col.verſi.nõ.bene
iſtam glo.ĩ.tit.proximo,& videtur ſequi Feli licet de Domi
ni.mentionem nõ faciat in c.j.in iiij.col.ver.limita.iiij.de re
ſcrip.vbi dicit,ꝙ paris potentiæ eſt reſcriptum & lex ad tol-
lendum primum ius:& hoc idem tenet Egidi. deci.dcxcviij.
Sed tu audias,ꝙ dictum iſtud do. Feli.& ſequacium,quod
ab alijs tacitè approbatur,mihi non placet, nec ſimpliciter
eſt verum:nam illud in primis reprobat Abb. in c.j. in ij.col.
de reſcrip.Nec illud dictum ex tex.iſto colligitur,qui de lege
loquitur contraria primæ conſtitutioni, ſed reſcriptum con
tra ius,non ſolùm illud non tollit,ſed nec tale reſcriptum va-
let,l.fi.c.ſi contra ius vel vtilita.publi. &l.nec damnoſa.c.de
preci.Impe. offe.c.j.de reſcrip. Et ideo vt ſaluari poſsit di-
ctum Domi. oportet dicere ꝙ dictum eius intelligatur, &
ſuppleatur,quando in reſcripto appoſita fuiſſet clauſula nõ
obſtan.vt probatur in c.nõnulli.de reſcrip. aliâs reſcriptum
tale eſſet illicò abijciendum:vt dicit Abb.per gl.hîc in c.pa
ſtoralis.in fi.de fide inſtru.Pro quo facit doctrina Bar.in l.fi.
in fi.c.ſi contra ius vel vtilita publi.& quæ tradit And.Sicu.
in rub. de reſcrip. in cle.in xvij.colũ. Sed iſta ſupplectio ſeu
defenſio poteſt morderr per ea quæ dicunt domini de Rota
deciſi.iij.in nouis,in ij.col.Vbi volunt, ꝙ per clauſulam non
obſtan.non tollitur diſpoſitio iuris communis,& etiam quia
ipſe Domi.declarando iſtum text.& dicta ſua hîc cõtrarium
dixit in dicto c.ſtatutum, videlicet ꝙ non requitur clauſula
101 non obſtã.& hoc alia ratione probatur,† quia iſto caſu vi-
delicet,quãdo reſcriptum continet clauſula non obſtã.reſcri
ptum mutat nomen,& tranſit in priuilegium:vt dicit glo.in
verſi.noſcatur. Nam reſcriptum propriè dicitur, illud quod
eſt ad obſeruantiam iuris communis,non contra ius.l.falſo.

c.de



c.de diuer.reſcrip.& tradunt Moder.in rubri.extra de reſcri.
vt dicam infra in rubri.eiuſdem titu. & in hoc differt à pri-
uilegio, quod eſt contra ius commune: & ſic iſtud dictum
Dominici nullo pacto videtur verum, & contrarium eius,
quod hîc dicit,tenuit idem Dominicus poſt Ioan. Andre.&
Petr.de Ancha.in c.j.in ij.columna. in gloſſ.inuentione.ĩ.de
exceſsib.prælato. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ Papa ſcribendo
contra ius, cenſetur habere ſcientiam iuris: & ideo nõ opus
eſt,ꝙ faciat mentionem de iure: prout latè dicemus infra in
alio notabili. Quia reſpondetur, ꝙ illud procedit quando
princeps ſcribit ſtatuendo per viam legis:vt hîc dicit tex. ſe-
cus autem eſt, quando concedit reſcriptum contra legem:
quia tunc præſumitur circũuentus,& reſcriptum potius per
importunitatem obtentum: vt dicit hîc glo.& Feli.in c.cùm
à nobis.in ij.colum.de teſti.Præſertim cùm in iſto caſu repe
riatur facta prouiſio à iure,in d.l.fina.c.ſi contra ius.vbi diſ-
ponitur ꝙ reſcripta contra ius non valeant: & pro iſta par-
te facit dictum Cardina. in clemen. finali,in fine,de electio.
dum vult quòd ex quo text.ibi dicit quòd nõ valet licentia
conceſſa religioſo,à ſuo ſuperiore generale,quòd poſsit con
ſentire electioni de ſe factæ ſi Papa ſcriberet, & concederet
licentiam religioſo,talis licentia ex quo contra ius non va-
leret,& præſumeretur per importunitatem obtenta:vt dicit
glo.hîc in verſicu.noſcatur.vbi videndum erit: & ratio dif-
ferentiæ in prædictis eſt:quia quòd lex tollat legem,illud eſt
ratione æqualis potentiæ,& vtilitatis,c.non debet. de con-
ſanguini.& affinita. & illa vtilitas quæ in vltima lege conſy
deratur,eſt eiuſdem effectus,cuius erat prima,ſcilicet,perpe-
tua & communis:& tali modo conſeruatur regula, quæ po-
nitur in c.j.de regu.iur. In reſcripto verò illa non militant,
cùm ſint minoris potentiæ, vt dicit Salice.in l.finali.c.quæ
ſit longa conſuetu.& in l.j.c.de ſer.reipu.manumiſ. Quia re-
ſcripta ſunt ad priuatam vtilitatem, & ſtricti iuris:& ideo
non afferunt commodum in vniuerſo,nec vtilitatem perpe
tuam: vt in terminis noſtris probat Deci.in c.fina. in ij.co-
lum.nume.5.de conſtitutio.cum ſimi.vt ſcribit Andr.Sicu.in
c.ij.in vj. colum.de reſcrip.facit c.plerunque.eod.tit.& ideo
eſt ꝙ per illud lex communis tolli nõ debet,nec diſſolui,niſi
102 à pari & eadem potentia,d.c.j. † Vel ſecũdò poteſt dici,ꝙ

princeps

princeps condendo legem vtitur plenitudine poteſtatis, ex
quo illam facit ex certa ſcientia,& motu proprio,non ad al-
terius ſuggeſtionem:vt no.dicit Bar.in auth. quas actiones.
circa fi.C.de ſac.ſan.eccle.& in l.j.in fi.C.de bo.va.lib.x.& ita
intelligitur.l.fi.C.de legi. & hoc ratione probatur:quia certa
ſcientia principis quæ in lege condenda concurrit æquipa-
ratur plenitudini poteſtatis:vt no.ſingulariter Inno.in c.in-
notuit.de elect.tenet Bal.in l.eos.in prin.C.de appel.cum con
cor.vt ſcribit Alex.in cõſi.xcij.Perſpectis diligẽter. in vj.col.
nu.32.in vj.vol.& ideo illa abſoluta poteſtas, hoc operatur,
vt prima lex contraria etiam abſolutè tollatur,non facta ali
103 qua mentione.†Nã vbi eſt certa ſcientia,fruſtra fieret men
tio.argu.l.j.in fi.ff.de dote præleg.c.ſi motu proprio.de præ-
ben.lib.vj.facit l.quidam.ff.de re iud. nam illud requiſitum
ad hoc fit,vt ſcientia detur, qua habita non requiritur vlte-
rior ſolennitas.arg.l.de vno quoq;.& quæ ibi Alex.not.ff.de
re iudi.& l.iij.ff.ꝙ quiſq; iur.& ſecundùm hoc habes ꝙ ſtatu
tum,& reſcriptum multum differunt: & dico in vna q.ſuper
regula,de annali. Ex quo infertur ꝙ male dicit Anto. de
But.& Imo.in c.qui in eccleſiarum.de conſti.& Alex.in cõſi.
ij.in pe.colũ.l.j.dum volunt ꝙ reſcriptum, & ſtatutum æqui-
parantur:& hoc idem tenet Iaſ.in l.pe.in.ij.col.ff.de iuſti. &
iur.Nam ex prędictis patet contrariũ:& ita in alio caſu illos
reprehendit Deci.in c.cùm acceſsiſſent.in iiij.colũ.de conſti.
Saluari tamen poſſet alio modo dictum Domi. ꝙ dictum
ſuum procedat quandò reſcriptum non eſt contra ius,ſed ſe
cundùm ius cõmune: Nam tali caſu idem iudicatur de illo
reſcripto,quòd de iure:vt cõcludunt omnes in c.j.de reſcrip.
104 & tenet gloſ.hic in verſi.facti vbi dicetur:†& ideo ſicut in
ſecunda lege non requiritur,ꝙ fiat mẽtio de prima,ita in re-
ſcripto continente idem quòd ius cõmune. Tamen adhuc
contra hoc inſtabit ſubtilis, & dicet, non eſt dare caſum in
quo iſtud dictũ Domi.poſsit ſaluari:quia ſi lex concordat cũ
reſcripto,ſumus extra caſum iſtius tex.qui de legibus cõtra-
rijs loquitur:& clauſula non obſtan.de qua Domi.meminit,
ita demũ ponitur,quando ius obſtat,ſed eo caſu quo reſcri-
ptum cum iure concordaret,non dicitur obſtare:ideo &c.&
ſi dicis;ꝙ reſcriptũ poteſt cõtinere idem quòd ſecunda lex
contraria primæ,iſtud etiam non ſufficit,ex eo quia cùm lex
prima



prima ſit per ſecundam ſublata,fruſtra diſputabitur, an re-
ſcriptum debeat facere mẽtionem de prima lege, vel nõ,per
ea quæ no.Feli.dicit in c.ex tenore.in j.co.de reſcri. Et ideo
cogitabã adhuc vt ceſſent omnes difficultates,ſi poſſet dici
ꝙ ſi reſcriptum quod eſt cõtra ius non infert alicui præiu-
diciũ,quãdo de tali reſcripto eſt bene informatus princeps,
putarẽ per illud eſſe derogatũ iuri,etiam nulla facta mẽtio-
tione:& ita intelligitur dictum Domi.hîc,& in d.c.ſtatutũ.
Aut verò reſcriptum eſt contra ius,& in præiudicium tertij
in fauorem cuius illud ius facit:& tunc aut illud præiudiciũ
eſt magnum,quia priuatur iure quæſito, & tunc tale reſcri-
ptum non valet.Et ita procedant iura contraria in d.l.fi.&
l.nec damnoſa.cum ſimi.Aut per illud reſcriptum cõtra ius
fit modicum præiudicium tertio, & tunc reſcriptum valet,
cum clauſula generalis,non obſtan.& aliquando ſine clau-
ſula.& ita procedat gloſ.in verſic.noſcatur.ĩ.eod.facit text.
in l.quoties.C.de precib.Impe.offeren.& iſta mea diſtinctio
optimè probatur ex dictis Alexã.licet non ita ſpecificè ipſe
dicat in conſi.clxxxvij.Videretur.in vj.col.verſi.idem cõſu-
luit.in v.volu.& hoc idem expreſsius dicit in conſil.iij.colũ.
iij.in vj.volu.Poſſet ad hoc etiam adaptari pro defenſione
dictorum Dominici alia notabilis diſtinctio quam idẽ Do-
minicus ponit ĩ.in gloſ.noſcatur.in fine,quem videas.Et per
iſta habes perfectiſsimè enucleata iſta dicta Domini. ſuper
iſto primo notabili. Quo retento,pro vera & clara notitia
iſtius materiæ,& intellectu huius tex.reaſſumo regulam pri-
mam Dominici hîc,quam ampliabo,& limitabo nouiter vl-
tra alios ſcribentes. Regula igitur eſt,ꝙ in principe non ca
dit ignorãtia iuris,quia cenſetur habere omnia iura in ſcri-
nio pectoris. Amplia primò iſtud dictum, per ea quæ dicit
Abb.in c.veſtra.in j.notabili.de coha.cleri. & mulie.vbi di-
105 cit,†ꝙ ex quo princeps habet iura in ſcrinio pectoris,alle-
gatio generalis eſt ſufficiens coram eo, quemadmodum co-
ram maximo Doctore. Sed tamen aduertendum eſt, quòd
iſtud non eſt ſimpliciter verum:prout dico latè in c.cùm in
106 multis.ĩ.titu.proximo.vbi videndum erit. †Secundò per
iſtum text.dicit Abb.in c.dudum.el j.in j.colum.in fi.de elec.
quòd licet appellatione allegationum contineantur tam al-
legatione iuris,quàm facti:vt tenet dominus Antonius in c.
 paſtoralis.

paſtoralis.de cauſa poſſ.& Barto.in l.conſentaneum.col.pe.
c.quomodo & quando iud. Tamen ſi fiant huiuſmodi alle-
gationes coram principe,continentur tantum allegationes
facti,vt ſunt exceptiones,replicationes,& ſimilia non iuris,
cùm coram eo non ſit neceſſaria illa poſitio,quia in eo non
cadit ignorantia iuris,c.ſæpe.in prin.de appel.faciũt ad hoc
plura quæ congerit Feli.in c.in cauſis.de reg.iur. Iſtud etiã
dictum videtur dubitabile,quia iure nõ probatur:nam ſi de
natura verbi allegatio,continentur allegationes tam iuris q̃
facti,non video rationem,quare illa verbi proprietas reſpe-
ctu principis reſtringatur.Nec obſt.quòd habet iura in ſcri-
nio pectoris,quia illud intelligitur interpretatione, nõ verè
& effectualiter,vt dictum eſt ſuperius:& ideo decipi poteſt,
& errare:& propterea requiritur informatio, & allegatio:vt
ex hoc certificetur.Probatur hoc per tex.in l.nec damnoſa.
107 C.de preci.Impe.offer.iuncto c.nonnulli.de reſcript.†Nam
videmus quòd reſcripta contra legem non valẽt,d.l.nec dã-
noſa.& tamen cum clauſula non obſtan.valent,d.c.nonnulli,
ratio redditur per omnes,quia princeps propter multitudi-
nem negotiorum præſumitur circunuentus, & obliuiſci:vt
vult hîc glo.& tex.in c.ſi quando.de reſcrip.& c.ex parte. de
offi.deleg.Iſta ratio militat,quando coram eo fiunt allega-
108 tiones.†Nam propter multitudinem negotiorũ requiritur,
ꝙ etiam allegetur in iure,vt ſit bene certificatus:quia poteſt
contingere ꝙ princeps ſit ignarus & neſciat iura,& ideo cę-
cus male de coloribus iudicaret, & ſi illa ratio eſſet vera, ꝙ
realiter haberet in ſcrinio pectoris,deberet valere reſcriptũ
contra ius,ex quo præſumeretur illud ſcire,cuius cõtrarium
dicitur in dicta l.nec damnoſa:& in l.fin.C.ſi contra ius vel
vtilitatem publicam.dicas ergo quòd illa ratio aliter intelli-
genda eſt,vt dixi. Tertiò per regulam iſtius tex.dicit nota.
Rota deciſi. dcx.in titu.de ſubrept.in antiquis, ꝙ ſubreptio
circa malam deductionem iuris communis,ſiue qualitatis
non vitiat,cùm non dicatur Papa decipi qui habet iura in
ſcrinio pectoris,ſecus ſi eſſet qualitas facti:quia bene tunc
ſubreptio vitiaret,& ita dicit ibi Rota reſpondiſſe Vrbanũ
Papam cuidam Auditori:& ſequitur Felin. in cap.ſuper li-
teris.in v.col.in fi.verſic.exprimenda ſunt.de reſcript.& ibi
alleg.illã deci. Rotæ, licet corruptè.& idẽ tenet Rota in de-
ciſio.ccij,



ciſio.ccij.incip.nota quòd quis.in tit.de impetrationibus.in
antiquis,vbi tenet ꝙ impetrans Decanatum vel Archidiaco
natum non eſt opus,ꝙ faciat mentionem de cura, cùm illa
inſit à iure,c.ad hæc.de offi. Archi.& ita etiam tenet Ber. de
Beſigneto,in deci.xiij.tit.de præben.& Deci.in c.cùm adeò.
in iij.not.de reſcrip.cum concor.vt ſcribo in tracta.meo de
109 qualitatibus in impetrationibus exprimen.fo.1.†Sic etiam
videmus,ꝙ ſi monachus dicit ſe nobilẽ,non eſt ſurreptio,li-
cet per profeſsionem expirauerit ſua nobilitas, quare Papa
non dicitur decipi:vt cõcludit Roma.in ſingu.xxxvij.Vtrũ
nobilis.quem cum alijs ſimilibus refert,& ſequitur Iaſ.in l.ij.
in ij.col.ſi contra ius vel vtili.public.Feli.in d.c.ſuper literis.
in vj.col.& quidam Bonus de Curtili in tract. nobilitatis.in
ij.parte,nu.29.& latè Felin.in c.in noſtra.in iiij.corre. de re-
ſcrip.& And.Sicu.in c.ad aures.in j.& ij.col.de reſcri.& licet
ibi poſt Hoſt.& Io.And.hoc in contentionẽ adducũt,tamen
illud dictum de nobilitate cõmuniter tenetur. Illud tamen
quod dictum eſt,ꝙ non ſit opus facere mentionem de cura,
videtur magis dubitabile:nam cõfunditur per tex.in c.cùm
in illis.& ibi not.Domi.j. de præben.eo.lib.& per dictũ Car.
in conſi.xxx.In hac dubia.& hanc opi.tenet expreſſè Imola,
poſt Calde.in c.in noſtra.de reſcrip.& eſt communis opinio.
Sed in vno caſu defendi poteſt prædicta opinio domino-
rum de Rota,videlicet,quando cura fuiſſet annexa ratione
dignitatis,per ea quæ Domini.dicit per illum text.in c.ſuper
eo.j.de præben.eodem lib.& Old.cõſil.cij.Factum tale eſt.&
& Rota deci.xlvj.in titu.de reſcrip.in antiquis. Quartò per
iſtam regulam dicit Abb.in c.examinata.in gloſ.fi. de cõfir.
110 vtil.†ꝙ ſi confirmatio ſit facta à principe ex certa ſciẽtia,
ꝙ dictio ſicut,in ea poſita non ſtat conditionaliter,ſed cau-
ſaliter,ſcilicet pro quia:reddit enim cauſam cõfirmationis.
Ratio eſt,quia tũc princeps dicit informatus,& ex hoc dicit
habere iura in ſcrinio pectoris:& ideo dictio,ſicut,nõ debet
intelligi ꝙ ſtet conditionaliter,ſecus aũt qñ princeps cõfir-
maret ſimpliciter nõ informatus,quia iſto caſu ex quo præ-
ſumitur ignorare,dictio ſicut,ſtabit cõditionaliter.Iſta ſunt
verba in dicto loco,quæ notabis:& aliam deciſionem ponit
Felinus per iſtum text.in c.cùm adeò.in princip. de reſcript.
quam breuitatis cauſa non refero,quoniã multũ ſe extẽdit.

Quintò per iſtum tex.dicit Feli.in proœ.Grego.in v.col.ꝙ
ſi Papa ſcribit capitulo in materia odioſa, comprehendit ſo
los canonicos,nõ autẽ Archipresbyterũ,vel ſimiles,quia vi-
detur cõſyderare,prout de iure communi eſt ꝙ præſumitur
ſcire,vt hîc,nõ prout de iure ſpeciali quod cenſetur ignora-
re,& ita procedit tex.in c.eam te.ibi,Decano & capitulo.ſu-
pra de reſcriptis.& ita etiam firmat Domi.in c.fi.in pe. col.ĩ.
de præb,& reaſſumit latius Io.Fran.de Pauinis, in tracta.de
offi.& poteſta.capi.ſede vacan.in v.euidentiali.fo.5. Sextò
dicit etiam notabiliter Feli.per iſtum text.in c.paſtoralis.in
ij.col.in fi.verſi.limita tertiò.de offi.ordi.ꝙ ſi Papa cõcedat
indultum,vel priuilegium alicui capitulo,vt habeat iuriſdi-
tionem in certis capellis,iuncta clauſula,ꝙ ſuper illis non li-
ceat alicui iuriſditionem exercere ꝙ per iſta verba videtur
adempta iuriſditio,etiam in illis capellis & cuiuſlibet alte-
rius,quod eſt verum,vbi illa iuriſditio illis competeret de iu
re cõmuni,ſecus ſi competeret de conſuetudine,per dictum
no.Bar.in l.viros.in j.not.C.de diuer.of.li.xij.vbi ponit exẽ-
111 plum in no.caſu,& hoc ideo eſt,†quia in Papa quando ſcri
bit in materia iuris præſumitur ſcientia:vt hîc eſt tex.quem
etiam ad hoc alleg.Domi.in c.ſtatutum. in prin.in vj.col.in
glo.harum.ĩ.de reſcript.& Egidi.in conſi.j.col.xx.& pro illo
dicto Feli.facit dictum eiuſdem Domi.in c.ſtatutum.§.cùm
verò.in j.col.verſi.quid ſi cauſa.eo.tit. vbi quærit de nota.
q.quid ſi cauſa Florẽtinorum cõmittatur Epiſcopo Feſula-
no qui in ciuitate Florẽtiæ,vbi habitat ex priuilegio poteſt
iudicare inter ſuos ſubditos,an valeat cõmiſsio:& poſt plu-
ra tenet ꝙ non per iſtũ tex.Quia cùm Papa Epiſcopo Feſu-
lano cõmittit,videtur cõmittere ſub nomine dignitatis or-
dinariæ,& ſic Feſulis:& de illa iuriſditione,quæ eſt iuris cõ-
munis videtur Papa cogitaſſe,non de illa quæ competit ex
priuilegio niſi Papa ſit certificatus.Ita concludit ibi Domi.
& poſteriores ſequuntur,cum quibus concordat Car.in cle.
cùm de beneficio.in iij.col.verſi.oppono ad hoc.de præbẽ.
112 †& ſub prætextu iſtius præſumptæ ſcientiæ iuris,dicimus
Papam propter inſufficientiam ſcientiæ non poſſe deponi,
ſecus eſt in alijs inferioribus,in quibus talis defectus multũ
nocet,quia in eis ſcientia iuris non præſumitur,per tex.hîc,
& ita in terminis dicit idem Domi.in c.j.in pe.col. ſuper glo.
inſufficien-



inſufficientem,ĩ.de renun.& ſequitur Deci.in c.cùm in cun-
ctis.in iij.colũ.nu.17.de elect. Tamen iſtud dictum videtur
dubitabile:quia(vt dictum eſt)verba iſtius tex.ꝙ Papa cen-
ſeatur habere iura in pectore nõ inducũt veritatem,ſed po-
teſtatem interpretandi:nam in ignaro pontifice impoſsibile
eſt,ꝙ verè illud cõtingat,qui ita ſupinè errare poteſt,vt qui-
libet Chriſtianus:Non tamẽ quilibet ita errata poteſt inter-
pretari,vt ipſe cui ſoli traditæ ſunt claues regni cœlorum,&
poteſtas legis condendæ:vt in cle.ad noſtram.de hære. Iſta
tamen poteſtas ſibi tradita non capit iſtum caſum,de quo a-
gitur:nam poteſtas data,nõ reddit eruditum vel doctũ,aliâs
inſufficientem:ſed ſufficientia & habilitas bene reddunt ca
113 pacem,& peritum poteſtatem habentem:†vnde ſicut vide-
mus quòd Epiſcopus poteſt dignitate ſua priuari propter
ignorantiam literarum:vt in c.fi.xxxiiij.diſt.& c.fi.de æta.&
quali.Iſta ratione quia debet eſſe ſpeculum aliorum & non
poteſt ducatum rectum præbere qui ignorat,eadem ratione
& Papa qui præeſt omnibus.Nam idem dicendũ eſt de toto
quo ad totum,quòd de parte quo ad partem:vt eſt tex. not.
in c.duo iſta nomina.xxiij.q.iiij.& ita concludit And.Sicul.
in conſi.xxxiiij.fol.vlti.col.j.in ij.volu.& hoc in ratione fun-
datur:quia impedimentum literaturæ eſt de iure diuino, in
quo nõ poteſt Papa diſpenſare,vt dicit Feli.in c.ſi quando.
114 in pe.col.ver.ſed dices.de reſcript.†Hinc eſt ꝙ defectus ſciẽ
tiæ in prælato,eſt magis deteſtandum quàm homicidium:
vt dicit Innoc.in c.cùm noſtris.de conceſ.præben. quem ibi
Imo.dicit in hoc communiter approbari,& ſequitur eũ Bal.
in l.cùm fratrem.in ij.col.C.de ijs quibus vt indig. & in rub.
C.de ſumma Trini.& Præpo.in c.illiteratos.xxxvij.diſtin. &
Deci.in d.c.cùm in cunctis.in x.colũ.& in c.prudentiam.in
de offi.delega.cum ſimi.& ratio iſtius dicti eſſe poteſt: quia
imperitia nullum eſt malum maius:vt dicit Præpo.in c.per
Iſaiam.in fi.prin.j.q.j.& Cice.in iij.q.Tuſcu.Nam magis no
cet fatuus quàm ſceleratus homo,cùm omnis ignorans ma-
lus.Ariſto.iij.Ethico.Teren.in Adel.cum multis ſimi.aggre-
gatis per quoſdam Moder.in tract.nupt.fo.7.col.j.hinc dici-
115 mus,†ignorantia matrem eſſe omnium malorũ,c.ignoran-
tia.xxxviij.diſt.& talis defectus eccleſiæ multũ officit:quæ
viris literatis maximè indiget, & nõ aſinis ferratis:vt dice-
 bat Io.

bat Io.Mo.in c.cùm ex eo.ĩ.de electio.& text.in cle.j. de æta.
& quali.& ibi Pet.de Anch.in fi.& in c.nihil.de elec.Nã igno
rantes ſeu imperiti,nõ ſunt homines, ſed imagines hominũ:
vt dicit Abb.& ibi And.Sic.in c.prudentiam.in prin.de offi.
deleg.In qua quidem ſpecie multa ſcribit Siluius in commẽ-
to ad epiſtolas illuſtrium virorum ſub nomine Angeli Poli-
tiani,fol.275.& Tertu.in apologetico,fo.1.& dicit Fel.in c.ſi
quando.in v.col.de reſcrip.ꝙ indoctus Epiſcopus aſino eſt
comparandus,ſecundùm Plati. & tamen (vt plurimum) illi
ſunt qui optatis fruuntur bonis:quia placent principibus ra
tione adulationis, & finaliter ſi iſta omnia reprobantur in
particulari prelato,quid dicendũ erit in totius mundi parte:
Tamẽ quia iſte caſus in iure expreſſus nõ reperitur dignus
depoſitione in Papa excepta cauſa hereſis:vt in c.ſi Papa.xl.
diſt.ideo receptum eſt,ꝙ propter inſufficientiam deponi nõ
poſsit:vt dicit Domi.in c.ſedulo.xxxviij.diſtin.& Feli.in c.ſi
quando.col.pen.de reſcrip.per glo.in d.c.j.ĩ.de renun.& vlte
rius circa hoc inſiſtere,eſſet plus nimio ſapere,& linguã bal-
butientem ſuper terram in cœlum ponere, contra text.in c.
intantum.xxj.diſt.maximè quia,vt legimus in primitiua ec-
cleſia poſt Petrum,alij plures imperiti fuerunt, quia ſcientia
non requirebatur etiam in inferioribus clericis,quia ſufficie
bat eos eſſe electos in ſortẽ domini.Ita dicit Io.An.in c.cùm
in cunctis.in prin.col.ij.de elec.quem refert & ſequitur Præ-
poſi.in d.c.illiteratos.niſi dicamus illis quibus aurum,nec ar-
gentum erat ſufficere pro ſcientia,nudam & puram ſimpli-
citatem, qua poterant, ſicut Petrus dicere, *quod habeo,hoc
tibi do,ſurge & ambula*. Quæ ſi hodie locum haberent, con-
cluſio de plano procederet,ſed quia hoc tempore merita de-
fecerunt:vt dicit text.in c.fraternitatis.xxxiiij. diſt. multum
expediret eccleſiæ ſciẽtia, qua deficiente nihilominus Papa
116 eſt Chriſti verus vicarius.†Nota ſecundò ſecũdùm Domi.
ꝙ dictio,poſtea,vel poſterior,denotat actũ mediatũ, hoc eſt
factum ex interuallo,non incõtinenti. Prò quo vltra Domi.
eſt text.in l.per retentionem.c.de vſur.quẽ ita intelligit Bar.
in l.non ſolum.§.morte.in ij.col.verſi.& finit.ff.de oper.noui
nun.& eſt tex.in l.in bonæfidei.& l.petens.c.de pac.& in l.j.
in fin.ff.ſi tab.teſta.exta.quem ad hoc alleg.Io.And.in regu-
la,ſine culpa.de reg.iur.lib.vj.in mercu.& ſequuutur Moder.
Sardi.



Sardi.in trac.legiti.fo.56.in j.col.Et quod dictũ eſt de dictio
ne poſtea,idem dicendum eſt in dictione poſtmodũ: vt latè
tradit And.Sicu.in c.propoſuiſti.in j.col. de foro competen.
& idem latius in c.in præſentia.in xxvj.col.per illum tex.de
proba.vbi expreſſè ſequitur Domi.hîc, & allegat plura ſimi-
lia,quæ ibi videas,cum quibus concor.Deci.in l.ij.in princi.
in ij.lectu. ff.ſi cert.peta.& vltra ipſos eſt de hoc text.in §.ſi
quis.Inſtitu. de teſta.& in §.præterea.Inſtitu. quib. non eſt
permiſ.facere teſta.& in §.ſed hæc.Inſti.de exhære.libe.cum
ſimi.vt ĩ. dicam.Et iſta de plano procedunt in dictionibus
poſtea,& poſtmodum,de quibus tex.hîc,& prædicti Docto.
loquuntur,ſecus autem videtur in dictione poſt: quia illa a-
ctum immediatum ſignificat,niſi ex verbis ſequentibus hoc
declaretur.Ita dicit Iaſ.in l.iuriſgentiũ.§.quinimo.in iiij.no.
ff de pac.per illum tex.& ſequũtur Moder.repe.in l.j.ff.ſi cer.
pet.& idem firmat Iaſon in l.nõ erit.§.ſed nec.in j.col. quem
legit cum l.iij.ff.de iureiur. & in l.ſi ita quis.§. Seia.in iij.col.
no.vj.ff.de verbo.obli.Et pro iſta opi.vltra ipſum eſt text.in
l.perfecta.c.de dona.quæ ſub mo.& in l.iij. iuncta l.ex duo-
bus.ff.de duo.re.& iſto modo intelligendo bene concorda-
tur contrarietas Domini.quam ponderant ibi Doct.quia hîc
loquitur in dictione poſtea in c.j.ĩ.de reſtitu.ſpolia.loquitur
de dictione poſt,& ſic in caſu diuerſo. Tamen iſta differen
tia mihi non ſatiſfacit,& contra eam eſt deci.Barto.in l.fru-
ctus.ff.ſol.mat.qui promiſcuè his dictionibus vtitur:& vltra
Bar.pro iſta opi.videtur eſſe caſus in l.ſi mihi & tibi.§.in le-
gatis.ff.de leg.j.vbi tex.in princ.vtitur ver.poſt.& deinde in
eodem caſu loquitur tex.per dictionem poſtea. Et ſic mani-
feſtè apparet nullam eſſe differentiam. Ad idem bene facit
tex.qui loquitur de lege poſteriori,ſicut hîc,& tamen vtitur
dictione poſt,in l.iij.§.diuus.ff.de ſepul.viola.& ibi Bar.æqui
parat illum tex.& iſtum, qui tamen loquitur per dictionem
poſtea,& ꝙ dictio poſt,ſignificet actum ex interuallo,eſt ca-
ſus in l.ꝙ ait.§.fina.ff.de adulte.Teneas ergo regulam tra-
ditam hîc,quòd dictio poſtea,ſeu poſt,ſignificat actum me-
diatum,id eſt ex interuallo,quam per plura iura firmat An-
dre.Sicu.in conſi.ix.Præclarè ſcribunt.in iij. colum. lib.j.Et
ex hoc ego infero quòd doctrina quam tradit Iaſon in d.§.
quinimo.cũ alijs allegatis,nõ eſt vera:quia dato quòd dictio
f 4 poſtea

poſtea,non declaretur,& dictio poſt, ſimpliciter ſit prolata,
tamen cõfunduntur: nã de dictione poſtea,eſt caſus in c.ſcri
ptum.& ibi glo.exponit incontinenti de electione: & de di-
ctione poſt,eſt tex.in c.ſignificaſti.§.aiunt.& c.licet.in princ.
& c.conſyderauimus.cum ſeq.de elec.& no.And.Sicu.in c.ſi-
gnificante.in viij.col.nu.32.de reſcriptis.Et prædictę dictio-
nes non modicum ſed longum interuallum inducunt:vt latè
probat And.Sicu.in c.in præſentia.in xxvj.col. de proba.li-
cet contra eum videtur tex.in l.quoties.§.ſi quis ita.ff.de hę-
red.inſtit.vbi probatur ꝙ iſta dictio inducit modicũ inter-
uallum. Ex quibus omnibus infert hîc Domin.ꝙ teſtes de-
ponentes Titium talem fundũ poſſediſſe poſt Sempronium
non inferunt ſeu concludũt immediatam poſſeſsionem,ſed
mediatam declarando,vt hîc per Moder.& iſtam opi.ſequi-
tur Andr.Sicu.in c.tranſlato.in iiij.col.de conſti. & in c.cùm
M.Ferrarien.in xxxj.col.nu.80.eod.ti.idem tamen Domi.vt
hîc dicit Philip.Peruſi.tenet contrarium in c.j. in princ.ĩ.de
reſti.ſpolia.per illum tex.Propter quam contrarietatẽ Mod.
hîc exiſtimant iſtud verbum eſſe ambiguum:& ideo in caſu
propoſito deberet interpretatio fieri contra producentes te-
117 ſtes.†Nam ſi producens vult probare immediatam poſſeſ-
ſionẽ,& teſtis modo prædicto deponat,illa depoſitio inter-
pretabitur de poſſeſsione mediata,& non immediata: & ſic
contra producentem,& econuerſo,ſi voluerit producẽs me-
diatam probare,illud dictum teſtis interpretabitur de imme
diata,cùm debeat ſibi pars imputare cur apertius iura ſua
non produxit,& probauit:vt tradit Alex.& alij in l.inter.§.ſi
Stichum.ff.de verbo.ob.& finaliter idem tenent cæteri ſcri-
bentes hîc per doctrinam Barto.in l.fructus.in fi. ff.ſol.ma.
vbi concludit dictam dictionem eſſe ambiguam:& ꝙ iſtud
verbum poſtea,ſit ambiguũ, & ꝙ ita propriè importet actũ
mediatum,ſicut immediatum,firmat Are.in l.debitrix. ff.ad
Velleia.& in l.ij.C.prius.in ij.col.ff.de vulg.& pup.vbi ad hoc
alle.l.quoties.§.fi.ff.de hær.inſt.& d.l.fructus. & vltra ipſum,
ego allego tex.in c.cùm omnes.de conſti.& in §.ꝙ ſi natura-
li.Inſtit.de rerum diui.cum concord.non parum multis quæ
congerit And.Sicu.in cle.fi.in gl.poſt datam.de reſcrip.& in
d.c.cùm M.in xxxj.colũ.nu.76.cum iij.ſequen.de conſtit.cum
quibus concordant Anto.Corſe.in nota.ſuis.in ver.poſtea.
nu.224.



nu.224.& Feli.in c.tranſlato.in iiij.col.in princ. de conſti.&
Nellus in trac.bannitorum.in ij.parte.ij.temporis, q.lxvj.in
v.col. Et vltra ipſos ad hoc ego aliàs notaui plura iura:in
primis tex.in c.qui ſemel.& c.ſi poſt.quem ibi no.Præpo.l.di
ſtin.& tex.in c.ſi quis poſt.lj.diſt. & in c.ſi quis. xxiiij. diſt. &
in c.ij.xxvj.diſt.& ibi Præpo.ad idem text.in l.ij.§. item mu-
tuum.ff.ſi cer.pet.& in l.j.§.ꝙ ſi poſtea.ff.ſi quis omiſ.cau.te-
ſta.& in c.ſanè.el j.de off.deleg.& ꝙ ſignificet actum imme-
diatum eſt tex.in l.iij.ff.de duo.re.iuncta l.ſi ex duobus.eod.
ti.Et quod dictum eſt de iſta dictione poſt, ꝙ ſignificet actũ
ambiguum ita ꝙ poteſt referri ad actum mediatũ & imme-
diatum,idem dicendum eſt in iſta dictione ante. Vnde ſi te-
ſtis dicat Titium poſſediſſe ante Sempronium per hoc non
videretur concludere poſſeſsionem immediatam. Ita dicit
Domi.in c.j.§.licet per illum tex.de procu.lib.vj. Tamẽ iſtis
omnibus non obſtan.adhuc eſt diligenter aduertendũ,quia
mihi videtur ꝙ nulla opinio iſtorum ſit vera, & teneo ꝙ di-
ctum teſtis nihil valeat,& ꝙ nec concludat poſſeſsionem me
diatam,nec immediatam:& per conſequens, ꝙ non debeat
fieri interpretatio pro producente,nec contra eum: vt Doc.
Moder.putant.Pro qua opi.adduco dictum Io.An. in c.pia.
118 per illum tex.ĩ.de excep.Vbi concludit,†ꝙ quando proba-
tio eſt generalis,quæ poteſt referri ad vnum,& ad aliud,illa
probatio non valet,ſed debet reijci.Ita dicit ibi Ioã. And. &
ita etiam firmat Abb.in c.in præſentia.in penul.not.de pro-
ba.ſequitur Feli.in c.prudentiam.§.ſexta.in fi. de offi.deleg.
& vltra ipſos eſt deci.Bar.in terminis in l.inter ſtipulantem.
§.j.circa fi.ver.& iſta lex.ff.de verbo.obli.quem ſequitur Ale.
in l.diuortio.in iij.col.nu.14.ff.ſolu.ma.Ad idem pro iſta opi.
facit etiam in ſimili,notabile dictũ Ang.in l.poſtquàm.circa
fi.ff.de peti.hær.quem referunt & ſequuntur Moder.cũ mul-
tis ſimi.in l.non hoc.in ij.colum.nume. 9.C.vnde legiti. Vbi
dicunt ꝙ teſtes qui deponunt ſe vidiſſe de manibus accuſan
119 tis rem auferri,nõ probant rapinam: † quia verbũ auferri,
etiam ſine rapina intelligitur,accedat quod idem Ang.dicit
in conſi.j.Porrecta fuit.in ij.col.vbi dicit ꝙ ſi reus facit oppo
ſitionem contra teſtes ꝙ non ſint omni exceptione maiores,
iſta exceptio eſt inepta,& non valet:quia per illud verbum
ſunt,denotatur tempus præſens,& ſic ſtant iſta ſimul,ꝙ non
ſunt nunc,

ſunt nũc,ſed fuerunt omni exceptione maiores tempore de-
poſitionis.Quinimò fortius dicit idem Ang.in conſi. cccix.
Pactum eſt tale,ꝙ ſi reus excipiens dicat ꝙ non ſunt nec fue
runt omni exceptione maiores,ꝙ adhuc talis exceptio non
obſtat,cum ſit ambigua:quia illud verbum fuerunt,licet ſit
præteriti temporis,poteſt tamen intelligi poſt teſtificatum.
Quod dictum pro ſingulari not.Iaſ.in l.Titię textores.in fi.
de lega.j. Ad idem facit pro iſta parte quæ dicit notabiliter
Io.And.in c.quanquàm.de vſur.ĩ.eod.lib.in prin. & Cardi.
in c.perpendimus.de ſenten.excom.faciunt etiam plura alia
dicta quæ congerunt Moder. in trac. de teſti.nu.23. cum 10.
ſeq.Ex quibus omnibus iſta pars cõprobari poteſt. Accedũt
etiam iſtis,ea quæ cumulant Moder.Bononien.in repe.rubr.
C.de proba.in lxxiij.col.& per hoc dicit Barto.in l.ij.cum ſi.
ff.de duo.reis.ꝙ teſtes deponentes Titium cognouiſſe Bertã
120 violenter,non probant Titũ vim intuliſſe, † cùm illud ver-
bum violenter,poſſit actiuè & paſsiuè capi,& cum illo dicto
Bart.tranſeũt nouiſsimi in d.c.in præſentia.in x.col.de pro-
ba.& commendat Matheſi.no.ciij.incip.not.ꝙ ſi capitulum.
cum concordan.de quibus per Fel. in c.ſuper his.in vij. col.
ver.quarta concluſio.de accu.& in c.auditis.colũ. penulti.de
præſcri.& in proœ.Decre.in j.charta col.iij.tradũt Mod.Bo-
no.in ſing.cclxvij.incip.dubia.& iſtud dictum Bart.ſequitur
etiam Alex.in l.j.in ij.col.nu.7.ff.de acqui. poſ.& alibi ſæpe,
& finaliter iſta regula eſt ſine dubio, ꝙ probatio æquiuoca
quę poteſt hincinde trahi nõ valet:prout tradit Soci.in cõſi.
viij. Viſis & diligenter.in iij.colũ.j.lib.vbi pro hoc alleg.tex.
quem dicit notabilem & ſingularem in c.illud.de præſumpt.
& ibi no.Anto.de Bu.Sed in caſu noſtro,iſta dictio poſtea,eſt
ambigua:prout fatentur omnes ſuperius allegati, & poteſt
ita ad actũ mediatũ ſicut immediatũ adaptari: ergo depoſi-
tio teſtis facta ſimpliciter,ꝙ Titius poſſedit poſt Semproniũ
non valet : quia non neceſſario concludit, vt eſt de eſſentia
probationis,d.c.in præſentia. &,l.matrem. C.de proba. cum
ſimi.Non obſtat dictum Bar.in d.l.fructus.quẽ alleg.hîc Mo-
der.& Nouiſ.repe.quia dico ꝙ ſi rectè ponderetur ibi Barto.
potius inclinat ad iſtam opin. videlicet, ꝙ illud dictum teſtis
nihil operetur,& præſuppoſito eorum aſſumpto,licet nõ ve-
ro,quòd Bar.loquatur ſiue intelligatur,vt ipſi dicunt:tamen
ex alio



ex alio non obſtat,quia Bar.ibi loquitur in diuerſa q.antea,
videlicet,in teſtamẽto ex quo reſultat præſumptio iuris pro
121 primo inſtituto producente,quæ eſt† ꝙ pluralitas teſtamen
torum non præſumitur,l.ſi.vbi Bald.no.C.de reb.cre.& ideo
fit interpretatio,vt valeat dictum teſtis : & ita reſpondet &
ſaluat Barto.ibi Lancel.Deci. & ſequuntur eo tacito Moder.
Taurinẽ.ſed in caſu noſtro ceſſat omnis iuris præſumptio
& teſtamẽti fauor:ideo ſumus in regula ꝙ generalis proba-
tio non valet. Sed vlterius tu aduerte ſi poteſt opin. Domi.
hîc defendi:nam ſi rectè inſpiciantur verba ſua nõ declarat
ſe in eis,an tale dictum teſtis valet vel non , ſed dicit ꝙ non
probat immediatam poſſeſsionẽ , de mediata verò nihil di-
xit,ſed illum tacitè dixiſſe colligimus à contrario ſenſu ꝙ nõ
licet ad eum impugnandum:vt dicunt Moder. Bononiẽ.in
l.j.de offic.eius.facit l.fi.de lega.ij.Non eſt tamen obmitten-
dum ꝙ ſuper iſta materia Bald. dicit in l.ij.§.creditum.ff.ſi
cert.peta.& in l.pacta conuenta.ff.de contrahen. emptione.
quem refero in voce,ex cuius verbis poſſunt cõcordari præ-
122 dicta omnia. † Nota tertiò ſecundùm Gemi. ꝙ non ſem-
per licet argumentari de ſtatuto & conſuetudine ad legem,
vt hîc patet,& hoc omnes ſequũtur. Sed aduerte quia iſtud
dictum generaliter non eſt verum: nam ex eo ꝙ in vno caſu
diſsimilitudo cauſetur caſus æquiparati non deſinunt eſſe
ſimiles:vt tradit Iaſon in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.in vij.
123 no.ff.de verbo.oblig. † Conſuetudo igitur & lex paris ſunt
potentiæ:vt eſt tex.in c.in his.xj.diſt.& glo.in c.generali. ſu-
pra de elec.eod.lib.Hinc eſt,ꝙ ſicut iudex iudicans contra le
gem facit litem ſuam. Ita ſi iudicat contra conſuetudinem;
vt concludit Bal.in auth.iubemus.per illum tex.C.de iudi.&
tenet Areti.in §.j.in ij.colũ.Inſti.de offic. iudi. Imò plus dicit
notabiliter Bald.in l.ij.circa fi.C.de bonis quę libe.quòd ap-
pellatione ſtatuti,venit conſuetudo,ſequitur Alex.in conſil.
cxc.Mature digeſtis.in iij.colũ.in ij.vol.& cõſi.lxv.Qui om-
ne.in iij.colũ.in vj.vol.& Deci.in c.j.in iij.no.extrauagan. &
faciunt ea quæ ſcribit Rochus.Cur.in trac.conſue.in iij.q.&
ea quæ dicentur in c.ſtatutum.ĩ.eo.& ideo licet in aliquo ca-
ſu differant,vt hîc;per hoc tamẽ regula ex hoc fieri non po-
teſt:vt facit Domini. Sed ſaluando eũ dicas,ꝙ reſpectu cau
ſæ efficientis & poteſtatis,conſuetudo non differt à lege vel
ſtatuto,

ſtatuto,ſed reſpectu modi & formæ bene differt:vt dicit no. Bal.in l.conſuetudinis.in ij.col.C.quæ ſit longa conſue.& ita contrarium cōcordatur:& iſto modo ſaluari poſſent ea quæ dicit Deci.in c.j.in penul.no.ſ.eod.titu.vbi latè probat ꝙ appellatione ſtatuti vel conſuetudinis ius commune venit, & econtra:vt ibi latius per eum:& ante ipſum hoc proſequitur Iaſ.vbi ad notabilem q.infert in l.de quibus.col.fi.ff.de legi.

124 †Nota quartò ſecundùm Domini.ꝙ faciēs actum cōtrarium primo de quo eſt certificatus,videtur à primo recedere,c.gratum.de offi.deleg.quem ad hoc allegat Feli.in c.cùm M.in iiij.col.de conſti.& in c.cæterum.in ij.col.de reſcrip.& iſtam regulam tradit idem Feli.vbi limitat ſex modis in c. cùm veniſſent.in gl.ij.de teſti.& in d.c.gratum.ponit duas limitatiōes,& alias plures ante ipſum poſuit Firmanus in ſuo indice in verbo,appellatio tollitur.verſi.xx.Inter quas refertur vna hìc per Mod.& nouiſsi.repet.quam poſuit Roma.in ſingu.cl.incip.appellans,&c.quæ eſt ꝙ iſta regula non procedat quando ſecundus actus contrarius primo nō fuiſſet ſortitus effectum,quia tunc à primo non videtur receſſum, allegant glo.in c.cùm veniſſent. de eo qui mitti.in poſſeſ.cauſa rei ſeruan.vbi ideo ille qui appellauit, comparendo coram iudice a quo,non viſus fuit appellationi renūciaſſe: quia ille ſecundus actus,pro quo comparuit, non fuit acceptatus per iudicem,nec per partem, & per conſequens nō fuit ſortitus effectum:& propterea aduerſarius nō poterit etiam ſe in eo fundare,quantum ad effectum vt talis actus tollat appellationem factam,ex quo illum actum non acceptauit per regulam,ex eo.ſ.de re.iu.tenet Alex. in l.ſi quis ſeparatim.§. fi.in apoſtil.ad Bar.ff.de appel.& ita in terminis reperio, ꝙ iſtum tex.limitat Andr. Sicu. in c.j.in iiij.col.nu.26.de conſti.facit quod dicit Bal.per iſtum tex.in l.nihil.§.cùm filius.in fi.ff.de inoffi.teſta.& in l.ſeruus quoq;.ff.de hære.inſti.& notabiliter in l.ſeruus hæres.in ij.no.C.de repu.hære.cum ſimi.

Et vltra ipſos pro iſta limitatione videtur caſus,quem ad hoc ibi ponderant omnes in l.ſi quis ante.ff.de acqui.poſ.&

125 facit tex.in l.ſi iure.de leg.iij.†Et ideo dicimus ꝙ non præſtat impedimentum,quod de iure non ſortitur effectum.ſ.de reg.iur.non præſtat,cum cōcor.vt ſcribit Iaſon in l.ſub prætextu.la j.nu.11.C.de tranſac.& in l.fi.in penulti.col.C.de iure emphy.



emphy.& reaſſumit Deci.in j.parte conſiliorum,conſil. viij. Viſo puncto.colū.fi.cum iiij.alijs concor. quæ ſcribit Iaſon in l.j.§.hæc autem.in ij.colū.ꝙ quiſque iur. Sed aduertendum eſt,ꝙ licet iſta limitatio communiter teneatur, mihi tamen non ſatiſfacit:quia clarum eſt quòd aduerſus illum qui actum contrarium primo facit eſt præſumptio iuris de qua in c.ſolicitudinem.de appella.videlicet,quòd velit à primo actu recedere,& iſta voluntas etiam ex actu nullo declaratur:vt in l.fi.vbi Bar.ff.de reb.eo.& in l.gerit. in ij.colū ff.de acqui.hære.& Bal.in l.qui a patre.per illum tex.ff.de confir. tuto.Cum quibus concor.Decius in c.vt debitus. in ij.col. in

126 glo.ij.de appella.& hoc ſatis ſuadetur,†quia videmus ꝙ cōſuetudo tacito conſenſu inducitur ex actibus multiplicatis: & tamen licet illi actus fuerint nulli, nihilominus cōſuetudo inducitur,quia ex illis voluntas colligitur:vt tradit Ang. Areti.in §.ex nō ſcripto.in v.col.nu.27.verſi. quæro an ex actibus ipſo iure nullis. Inſti.de iuſti. & iur.poſt Bart.in l.de quibus.ff.de legi.Accedat quod nota.dicit Hoſtiē.in c. relatum. de offi.deleg.vbi concludit, ꝙ licet ad perpetuandum iuriſditionem requiratur citatio, illud procedit etiam ſi citatio ſit nulla:quia ex tali citatione nulla iuriſditio perpetuatur, ſicut etiam dicimus ꝙ noua prouiſio licet nulla,ſupplet diligentias,prout fuit tentum in Rota in cauſa coram reuereñ. domino Petro Borſio vertente inter do. Ioan.Anguiano ex vna,& Ferdinādum Gundiſalui ex altera,& ratio erat:quia noua prouiſio continet duo, ſcilicet prouiſionem quo ad beneficium,& ſuppletionem diligentiarum: vnde ſi ex aliquo defectu illa prouiſio beneficij non valet, valebit tamē noua prouiſio quo ad alium effectum, ſcilicet, quo ad ſupplendas diligentias, cùm vtile per inutile non vitietur in reſcriptis, iuxta tex.ſing.in c.ſi eo tēpore.de reſcrip.lib.vj.& hoc ſepius fuit tētum in Rota:prout refert do.Guli.Caſſador auditor in quibuſdam recollectis deciſionum.Sic etiam dicimus,ꝙ citatio licet nulla, facit ꝙ aliquis nō dicatur pacificus poſſeſſor, quo ad effectum de annali,& triennali:quia ſufficit ad illud quælibet moleſtia,etiam de facto:& ſic nulliter, per ea quæ dicit Imo.& cōmuniter Docto.in Clemen.gratię.de reſcrip. Prout etiam concluſum fuit in Rota in quadam alia cauſa Ceſarauguſtañ.me præſente: vt ſcribo in regula,de annali, ſic etiam

ſic etiam appoſitio manus Papæ,licet nulliter, afficit bene-
ficium:vt dicit Ro.cōſi.cccxxxv. Circa primum.facit etiam
l.in teſtamēto.ff.de fideicom. liber. Eodem modo eſt dicen-
dum in propoſito noſtro, ꝙ licet ſecundus actus contrarius
primo,ſit nullus,ꝙ per illū tacitè videtur receſſum à primò.
Et vltra prædicta pro iſta parte faciunt tria iura: Primò
tex.in §.poſteriori.inſti.quib.mod.teſt.Infir.Secundò text.in
l.legatū.§.j.&l.ſi tranſfuſum.ff.de adimen.lega. vbi eſt caſus,
ꝙ per ſecundum legatum inualidum videtur receſſum à pri
mo.Tertio loco pro hoc eſt textus in l. Papinianus.§. memi-
227 niſſe.ff.de inofficio.teſta.vbi eſt caſus,† ꝙ dicens teſtamen
tum inofficioſum,nulliter & ſic, ſine cauſa præiudicat ſibi,
vt non poſsit petere relicta in teſtamento , cùm ex illa que-
rela arguatur velle recedere à teſtamēto. Non obſtat text.in
d.l.ſi mihi.§.ſi cùm filius.qua reſpōdetur,ꝙ ideo ibi actus in-
ualidus non remouet filium à querela, propter odium patris
qui in vitio reperitur,non inſtituendo filium:vt ibi expreſſè
dicitur:& ſic ille tex.ſpeciali ratione procedit:& pro iſta par-
te facit l.eum qui duas.C.de adulte.& c.j.de ſponſa.lib.vj.Nec
obſtat dicta regula,ex eo.de reg.iu.quia dico,ꝙ licet nō poſ-
ſit ex illo actu quem impugnat pars habere intentum, quod
eſſet ſi cenſeretur actus primus reuocatus:tamen dico ꝙ ad-
uerſarius,licet effectualiter in actu ſe fundare nō poſsit,quā
do expreſſè illum impugnauit,bene tamē poterit ſe fundare
in eo,quādo ſimpliciter non acceptauit , non tamen impu-
gnādo,vel poterit ſe fundare in confeſsione tacitè reſultā-
te ex actu inualido aduerſarij.Ita dicit notabi.Abb.in c.cùm
venerabilis.in vij.col.de excep.cum concord. vt per Deci.in
c.at ſi clerici.in ix.col.in fi.extra de iudi. Vel ſecundò limi-
tatur dicta regula,vt per Mod.repe.videlicet, Ioan.Crotum
de Monteferrato in c.j.in gloſ ij.in fi.ĩ.de reſcrip. vel aliter
reſoluas iſta iura ex his quæ ſcribit Domini. in c.ſi duo. in
228 ij.col.verſi.in fi.gl.de procura.lib.vj. †Vt tamen ceſſet om-
nis difficultas Doctorum,circa iſtam limitationem, tu vltra
ipſos,ſic diſtinguas, quòd aut loquimur in actibus inter vi-
uos,aut in vltimis volūtatibus.Primo caſu regula ſit iſta , ꝙ
per ſecundum actum inutilem , non receditur à primo vali-
do.Ita eſt tex.in l.ſi quis ante.ff.de acqui.poſſeſ.& l.certi cō-
dictio in ratione ſui.ff.ſi cer.pe.& procedit regula,non præ-
ſtat.ĩ.de



ſtat.ĩ.de regu.iur.cum ſimi.hîc allega.Aut ſumus in vltimis
voluntatibus,& tunc per ſecūdum actum,licet inutilem,tol-
litur primus validus. Ita procedāt alia iura & l. legatum.§.j.
& l.& ſi transferam.ff.de adimen.lega.& l.planè.in princ.de
leg.j.Sic concludit nota.Alex.in l.ſi cùm dotem.in ij.colum.
nu.8.ff.ſolu.ma. Sed tamen aduerte,quia iſta diſtinctio,cir-
ca iſtud vltimum caput videtur dubitabilis per.l.ſi iure.ff.de
leg.iij.Sed Bar.ibi reſpondet,ꝙ ille tex.procedit in adēptio-
ne tacita:nam tunc per ſecundum actum inutilem,non rece
ditur à primo valido,niſi quatenus expreſſè cōſtet de volū-
tate teſtatoris.Ita dicit Bar.&licet iſtam ſolutionem impro-
bet Alex.in d.l.ſi cum dotem. eam tamen idem ſibi contra-
rius approbat in l.planè.in prin.quam legit cum lege præce-
denti,de leg.j.& finaliter eam ſequuntur communiter alij in
l.ſeruum filij.§.ſi idem.de lega.j.& ibi Alexā.hoc firmat.Ali-
ter tamen circa hoc diſtinguit Soci.in d.l.ſi quis ante.quem
videas,quia notabiliter loquitur. Iſta tamen concluſio li-
mitatur per Alexan.in dicta l.ſi cum dotem.procedere quā-
do per actum inualidum quis recederet à primo valido in-
ducto in fauorem facientis , ſecus autem quando eſſet in-
ductum in fauorem tertij:quia tali caſu per ſecundum actū
inualidum,quis à primo recedere non videtur,allega.tex.in
l.planè.la j.quam ita intelligit.ff.de lega.j. Tamen iſta li-
mitatio non eſt vera:quia confunditur per text.in d.l.Papi-
nianus.§.meminiſſe.& quia etiam non eſt generalis ad actus
inter viuos , & ideo cogitandum eſt. Poſtremò ( ne quid
vtilitatis omittatur ) eſt aduertendum,ꝙ contra prædictum
notabile, videlicet, ꝙ per ſecundum actum quis videatur à
primo recedere,obſtant plura iura, in primis tex. in l.qui in
aliena.§.fi.ff.de acquiren. hæred. & l. Neſennius.ff.de nego.
geſtis.& c.j.ꝙ metus cau.Per quæ iura Barto.& communiter
Docto.concludunt in l.non ſolum.§.morte.in iiij.colum.ver
ſicu. & tunc quæro.ff.de oper.noui nuncia. ꝙ actus contra-
rius proteſtationi,de qua quis eſt certificatus in dependen-
tibus ab animo vnius annullatur , & actus primus proteſta-
tionis ſubſtentatur : & ideo pro noua declaratione iſtius
difficultatis videas quæ ibi latè dixi in repe.mea: vt audiſtis
229 anno pręterito. † Nota quintò ſecūdùm Gemi.ꝙ quęlibet
ciuitas,& quodlibet caſtrū poteſt conſuetudinē facere:& ita
tranſeunt

tranſeunt poſteriores. Sed aduertendum eſt ꝙ iſtud dictum
non eſt abſolutè verum:quia caſtrum nō poteſt quo ad de-
ciſionem cauſarum,conſuetudinē facere,quia ille poteſt fa-
cere conſuetudinem, qui habet iuriſditionem ſtatuendi:vt
concludit Bar.in l.j.ff.de legi.cum ſimi.vt dixi ſuperius. Sed
caſtrum alteri ſubiectum, non habet poteſtatem ſtatuendi,
130 ergo conſuetudinem inducere nō poteſt. †Et ideo,pro ve-
ro intellectu iſtius notabilis,& tex.noſtri conſyderādum eſt,
ꝙ conſuetudo poteſt introduci dupliciter,aut circa deciſio-
nem cauſarum,aut circa alia pertinentia ad mores caſtri vel
ciuitatis:primo caſu ſi eſt ciuitas vel caſtrum ſubiectum,non
poteſt facere talem conſuetudinē:& ita procedunt cōtraria,
niſi conſentiat princeps.Ita tenet gloſſ.in c.fruſtra.viij. diſt.
Oldra.conſi.ccxxxvij.Multa in medium.col.ix.in iij.volu.Et
iſto modo declarari debent dicta Geminia.in c.fi.in princ.ꝫ.
de conſuetu.Aut verò ciuitas vel caſtrum habet iuriſditio-
nem conceſſam,vel non ſubſunt alicui,& poſſunt talem cō-
ſuetudinem inducere.Ita poteſt ſaluari dictum Gemini. hîc,
vel in ſecundo caſu,quando faciunt conſuetudinem ad ſuo
rum bonorum adminiſtrationem:& ita etiam poteſt intelli-
gi dictum Domi.hîc:iſta reſolutio colligitur ex dictis Bar.in
l.omnes populi.in j.q.princi.ff.de iuſt.& iure. vbi latius dixi.

Not.ibi,dūmodo rationabilia ſecūdùm Domi.ꝙ in cōſue-
tudine & ſtatuto requirit̄ rationabilitas,& hoc adeò eſt ve-
rum,ꝙ licet princeps ſtatuat aliquid in cōtrariū,nō videtur
intētionis eius officere conſuetudini,vel ſtatutis rationabi-
libus:vt innuit Abb.in c.breui.in fi.dū ſimpliciter alleg. iſtū
tex.ſupra de iureiur.& hoc dicit clarius in c.ex parte. in iij.
col.de conceſ.præb.iuncto tex.in c.fi.ꝫ. de conſue.Et iſta de
plano procedunt in cōſuetudine vel ſtatuto rationabili, de
quibus loquitur iſte tex.ſecus verò in irrationabilibus: quia
in illis non habet locum.Nam per cōtrariam conſtitutionē,
etiam nulla facta mentione tollūtur:vt dicit Car.in c.ſtatu-
tum.in iij.col.& iij.oppo.de elec.& hoc procedit etiam ſi illa
ſtatuta irrationabilia fuiſſent per principē tolerata:vt dicit
Anto.Roſel.declarando iſtum text.in tract.de conſi.fol.99.
in ij.colum.& tradunt Mod.in c fi.de conſue.per gloſ.in c.fi.
iij.di.& tex.in c.fi.ꝫ.de iureiu.& ſequuntur ſimpliciter Mod.
hîc,licet de prædictis mentionem non faciant. Ex quibus





omnibus tres concluſiones colliguntur.Prima ꝙ in conſuetu
dine rationabilitas requiritur.Secunda ꝙ idem fit in ſtatu-
to.Tertia ꝙ tolerantia principis,non facit valere conſuetu-
dinem vel ſtatuta quo ad hoc vt irrationabilia, de ipſis de-
beat fieri mētio. Circa primam concluſionē eſt aduerten-
dum,quia nō videtur ſimpliciter verū,ꝙ conſuetudo de ne-
131 ceſsitate requirat rationabilitatē,patet,†quia omnis cōſue-
tudo irrationabilis iniuſta eſt:vt no. Ab.in c.cùm cōtingat.
per illum tex.de of.deleg.& in c.ab excōmunicato.de reſcri.
& tamē cōſuetudo iniuſta quo ad forū temporale,valet me-
ro iure,& excuſat à pœna:vt eſt gl.cōiter approbata in c.de
nique.iiij.diſt.& in c.cùm venerabilis.de cōſue. quas ad hoc
cōmendat Iaſ.in l.de quibus.in j.col.ff.de legi.per quas gloſ.
dicit Ro.in conſi.dcccclxvj.cuius eſt initium,Videtur prima
fronte ꝙ ſi Præſidētes Seneñ.iurent in principio ſui officij
de admittēdo arbitria,ſi poſtea nō admittāt nō ſunt periuri,
propter conſuetudinē,quæ tali caſu excuſat,& hoc idem de
cōſuetudine nō reſidē.Car.cōcludit in cōſi.cxxxij.inci.Preſ-
byter.in ij.col.& per hoc dicit Roc.Cur.in trac.cōſu. in xj.&
xij.col.ꝙ Doctores præſentantes laureandos poſſunt iurare
illos eſſe idoneos,licet non ſint.Nam excuſantur à periurio,
propter conſuetudinē,per adducta ibi per eum:& idem dicit
de ludētibus ad taxillos,vel chartas.Nam talis ludus adeò ex
conſuetudine videtur permiſsus,ꝙ lucrantes cogi non pote
runt ad reſtitutionē.Concludendū eſt igitur contra Gemin.
ꝙ ſequaces hîc,ꝙ conſuetudo pro neceſſario requiſito eius
non requirit ꝙ ſit rationabilis.Nec iſte tex.probat eius opi.
neceſſario,quia non emanauit ad hoc.Saluari tamen poſſet
dictum Gemi.ratione fori cōſcientiæ in quo rationabilitas
requiritur,& irrationabilis conſuetudo non excuſat:vt dicit
operatur,ergo deberet diminutionem & annullationem epi
ſtolæ non obſignatæ inducere,cuius contrarium ibi dicitur,
ergo non fuit illa intentio & mens Iuriſconſulti. Quare repe
166 rio etiã ꝙ Imo.aliter illũ tex. intelligebat, videlicet, †ꝙ illa
erant verba narratiua & enũciatiua teſtatoris, & ideo actus
in cõtrariũ factus valuit,& tenuit,ſecus ſi fuiſſent diſpoſiti-
ua, ſed neque iſte intellectus valet,& eum eleganter deridet,
& cõfutat Are.in l.ita ſtipulatus.la grãde.in vij.col.ver.ſecũ-
do adde.



do adde.de ver.obli. Et ideo ego vt inter tantos conſpicuos
patres etiam dolium voluam aliter, & nouiter interpretan-
dam duco,d.l.fin.dicas igitur,ꝙ ideo in d.l.fin. epiſtola non
obſignata valuit:quia illa clauſula derogatoria appoſita per
teſtatorem non valebat de iure,ex quo addebat nouam ſo-
lennitatem in codicillis,quod ita probo. Nam certum eſt,ꝙ
in codicillis ſigilla non requirũtur,iuxta no.in §.fi.Inſtitu.de
codicil.tenet expreſſè Iaſ.in l.fi.in iiij.col.verſi.præterea no-
ta.c.de codicil.facit l.diuus.in prin.ff.eod.Vnde ex quo teſta
tor per illam clauſulam volebat addere ſolennitatem ſigilli
non requiſitam in codicillis, ideo talis clauſula non valuit,
167 †quia illud manifeſtũ eſt in iure,ꝙ ſicut teſtator nõ poteſt
diminuere ſolennitates inductas à iure,ita nouas & inſolitas
addere nõ poteſt:vt firmat Iaſon in l.nemo poteſt.in ij.lectu
ra col.iij.verſi. amplia.de leg.j.poſt Bart.in l.ſi quis in princi-
pio.de leg.iij.& facit vltra ipſum tex.in l.j.§.ſi quis ſimplici-
ter.de ver.ob.cum ſimi.vt ibi dixi:& ideo in d.l.fina.actus fa
ctus in contrarium nõ valuit,quia de tali clauſula, quæ non
valebat,nõ requirebatur mẽtio:vt probat Soci.in cõſi.clxiij.
in iij.col. lib.ij.cum concor.de quibus per Feli.in c.ex teno-
re.in j.& ij.col.de reſcrip.per regulam,nõ præſtat.ĩ.de regu.
iur.facit l.ſi dari.ff.de verb.ob.& quæ dicit Deci.in c.ex par-
te.in iiij.not.de reſcrip.& per conſequens epiſtola poſtea nõ
obſignata valuit. Sed aduerte vlterius tu ſubtilis, quia poſ-
ſet aliquis veſtrum dicere,ꝙ iſte intellectus morderi poteſt,ex
168 eo quia poſito †ꝙ illa proteſtatio,ſiue clauſula derogatoria
poſita in teſtamẽto fuiſſet nulla, nihilominus ex actu nullo,
declaratur voluntas teſtatoris,l.fin.vbi Bar.ff.de reb. eo.cum
ſimili.vt ſupra dixi in notab.& hoc etiam hâbet locũ in pro-
teſtatione, quia proteſtatio nulla impedit actum contrariũ
fieri.l.j.ff.de ope.noui nuncia.Ergo eodem modo eſſet hîc di
cendũ,ꝙ licet illa clauſula derogatoria quæ addebat ſolẽni-
tati non valet, tamen ex illa declaratur voluntas teſtatoris
volentis valere actum contrarium.Sed ad hoc reſponde,ꝙ li
cet ex actu nullo volũtas teſtatoris colligatur,eſt verum quo
ad producendũ actum extraneum ab ipſo teſtamento alteri
non præiudicialem,& in fauorem filiorũ tendẽtem: Ita pro-
cedit d.l.fi.ſecus verò quãdo illa voluntas tenderet ad dero-
169 gationem alterius actus validi,& iure facti:†quia tunc talis

Voluntas tacitè reſultans ex actu nullo, non eſt adeò potens vt actum validum tollat.l.ſi iure.ff.de lega.ij. cum ſi.vt dixi in iiij.not. Non ob.tex.in l.j.de noui ope.nuncia.quia nunciatio licet eſſet iniuſta, non tamen erat nulla: nam ſi fuiſſet nulla: vt quia clarum eſſet nunciantem non habere ius, talis nunciatio non impediret actum in contrarium factum, quia poſſet ſperni. Ita dicit ibi Bar.& ſequuntur communiter alij. Admittitur ergo illo caſu iniuſta nunciatio, quia dubitatur
170 an nuncians habeat ius, vel non, † & dubius eſt euentus litis: vt ibi latius declarant Mod.Papien.in j.colũ.& ſic per iſta habes declaratam iſtam materiã, & d.l.ſi.de leg.ij. vltra ſcribentes, reliqua videas in l.oẽs populi.vbi tibi dixi hoc anno.
171 † In ea.glo.in fi.habes cõcluſionem, ꝙ de primo teſtamento facto inter liberos in ſecundo debet fieri mentio ſpecialis, aliâs non cenſetur reuocatum per ſecundum: & hæc eſt communis opinio, quam ſequuntur hîc Mod. & nouiſſi. & vltra ipſos latè defendit Deci.in conſi.lx. aliâs cclxiiij.reuocatur in dubiũ in j.& ij.col.in ij.parte & notabilius Soci.in cõſi.clxiij. incip.Non fuiſſet opus.in iij.col.& in conſi.ccxxix.col.fi.lib. ij.& Roma.in conſi.clxxix.col.pen.in quibus locis latè materia iſtius glo.diſcutitur. Et hoc procedit quando in ſecũdo teſtamento inſtituti ſunt extranei, ſecus verò quando ſecundum teſtamentum etiam fuiſſet factum inter liberos, quia in tali caſu, de primo mentio facienda non eſſet, iuxta gl. ſing. in §.& ſiquidem.in verbo, perfecta.in authẽ.de teſta. imperfec.quæ à pluribus approbatur, quos alleg. Iaſ.in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.in ij.lec.col.fi.ff.de le.j.& hoc in ratione fundatur, quia ex quo pariter à teſtatore dilecti videntur, & cõcurrit idem fauor, paritas illa fauoris priuilegium videtur confundere, argu.l.ſed ſi milites.ff.de excu. tuto. & ita Mod. hîc dicunt. Tamen aduertendum eſt, quia iſtud non videtur verum, ex eo quia ratio quare inductum eſt, ꝙ de clauſula derogatoria in ſecundo actu fiat mentio, fuit propter defectum conſenſus, qui conſyderatur in ſecundo actu, l. at ſi quis.§.plerique.ff.de religio.& ita dicit Iaſon in d.§.in legatis.in iij.no.in j.lec.Sed iſta ratio militat quando ſecundum
172 teſtamentum factum ſit, etiam inter liberos.† Nec ob.ꝙ ratione paritatis fauoris priuilegia confundantur, d.l.ſed & ſi milites.quia illud procedit quando priuilegiati concurrunt ſuper



ſuper vno & eodem actu. Secus verò quando diuerſi ſunt actus, vt in caſu noſtro: quia tali caſu primus actus prohibiuus attendi debet, per regu.l.tutor.§.liberti.ff.de ſuſpec. tuto. quam ad hoc alleg. Alex.in l.ſi conuenerit.in ij.col. nu.4.ff. de re iudi.cum ſimi.vt dixi in §.item ſi quis in fraudẽ.nu.27. Inſti.de actio. Glo.noſcatur.diuiditur in tres partes, in prima opponit contra tex.& ſoluit: in ſecunda limitat, & declarat contrarium: in tertia iterum opponit, & ſe remittit ſecunda ibi, in reſcripto etiam.tertia ibi, item contra, in principio.
173 † Circa iſtam glo.plura ſcribunt Docto.de clauſula derogatoria legis prioris de qua debet fieri mentio in lege poſteriori, in qua materia poſt Moder.quos vt plurimum ſequar, quia magis ordinatè procedunt eſt diſtinguendum, ꝙ aut loquimur de derogatione legis per aliam legem, aut per reſcriptum ſeu priuilegiũ. Primo caſu ſubdiſtingue, aut prima lex continet clauſulam derogatoriam ad ſecũdam legem, & tũc dico ꝙ requiritur ſpecialis mentio, intelligendo de ſpeciali mentione ſecundùm quod declarat Bar.in l.ſi quis in principio.in iiij.col.verſi.quæro quod ſi teſtator.de leg.iij. & in l.j. ff.de vulg.& pup. Ita debet intelligi quod dicit Abb.in c.paſtoralis.in fi.de fide inſtru.& procedit opi.Feli.in c.veniens. de præſc. Iſtud ſingulariter limitatur nõ procedere, quando prima lex eſſet Imperatoris habens clauſulam derogatoriã, & ſecunda correctoria fuiſſet Papæ: quia tali caſu ſufficeret generalis mentio per clauſulã non obſtan. quo ad loca ſubie-
174 cta eccleſiæ, † & eodem modo puto in duabus conſtitutionibus contrarijs eiuſdem principis. Primum colligitur notabi.ex dictis Alex.in conſi.clxxxvij.Videretur.in v. col.verſi. poſtremo.in fi.lib.v. Secundum probatur ex his quæ ſuperius dixi, ſi verò prima lex non habet clauſulã derogatoriã: tũc ego dico, ꝙ requiritur mẽtio generalis per clauſulam nõ obſtan.propter ea quæ dixi ſupra in notab. In ſecundo caſu ſunt plures quàm ſex opinio.quas ſeriatim refert Io.And.in c.j.§.de exceſ.præla.Mod.in c.nonnulli.de reſcrip. Tamẽ ne vos ſitis in ambiguo ego diſtinguo iſtam materiã per capita, vel regulas addendo vel detrahendo dictis aliorũ, prout conducere arbitrabor, & vt facilius habeatur ſenſus ſingu-
175 lorum.† Prima regula ſit ꝙ per ſecundũ reſcriptũ iuri contrarium non ſolùm non tollitur lex, ſed neq; ipſum reſcriptũ valet

valet,l.fi.c.ſi contra ius vel vti.pub.niſi in reſcripto ſit clau-
ſula nõ obſtan.vt latè dixi ſupra in j.no.ante illa Domini.ſed
ſi lex habet clauſulam derogatoriam contra quam reſcriptũ
impetratur,tunc non ſufficit clauſula nõ obſtan.ſed requiri-
tur ſpecialis mentio:vt tenet Abb.in c.nonnulli.de reſcr.licet
in hoc Alex.contrarium teneat in d.conſi.clxxxvij.in vj.col.
176 †Et ex hoc inferunt Moder.hîc, ꝙ ſi legitimetur filius na-
tus ex ea,cum qua nõ poterat eſſe matrimonium,nõ ſufficit,
ꝙ dicatur non obſtan.aliqua lege,ſed debet dici nominatim
non obſtan.§.fi.in authen.quib.mod.natu.effi.ſui. alleg. pro
hoc Pet.de Ancha.in conſi.ccxxxvj.ſed eſt in conſi.ccxlj.in-
cip.Ex tenore priuilegij.in prin.& vltra Moder.hanc opi.te-
net gl.in d.§.fi.& Anto.Roſel.in trac.legitimationis.fol.15.in
j.col.tenet Bald.in l.eam quam.in vij.col.verſi. interrogatus.
c.de fideicom.Fel.in d.c.nonnulli.in prin.colũ.iiij.in fi.verſi.
amplia.Alex.in conſi.cxciij.Aſſumo.in ij.col.lib.ij. Tamen
circa iſtam illationem,cùm qua tranſeunt Mod.aduertendũ
eſt,quia in contrarium conſuluit Alex.in conſi.clxxxvj.inci.
Videretur prima cõſyderatione.in v.col.lib.v.vbi vult,ꝙ in
caſu illius illationis non requiratur ſpecialis mẽtio de illo §.
fi.ſed ſufficiat clauſula non obſtan.lege in contrarium faciẽ-
te,& ibi allegat pro iſta parte plura fundamenta,quæ per te
videas quorum aliqua refero in voce,cũ non omnes habea-
tis conſi.Ale.Et pro hac parte expreſſè conſuluit Pet.de An-
cha.ſibi contrarius in conſi.cccxxxv.Viſo diligenter tenore.
& Pau.de Ca.conſi.ccxxv.Dubitatur primo an Comes.in ij.
vol.ſecundùm nouã impreſsionẽ,& ſecundùm antiquam in
conſi.ccxxxix.aliâs.ccxxiij.ſecũdùm varias impreſsiones:&
hanc opi.tenet Lud.Sardis in tract.legi.fo.63.in iij.col.verſi.
vndecimo quęritur.& fo.61.ver.primo quęritur.& ibi firmat
hanc eſſe communem opi. quam latius cæteris poſt longam
diſputationem cõprobat Præpoſi.ſancti Amb.in c.per vene-
rabilem.§.ꝙ autẽ.in xxxij.col.ver.ſed quęro & iſta &c.qui fil.
ſint legi.licet de prædictis non faciat mentionem: & cũ iſta
opi.tranſit etiam Guido Papæ in tracta.de clauſulis deroga.
fo.12.in iij.col.faciunt quæ tradit Ale.in l.ſciendum.in prin.
in ij.col.ff.qui ſatiſda.cogan.Ex quorum dictis poſſetis more
nouiſsimorum hîc chartas implere.Ego autẽ quia ad ea quę
ibi ſunt dicta recurrere poteſtis,non curo fruſtra papyrum
denigrare,



denigrare,neque allegata per ipſos referre:ſed ſufficit in pro
poſito allegare illos,qui plures remiſsiones adducunt:vt do
cet Feli.in c.Rodulphus.in viij.col.verſi.& iſta.de reſcrip.Pa
tet igitur ex prædictis ꝙ opi.Moder.hîc nõ eſt vera,nec di-
ctum Pet.de Ancha.in d.cõſi.cũ maturius in alio ſcripſerit.
arg.l.diui.de iure patro.& ſecũdùm iſtã partem ego cõſului
Patauij,& obtinui in cõſilio Brixię pro meo ſcholari reuoca
177 ri ſententiã latã ſecundũ primã opi.†Prædicta tamẽ cõclu
ſio principalis,ꝙ quãdo lex habet clauſulam derogatoriam
requiritur ꝙ reſcriptũ faciat ſpecialem mentionẽ,limitatur
aliquibus modis per Felin.in dicto.c.nonnulli. & ſequuntur
Moder.hîc,quos non curo referre: quia nulla eſt difficultas.
178 † Secunda regula eſt,ꝙ ſecũdum reſcriptum contra con-
ſtitutionem conciliarem nõ valet,niſi in eo fiat ſpecialis mẽ
tio de illa conſtitutione conciliari, nec ſufficit clauſula non
obſtã.c.ex parte.de cap.mo.cùm ſimili.vt per Feli.in d.c.nõ-
179 nulli.in iij.col.ver.& nota. & ratio poteſt reddi:†quia om-
nis conſtitutio conciliaris dicitur continere tacitam clauſu-
lam derogatoriam,Bal.in l.humanum.c.de legi.poſt Archi.
hîc,quem ſequitur totus mundus:vt dicit Feli.in d.c.nõnul-
li.in iiij.col.& ratio rationis poteſt eſſe illa,quam ponunt hîc
Mode.quos videas,& nouiſsimi in rub.de iudi.in fi.poſt De-
180 ci.in conſi.lj.in j.parte.†Nam clarum eſt ꝙ difficilius rum-
pitur quod eſt maiori authoritate roboratum:vt eſt text.in
c.poſt tranſlationem.de renunc.quem ad iſtud propoſitum
pro notabili cõmendat Roma.in cõſi.cccxxvij.Iſtæ ſunt.in
j.col.& iſtam rationem videtur etiam ſentire Felin. licet iſta
non alleget in d.c.nonnulli.& Deci. pɩ ſt Abb.in c.pruden-
tiam.in prin.de offi.deleg.Ex quibus omnibus inferunt Mo
der.hîc,ꝙ ſi Papa diſpenſat cum aliquibus cõiunctis in ter-
tio gradu,ꝙ poſsint contrahere matrimonium , ꝙ iſto caſu
requiritur expreſſa mẽtio,c.nõ debet.de cõſangui.& affini.
quæ eſt cõſtitutio cõciliaris. Hoc tamẽ limita verũ eſſe,ſecũ
dùm ipſos,niſi ſignificatũ eſſet Papæ in ſupplicatione qua-
liter iſti erãt in tertio vel quarto gradu:quia tũc nõ require-
retur mẽtio ſpecialis,ſed ſufficit generalis, d.c.non debet.li-
181 cet ſit cõſtitutio cõciliaris, & ratio eſt ſecũdùm ipſos,†quia
generalis clauſula quæ nõ põt verificari niſi in vna ſpecie,
habet vim ſpecificæ expreſsionis.l.fundus.ff.de fun.inſtru.
l.pedicu-

l.pediculis.§.cùm quæreretur.ff.de auro & argen.leg.cũ con
cor.vt hîc per eos:facit c.ex parte.el j.de offic.deleg. & vltra
ipſos pro iſta opi.eſt deci.Bar.quaſi in terminis in l.ſi quis in
principio.in ij.col.ff.de leg.iij.vbi dicit Bart. ꝙ ſi feci primũ
& vnicum teſtamentum,& appoſui clauſulam derogatoriã,
videlicet,ꝙ nolebam valere aliud teſtamentum,niſi eſſet fa
cta mentio de certa ſolennitate poſita in primo, videlicet,
de hoc verbo, *Aue Maria*, ꝙ nihilominus valebit ſecũdum te
ſtamentum reuocans primum cum clauſula generali,nõ ob-
ſtan. quocunq; alio teſtamento in quo ſit clauſula deroga-
toria:quia tunc iſta expreſsio ſufficit. Rationem ponit ibi
Bar.quia ex quo iſta clauſula generalis poſita in ſecundo nõ
poteſt,niſi in vno teſtamento verificari,habetur pro ſpecia
li,ſecus ſi plura teſtamenta præceſsiſſent:& iſtã opi. Bar.latè
comprobat & ſequitur Alex.in conſi.cxxxiiij.Præmiſſo the
182 mate.in ij.col.in j.volu. †Sed tamen iſta limitatio Moder.
non videtur vera,quia vbi cõſyderatur prærogatiua rei di-
gnioris,non ſufficit generalis mentio,ſed ſpecifica & nomi-
natim,tex.eſt in c.inquiſitores.de hære.lib.vj.& gl.in c.ij.de
præben.eo.lib.& gl.in cle.j.in ver.nominatim.de vita & ho-
ne.cle.cum ſimili.vt per Feli.in c.tranſlatio.in j.col.de conſti.
& in c.ad aures.in j.col.cum ſeq.de reſcrip.Sed in caſu præ-
fato conſyderatur prærogatiua dignior cõſtitutionis con-
ciliaris,quæ cæteris præfertur:vt tradit Decius & nouiſsimi
183 in c.j.de iudi.Igitur non ſufficit mentio generalis. †Secun-
dò,quia quando in aliquo actu eſt data forma,non ſufficit,
illam adimplere per æquipollens, ſed debet ad vnguẽ obſer-
uari:vt tradit Alex.in l.j.in ij.col.ff.de lib.& poſthu.Feli.in c.
cùm dilecta.in ix.col.de reſcrip.eſt tex.in c.cui de non ſacer-
dotali.& in c.quãuis.el j.ĩ.de prębẽ.ſed in caſu noſtro eſt da-
ta certa forma reſpectu clauſulæ derogatoriæ,ergo requiri-
tur ꝙ ad vnguem,& ſpecifice de illa fiat mentio.Nec obſt. ꝙ
tali caſu generalis expreſsio habeatur pro ſpecifica : quia il-
lud nõ eſt naturaliter verũ,ſed per quandã circunlocutionẽ,
& æquipollentiam: vt ſupra patet, & tenet Domi. in c.ij.in
iiij.col.ĩ.de reſcript.& Feli.in d.c.cùm dilecta.Ideò illa expreſ
ſio non ſufficit ad derogandum conſtitutioni cõciliari,quæ
dicitur continere clauſulam derogatoriam,& ſic formam,&
per hoc tollitur motiuũ Moder. Quia licet generalis ſermo
qui



qui nõ poteſt verificari niſi in vna ſpeciẽ,reputetur ſpecifi-
cus:illud procedit,vt dictum eſt,per quandã fictionẽ,& ęqui
pollentiam quæ iſto caſu ceſſat,vel dicas illud procedere,qñ
ſpecies in quo verificatur eſt ſimplex nõ habẽs formã,ſecus
verò ſi formã cõtinet, tali caſu opus erit ſpeciali mentione
per ſupra dicta. Præterea attenta ratione Moder.ſequere-
tur ꝙ omnis conſtitutio & quælibet diſpoſitio in qua eſt di-
cta clauſula derogatoria & quodlibet teſtamentum cùm ſit
certũ ꝙ vnum factũ continet ꝙ per generalem clauſulã tol-
leretur,qđ eſt falſum, & cõtra tex.in d.l.ſi quis in principio.
ibi ſpecialiter,& in l.ſancimus.c. de teſta. & d.c.ex parte.&
d.c.nonnulli.Nec obſt.ꝙ princeps fuerit certificatus,quia il-
lud non releuat,niſi appareret in reſcripto de tali certa ſciẽ-
184 tia,& tũc ſumus extra caſum noſtrum: † quia quãdo certa
ſcientia probatur derogatio, tunc non cauſatur ex ſimplici
certificatione,ſed ex voluntate mera principis, qui ita vult,
& tali caſu videtur facere de plenitudine poteſtatis:vt.ĩ.dice
tur in glo.igitur extra iſtum caſum ſequitur concluſio vera,
ꝙ conſtitutio conciliaris non reuocatur per ſecũdum reſcri-
ptum,niſi fiat ſpecifica mentio de illa,in ſignũ maioris priui
legij,quo differt ab alijs conſtitutionibus,arg.l.apud Labeo-
nem.§.ait prętor.ff.de iniu.c.q̃ periculoſum.ĩ.de ſentẽ.excõ.
Non obſt.dictum Bar.in d.l.ſi quis in principio teſtamenti.
quia reſponde illam opi.Bar.eſſe cõmuniter reprobatam:&
eam latè reprobat Alexã.ſibi contrarius poſt alios, quos ibi
refert in l.nominatim.in ij.col.de libe.& poſthu. & licet Mo-
der.Senen.ibi conentur Bar.defendere,ſatis leuiter tamẽ ij de
Moder.tenent contra Bar.in l.ſi mihi & tibi.in iiij.colũ,ff.de
185 leg.j.& ibi poſt Areti.quem referunt,conſyderant†ꝙ teſta-
mentum poteſt conſyderari dupliciter, aut reſpectu formæ,
& conteſtualitatis,& tunc dicitur vnum teſtamentum,l.ſi is
qui.ff.de teſta.aut reſpectu plurium contentorũ in teſtamen
to,& tunc quot ſunt diſpoſitiones,tot poſſunt dici teſtamen
ta.arg.eorum quæ no.Bar.in l.ſcire debemus.ff.de ver.obli,
ſic ergo licet vnicũ tantum teſtamentũ pręceſſerit,tum ſecũ-
dum teſtamentũ cum clauſula derogatoria generali,nõ tol-
let primum habẽs clauſulã derogatoriam:quia licet clauſula
non obſtã.dicitur ſpecialis,reſpectu primi teſtamenti:vt di-
cebat Bar.tamen reſpectu clauſulæ derogatoriæ cõtentæ in
primo

primo dicetur clauſula generalis,& ſic illam clauſulam non
tollet,& iſto modo doctri.Bart.reſoluitur. Teneatis ergo, ꝙ
cùm diſpoſitio d.c.nõ debet.ſit cõciliaris,dato ꝙ Papa ſit in-
formatus,nihilominus requiritur ꝙ de illa fiat mẽtio ſpecia
186 lis per ſupra dicta. †Tertia regula eſt,per clauſulã non ob,
nõ tolluntur ſtatuta iurata,ita eſt gl.ſingu.in c. cùm non de-
ceat.in ver.effectus.ĩ.de elec.quã vltra adducta hîc per Mod.
multum cõmendat Alex.in l.fi.in apoſtilla magna ad Bar.&
ibi Iaſon in fi.C.ſi cõtra ius vel vti.pub.& idem Alex.in l.j.in
princi.col.fi.ff.ad leg.Falc.Feli.in c.ij.in viij.col. verſi. limita
tertio.de ſponſa.Corſet.in repe.c.grandi.in ij.col.verſi. iura
mento.de ſupple.negli.prælato.lib.vj.& in repe. rub.de iure-
iur.in xxij.ſpeciali,cum cõcor.traditis per Mod.& nouiſsi.in
c.conſtitutus.in ij.col.de reſcrip.quibus adde Vitalẽ in trac.
de clauſulis.in ver.clauſula nõ obſtan.quibuſcũque.fo.7.ſe-
cundùm impreſsionẽ Pariſiẽſem paruam,ſequitur etiã qui-
dam Moder. Marcus Antonius Bauerij Doctor eruditus in
trac.de virtute iuramẽti,priuilegio xv. cum ſimili. alijs quæ
Iaſ.adducit in l.ſi mihi.§.in legatis.de leg.j.in ij.col.j.lec.& ra
187 tio iſtius regulæ eſt:†quia iuramentum habet vim clauſulę
derogatoriæ : vt tenet Bart.in.l.ſi quis in principio. col.fi.de
leg.iij.per text.in l.cùm pater.§.filius.de leg.ij.ſequitur Iaſ.in
§.item ſi quis poſtulãte.in ij.col.nu.4.Inſti.de actio.& dictus
Moder.in d.trac.iuramẽti.in j.charta,verſi.nono infertur.&
Iaſ.in l.pacta nouiſsima.in prin.C.de pac.poſt Bart.in.l.om-
nes populi.in x.col.verſi.ſed an iuramẽtum.ff.de iuſti.& iur.
188 † & tamẽ clauſula derogatoria non tollitur per clauſulam
non obſtan.ſed requiritur ſpecialis mentio,d.l.ſi quis in prin
cipio.& l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de legatis.j.cum ſimili-
189 bus:ergo idem erit in iuramento. † Sed tamen aduerten-
dum eſt,ꝙ iſta concluſio ſeu regulã quam ſequũtur hîc Mo-
der.poſt alios ſuperius relatos non videtur vera : quia clarũ
eſt,ꝙ vbicunq; in ſtatuto aliquo eſt iuramentũ,reuocato ſta
tuto in conſequentiã iuramentum tollitur,tanquàm acceſſo
rium,ergo non eſt opus ꝙ de illo mẽtio fiat : Ita eſt doctrina
Abb.cõmuniter approbata in c.cùm acceſsiſſent.in ij.col.de
conſti.diſtinguendo,vt ibi per eum,& ratio eſt:quia iuramẽ
tum ſequitur naturam diſpoſitionis ſuper qua interponitur
l.fi.C.de non nu.pecu.c.venerabilẽ.in fi.vbi Abb.de elect. &
Bar.in



Barto.in d.l.omnes populi.in xj.col.in prin. Card.in cle.j.in
prin.in iij.q.de reg.& declarat Alex.in l.nõ tantùm. in prin.
in iij.col.nu.11.ff.de re iudi.& Fran.Cremo.no.clij.incip.vo-
lo dare,&c.nam in tali iuramento intelligitur illa clauſula,
rebus ſic ſtantibus,hoc eſt ꝙ eatenus teneat, quatenus ſtatu
tum ſuper quo interponitur nõ reuocatur.c.quemadmodũ.
vbi glo.de iureiuran.facit ꝙ no.Abb.in c.cùm M.Ferra.in j.
col.de conſti.& Doc.in l.fi.ff.qui ſatiſda.cog.& glo.in c.fi.ĩ.de
procu.Sed ſtatutum primum poteſt tolli per ſecundum nul-
la facta mẽtione,ergo & iuramentum, patet igitur ex prædi
ctis,ꝙ de iuramento non eſt faciẽda mentio , ſed ſufficit re-
uocare actũ principale,ſuper quo eſt interpoſitũ iuramentũ
per ſupra dicta,& hoc regulariter procedit in actibus depen
dentibus à volũtate vnius,de quibus hîc loquimur. Non ob,
ꝙ iuramentum habet clauſulã derogatoriam,d.l.cùm pater,
§.filius. quia licet hoc negari poſſet ex eo , quia ille text.non
hoc probat,tamen præſuppoſito illo aſſumpto pro vero,di-
co illud procedere reſpectu obſeruantiæ:quia ſi aliqua parti
cularis perſona ex faciẽtibus illum actum iuratum vellet cõ-
trauenire,& facere actum contra iuramentum,non valeret,
& iſto reſpectu dicitur derogare, ſecus verò quando per viã
ſtatuti contrauenitur collegialiter, quia tali caſu iuramentũ
190 non impedit vires reuocationis,†quia ſublato actu princi-
pali illud tollitur.Non obſt.text.in d.c.conſtitutus. quia ideo
ibi per ſecundum reſcriptum non tollitur ſtatutum iuratum:
quia princeps cenſebatur illud ignorare,vt hîc, nõ autẽ fuit
cauſa ſolum iuramentum,& ille tex.non procedit ſi ſecũdus
actus fieret per viã legis,vt hîc loquimur.Vel ſecundò reſpõ-
de:quia ideo ibi reſcriptũ non valuit,quia nullã faciebat mẽ
tionẽ,neque generalem,neque ſpecialem. Et ideo,pro vera
intelligentia prædictorũ in hac materia poteris ita diſtin-
191 guere,†ꝙ aut quærimus nunquid per ſecundum ſtatutũ re-
uocetur primum iuramentum non facta mẽtione iuramẽti,
aut verò per ſecundum reſcriptum. Primo caſu dicas,ꝙ aut
ſtatutũ primum iuratũ reuocatur ab alio quàm ab illo qui
illud condidit, & obſeruare iurauit: & tunc bene requiritur
ꝙ fiat mentio de iuramento : quia licet reuocetur ſtatutum
remanet tamen vinculũ iuramenti,& tũc dicitur habere clau
ſulam derogatoriã,& ita procedit gl.in d.c,cùm non deceat,
cum

cum alijs ſupra addu.& ita in terminis cõcludit Abb.in c.cõ
192 ſtitutus.in iij.col.de reſcri. † aut verò ſtatutũ reuocatur ab
eodẽ ſtatuente,& nulla requiritur mentio,ſed procedant ad-
ducta in contrarium:& ad hoc eſt tex.in c.dilecto.de præbẽ.
& iſta fuit ſingularis declaratio Anto. de But. in c.j.col.pen.
de his quæ fiũt à maio.parte capi.quam teneas cordi: & pro
iſta deciſione facit quę in ſimili dicit Alex.in l.j.in prin.col.
fi.verſi.in hac materia.ff.ad leg.falci. & hoc videtur ſentire
expreſſè Deci.in c.fi.in v.col.nu.5.extra eod.titu. Secundò
caſu aut quærimus nunquid primum ſtatutum iuratum per
ſecundum reſcriptum reuocetur non facta mentione ſpecia
li,& tunc dicendum eſt, ꝙ non, cùm tale reſcriptum cenſea-
tur potius per importunitatem obtentum: vt hîc dicit gl.nã
ſi princeps non fuiſſet de iuramento certificatus, fortè non
cõceſsiſſet reſcriptum: vt dicit nota.in iſtis terminis Lauren.
de Rodul.in repe.c.ſine exceptione.xij.q.j.q.xl.Sed per viam
conſtitutionis bene reuocatur,non facta mentione : vt dicit
Domi.in d.c.cùm non deceat.& ſequuntur Moder.in repet.l.
omnes populi.in xxiij.col.verſi.quarta concluſio.de iuſti. &
iur.intelligendo tamẽ,vt ſuperius eſt dictum ſecundùm An-
to.de But.vt euitetur contrarium, quod adducit Philip.Frã.
poſt Imo.contra Domi.in d.c.cùm non deceat. In ea.gloſ.
ibi,quia maturius &c.iſta ratio mihi non ſatiſfacit quia etiã
ſi lex ſecunda maturius facta non fuerit, ſed ex obrupto tol
lit primam contrariam,ex quo tex. iſte ſimpliciter loquitur,
193 & quodcunque principi placet dicatur lex, non igitur im-
poſita eſt illi forma,vt maturius, & cum maiori deliberatio-
ne legem condat ꝗ reſcriptum concedat,§.ſed quod princi-
pi.Inſtit.de iure natu. & eſt bonus text. ad propoſitum in c.
cùm apud.xj.q.iij. Et licet lex deberet cum maturitate fieri:
vt in l.humanum.C.de legi.per hoc tamen ſi facta non ſit eo
modo,nihilominus lex eſt,& non eſt de ea:ſed ſecũdùm eam
iudicandum:vt in c.erit autem lex.in fi.iiij.diſt.tenet Cur.in
tracta.de conſue.in xxxj.col.Barba.in cle.j.in iiij.col.de elec.
Bar.in l.omnes populi.in ix.col.verſic. circa ſecundum.ff.de
194 iuſti.& iur.†Ratio ergo eſt illa,quam ſuperius dedimus in
textu:quia ratione æqualis vtilitatis publicę & poteſtatis ſe-
cunda lex tollit priorem, non ſic in ſecundo reſcripto : quia
cùm ſit conceſſum ad particularem vtilitatem , non præſu-





mitur velle princeps legem publicam ad multorum vtilitatẽ
introductam ita de facili propter reſcriptũ vnius perſonæ
195 tollere,cùm nõ ſit æqualis poteſtatis,nec vtilitatis. †In ea.
glo.ibi,in reſcripto etiam &c.ex iſta glo.habes vnum ꝙ vbi
princeps cõtra ius reſcribit ex certa ſcientia,nõ eſt neceſſa-
ria clauſula non obſt.ita iſtam glo.ad hoc not.Abb.in c.nõ-
nulli.in prin.de reſcri.& dicitur princeps tunc facere ex cer
ta ſcientia,quãdo hoc exprimit in reſcripto,vel quando ex
verbis expreſsis in reſcripto poteſt colligi, ꝙ princeps eſt
informatus:vt declarat idẽ Abb.in c.cùm inter.in princi.de
except.& ibi Feli.in iij.col.& in c.ex multiplici.de deci.& in
c.j.in ij.col.de reſcript.& in c.ad hæc.in fi.eo.ti.vbi alleg.iſtã
glo.& ita intelligit.Nam certa ſcientia idem operatur ꝙ ex-
preſſa mentio,vt ibi dicitur:& per hoc dicit Abb.in c.fin.in
iij.not.& in iiij.col.vt lite pen.ꝙ licet priuilegium impetratũ
lite pendente non valeat niſi de lite fiat mẽtio,fallit niſi pri-
uilegium ſit conceſſum ex certa ſcientia:quia tali caſu certa
ſcientia idẽ operatur ꝙ expreſſa mẽtio,per gl.hîc,cum con-
cor.vt per Alex.in conſi.xviij.Viſo ſtatuto.in iiij.colũ.in vj.
vol.& in l.quacũque.in j.col.C.de teſta.mili.& hoc idẽ latius
Roma.probat in conſi.cccxxvij.Iſtæ ſunt rationes.in ij.col.
& circa hoc notabile exemplum ponit Abbas in c.cauſam.el
iij.in ij.col.de teſti.& aliud Feli.in quo dicit ſe conſuluiſſe in
c.cauſam quæ.in vij.col.de reſcrip.& idem repetit in c.cùm
adeò.in xj.col.de reſcrip.& in c.cùm à nobis.in ij.col.de te-
196 ſtib. †Et iſta certa ſcientia etiam ex geminatione reſcri-
pti colligitur:quia talis geminatio habet vim certæ ſcientię:
vt hîc innuere videtur glo.& tenet Feli.in c.ſi quando.in fi.
de reſcrip.& in c.nonnulli.in xviij.col.eo.tit.& iſta de plano
procedunt,quando de mente principis conſtat.In dubio ta-
men extra materiam iuris non pręſumeretur certa ſcientia,
ſed talia reſcripta præſumerentur per importunitatem obtẽ
ta,& debẽt reijci:vt tradit Barth.Vero.in cautel.ij.in iij.mò
do,vbi inuehit contra miſeros prælatos,qui non audent cõ
tradicere iniuſtis reſcriptis,& cõtra legem conceſsis.Et pro-
pterea bonum & vtile eſt,vt clauſula ex certa ſcientia,vel mo
tus proprius,exprimatur in literis:vt docet idem Bartho.Ve
ronen.in cautel.cxvj.incipien.Nonnulli . Quia tali caſu re-
ſcriptum impugnari non poteſt:vt Alexan.dicit in conſilio

ccxv.Nec arguendi.in vj.col.verſi. ſexto confirmatur. lib.ij. & Bar.in l.conficiuntur.§.codicilli.in prin.ff.de iure codicil. Io.de Ana.conſi.viij.Viſo inſtrumento.col.fi.Oldra.conſilio cclvij.Factum tale eſt.col.iiij.& ita debet intelligi gloſſ. hîc, quam ita declarat Deci.in conſi.lij.In cauſa inquiſitionis.in j.col.nu.1.in ij.parte:& prius declarat Feli.de quo ipſe mentionem non facit in c.j.in viij.col.de cõſti.& idem latius tradit in c.j.in xiiij.col.de reſcript. Et prædicta omnia procedunt in his quæ ſunt iuris,quæ princeps præſumitur ſcire, ſecus verò in his quæ conſiſtunt in facto:vt commercia,ſtatuta,& conſuetudines locorum,in quibus certa ſcientia non præſumitur,niſi expreſſè appareat,Bald.in l.fi.in ij.col.c.ſen. reſcin.non poſſe.ſequitur Alex.in conſi.cxxv. Viſo titulo cõſtitutionis.in fi.lib.ij. Hoc tamen quod de certa ſcientia dictum eſt,nõ habet locum in reſcripto impetrato motu proprio:vt notanter dicit Feli.in c.conſtitutus.in v.col. verſicu.
197 obſtat ſecundo deciſio.de reſcrip.† & eſt ratio,quia motus proprius non arguit informationem principis præceſsiſſe: nam ſi ſciuiſſet fortè non ita ſcripſiſſet.Ita ibi Fel.idem in c. nonnulli.in x.col.eo.titu. Sed tamen hoc non videtur ſine dubio:quia imò clauſula motus proprij arguit principem velle illum actum facere,& ꝙ ritè omnia præceſſerint.Car. in cle.ij.in iiij.q.de offi.ordina.Bal.in l. omnes.in princi.c.de quadrien. præſcrip.& hoc ego probo incõuincibiliter: quia vt dicit hic gloſſ.certa ſcientia principis arguit ex ſecunda iuſsione:vt etiam expreſſè Feli.concludit in d.c.conſtitutus, in vj. col.verſi.& de hoc quotidiano.& tamen ego habeo,ꝙ ſecunda iuſsio & clauſula motus proprij æquiparantur. Ita not.Bal.in l.nec damnoſa.c.de preci.Impe.offeren.quod dictum pro ſingulari commendat Roma.in l.ſi verò.§.de viro. in xxxj.fallen.ff.ſolu.matri.Alexan.in l.iij.in princ.ff.ꝙ quiſque iur.Deci.in c.ſi quando.in j.col.de reſcrip.& And Sicu.
198 in c.conſtitutus.in ij.col.nume.9.de reſcrip.† Ergo videtur, quòd ſicut per reſcriptum conceſſum ex certa ſciẽtia tollitur lex contraria,ita ſi fuerit motu proprio conceſſum,accedant ad hoc effectus plures,quos de iſta clauſula motus proprij,Roma.ponit in conſi.cccxxvij.in ij.col. qui in propoſito bene facere videntur,cum pluribus concordã.quæ Deci. congerit in c.ad aures.col.fi.de reſcrip.& per hoc dicit idem Deci.in



Deci.in l.certum.in ij.col.ff.ſi cer.pet.ꝙ motus proprius operatur vnum,ꝙ vbi aliâs per clauſulam non obſtan. non cenſeretur derogatũ priori ſpeciali priuilegio niſi expreſſa mẽtione facta,ſecus tamen eſt vbi concederetur motu proprio, & licet contrarium in hoc videtur tenere Feli.in c.cùm eccleſiaſticæ.de excep.tamen opi.Decij eſt verior,ad quæ faciũt ea quæ Bonifa. ſcribit in cle. per literas.in ij.col.de præben. Et ideo pro concordia dicas,ꝙ dictum Feli. debet intelligi, quando conſtaret de mente contraria principis:vt tradit Abb.in c.cùm olim.in vj.col.verſi.an autem.de re iudic. Secus tamẽ eſt in dubio:quia tunc idem eſt dicendũ de clauſula motus proprij,quòd de clauſula ex certa ſcientia:vt colligitur ex dictis per Feli.in c.cauſam quæ.col.penulti.de teſti. dum alleg.Bal.in l.quod fauore.c.de leg.imò plus dico quòd clauſula motus proprij,non ſolùm arguit præſumptam ſcientiam principis,ſed extendit gratiam vltra præſumptam mẽtem concedentis,clemen.ſi Romanus.de præben.l.ꝙ autem.
199 ff.ſi quis cauti.† Vbi priuilegium conceſſum motu proprio trahitur ad litis pendentiam,& ſic vltra intentionem concedentis:vt not.ibi Bald.Paul.de Caſtro,& Alexan.& expreſſè Abb.in d.c.fin.in iij.nota.vt lite penden.& alium notabilem effectum clauſulæ motus proprij,vide per Romañ.in conſi. cccxxvij.in v.col.& alium per Pet.de Biaxio,in tract.de elec. fo.96.in ij.col.poſt Ioan.And.in c.cùm in cunctis.§.cùm verò.de elect.quibus adde Pet.And.Gamma.in tract.legati.folio.54. Limitantur tamen prædicta niſi talis clauſula motus proprij fuiſſet procurata,prout ſæpe hodie, & quaſi cõmuniter fit:quia tali caſu perderet virtutem ſuam:vt tenet Cardina.in conſi.cxlij.in fin.& Deci.in c.ij.in ij.colum.de reſcri. & hoc probari debet,quia aliâs in dubio hoc non præſumeretur:vt Deci.tradit in conſi.cccxlj.nume.4.& ita ſeruat hodie Rota. Secundò limitantur prædicta procedere in his quæ ſunt ſolita concedi,ſecus in inſolitis:vt not.idem Deci. probat in conſilio cccxcix.numero.8.in ſecunda parte,quo omnia tene menti. Et ad prædicta adde rationem quare princeps per vltimam cõſtitutionem tollit primã contrariã, non facta mentione:quia in ſecunda cõſtitutione adeſt certa ſcientia.Ergo eodem modo motus proprius,quia lex ſemper motu proprio fieri ſolet:vt no.Bar.in l.j.in fi.c.de bo.va.

lib.x.& in auth.quas actiones.circa fi.c.de ſac.ſan.eccle.ſe-
quit̃ Deci.in c.fi.in iiij.co.nu.10.de cõſti.Habes igit̃ ex his ꝙ
clauſula ex certa ſciẽtia,ſupplet omnẽ defectũ,& æquipollet
200 clauſulæ non obſt.†Hinc ſumpta occaſione Mod.hîc ex-
tendunt fimbrias circa illam q.an princeps concedẽdo ali-
quod beneficium incapaci ſcienter videatur ſecum diſpẽſa-
re,& in effectu omnia quæ referunt ponit Feli.in c.nonnulli.
de reſcrip.circa xv.col.vbi infinita pro & contra congerit:&
in c.cùm vigeſimum.de offi.deleg.& in c.præterea.de teſtib.
cog.& in c.cùm inter.in iij.col.de exce.& alibi ſæpe.Et ideo
in hac materia ſcrupuloſa melior & accõmodatior videtur
diſtinctio,quam poſt ſubtilem diſceptationem ponit Deci.
in c.ſi quando.col.fi.de reſcrip.quem refero in voce, & vltra
ipſum circa iſtam q.vide plura cumulata per Moder. Rauẽ.
in Alphabeto iuris,in verbo,Princeps.& nouiſsimi apoſtillã
tes ad Dy.in reg.beneficium.fo.12.ſecundùm paruã impreſ-
ſionem.ĩ.de reg.iu.& per Vita.de Cambanis in tract.clauſu
larum.in verbo,clauſula ex certa ſcientia.& per Mod.quoſ-
dam in tract.de beneficio.in viij.q.iij.partis.col.fi.& in prin
cip.q. In ea.glo.ibi,& ſi reſcriptum concedit &c. Collige ex
iſta gloſ.differentiam inter reſcriptum & priuilegium. Nam
ad hoc no.iſtam glo.Feli.in c.ex literis.de fide inſtru.in prin.
201 †Nam reſcriptum eſt illud quod emanat ad obſeruantiam
iuris cõmunis:vt l.falſo.c.de diuer.reſcript.& tenet Domi.&
Franciſ.hîc,& ſequitur And.Sicu.in c.cauſam quæ.in ij.col.
nu.8.de reſcrip.Priuilegium verò eſt contra ius,c.priuilegia.
iij.diſt.& hanc differentiam cum iſta gloſſ.approbat Feli.in
rub.eo.ti.in ij.col.& hoc idem tenet Abb.in c.cauſam quæ.
in prin.de reſcrip.ſequitur Cur.ſenior,conſi.xvj.inci.Clarũ.
202 col.vij.& ideo dicit hîc gl. †quòd ſi concedatur reſcriptũ
contra ius,mutat nomen,& dicitur priuilegium, & iſtam gl.
ad hoc alleg.Moder.de Monteferrato in rub.ĩ.eo.de reſcrip.
ex quo infertur, ꝙ iſto caſu tale reſcriptum eſſet latiſsimè
extendẽdum,licet de natura ſui reſcripta debeant interpre-
tari ſtrictè,cùm tunc mutet nomen:vt declarat Feli.in c.cau
ſam quæ.in ix.col.& in c.cùm adeò.in xiij.col.de reſcript. &
203 tradit Innocen.in c.Epiſcopi.de rebus eccle.non alie.† Sed
aduerte,quòd licet differentia hîc tradita inter reſcriptum,
& priuilegium communiter approbetur, mihi non videtur
probabilis



probabilis,quia habemus quòd fruſtra precibus impetratur
quod iure communi conceditur,l.j.c.de theſau.li.x.ſi igitur
reſcripta conceduntur ſecundùm ius commune,iam fruſtra
impetrantur,ſtante regula poſita in glo.facti.ĩ.eo.videlicet,
ꝙ quando ſtatutum vel reſcriptum continet idem quòd ius
commune,dicitur in effectu ius commune, nõ ſtatutũ.Sua-
detur hoc,quia clarum eſt quòd per reſcripta conceditur iu
riſditio delegata,c.paſtoralis.& c.prudentiam.cum ſimi.de
offi.dele.etiam cùm nemini dubium eſt,ꝙ illa reſcripta ſunt
contra ius commune,cùm veniant in præiudicium iuriſdi-
tionis ordinariæ fundatę de iure communi:vt patet in c.ſa-
nè.de offi.deleg.& in d.c.paſtoralis.§.qui autem. Non obſ.
d.l.falſo.in qua Doct.fundamentum faciunt:quia ille tex.nõ
204 dicit ꝙ reſcripta ad obſeruantiam iuris cõcedantur.† Sed
ꝙ ea quæ ad cauſas,ſcilicet,ad agendum & defendendum
conceduntur,prout ibi intelligit glo.& Odofr.perennia eſſe
debent,ibi enim erat talis caſus,impetraueram reſcriptũ ad
lites cõtra te,quo fortè non vſus ſum per annum,poſtea vo-
lo te vigore talis reſpectu cõuenire,tu opponis ꝙ illud reſcri-
ptum tẽpore non vtendo ſpirauit,conſultus Imperator quid
iuris?reſpondet quòd ea quæ ad ius reſcribuntur, id eſt, ad
cauſas decidendas perennia eſſe debent.Vides igitur ꝙ ille
tex.non probat opinio.Docto.Vnde mihi videtur ꝙ melior
ſit differentia,quam ponit Abb.in c.plerunque.in iij.not.de
reſcrip.quam valde commendat Iaſon in l.fin.ff.de conſtitu.
205 princi.videlicet,†ꝙ inter reſcriptum & priuilegium eſt iſta
differentia,ꝙ reſcriptum ad aliquid faciendum durat perpe
tuò,alleg.tex.in d.l.falſo.quem ſic intelligit:priuilegium ve-
rò expirat tempore,hoc eſt decennio:& ita iſtam differen-
tiam ſequitur ibidem Feli.poſt Bal.in d.l.falſo. Vel ſecundò
potes tu aliam differentiam dare: quia reſcriptum eſt illud
quod conceditur præter ius commune,priuilegium verò cõ
tra ius.Sed tenendo ꝙ etiam reſcriptũ poſsit contra ius con
cedi:vt patet in reſcriptis derogãtibus iuriſditionem ordina
riam,reſponderi poſſet ad tex.in l.fi.c.de man.princip.cum
ſimi.quòd illud quod dicitur reſcriptum contra ius non va-
lere,intelligitur contra ius non commune,ſed tertij, iuxta c.
ſuper eo.de offi.delega.& ſic illa verba contra ius,non intel-
ligũtur de iure ſcripto:quia illud præſumitur princeps ſcire:
i 3 vt hîc

vt hîc eſt tex.quem ad hoc ponderat Domini.hîc in prin.&
dixi in alio not.latius,ſed quando reſcriptum eſt contra ius
tertij:tunc præſumitur per importunitatem obtentum,& ſic
nouiter intelligitur iſte pũctus,pro quo dico eſſe caſum,qui
communiter perperam allegatur in l.reſcripta.c.de precib.
Imper.offe.dum ibi in prin.ponitur regula,cum exceptione.
206 †Nam regula eſt,ꝙ reſcripta contra ius debent reijci:fallit,
dicit tex.niſi ſit tale ꝙ nõ lędat alium,ſed proſit petenti &c.
quæ verba clarè innuunt regulã de illo reſcripto loqui,quod
eſt contra ius tertij,aliâs exceptio non loqueretur in termi-
nis regulæ.Nam non eſt bona exceptio ſi regula loquitur de
homine,& exceptio fiat de aſino:vt dicit Dyn.in proœ.ĩ.de
regu.iur.col.fi.quem ſequitur,& refert Deci.in l.j.col.antepe.
nume.26.ff.de regu.iur.non tamen recedendum eſt à cõmu-
ni circa hoc.Nam qui nimis emungit,ſanguinem elicit,c.ni-
ſi.de renun. Glo.ſingularium perſonarum.duo facit, ponit
limitationem ad iſtum text.& rationem eius.Circa limitatio
nem vide quæ dico ſuperius in viij.no.meo,in vj.limitatio-
ne,quæ optimè procedit in terminis huius gloſ.Tamen non
per iſtam rationem gloſſ.quæ licet ab omnibus approbetur,
mihi tamen non ſatisfacit:quia iſta ratione attenta idem de
207 beret dici econtra,videlicet,†ꝙ ideo conſuetudo non de-
bet tolli vt valeat:& quia illa regula procedit quãdo per va-
liditaté actus alius non annullatur vel tollitur:vt in d.l.quo-
ties.de verbo.oblig.cum concor.quæ Soci.tradit in tract.re-
gularum.nu.440.cùm eadẽ ratio militet, vt actus qui tolli
debet valeat,quæ in actu contrario tollente conſyderatur:
& propterea tex.hîc de conſuetudine mentionem fecit:quia
nõ minus laudabilis cõſuetudo populũ tenet quàm lex:vt in
l.de quibus.ff.de legi.Et ideo debet de illa fieri mentio, & li-
cet hîc tex.de cõſuetudine ſingularium perſonarum loqua-
208 tur,illud verbum,ſingularium,†quia ponitur ratione ma-
ioris frequentiæ non excludit generalẽ cõſuetudinem,argu.
gl.no.in cle.j.in ver.præſidentes.de reſcrip.& glo.in l.vnica.
in verbo,ſponſam.c.de rap.virg.ſequitur Iaſ.in l.certi condi
ctio.§.ſi nummos.in iiij.col.ff.ſi cer.pe.Regula tamen ſiue di
ctum gl.in ſe verum eſt,ꝙ actus in dubio interpretari debet
vt valeat. Glo.facti.iſta gloſſ.eſt magiſtra,& multum cele-
brata pro ſingulari,ideo eius materiam vtilẽ latius attingã,





vt ex ea fructus in practica & ſubtilitas in ſcholis colligatur.
Diuidatis ergo eam in quatuor partes,in prima exponendo
tex.infert ad q.in ſecunda quæſtione per tria exempla decla
rat,in tertia q.decidit per ſex rationes,in vltima per viã ſum
marij opi.ſuam firmat.ſecũda,& puto.tertia ibi pone in ter-
209 minis.quarta ibi dico autem.quinta ibi ſi igitur. †Colligo
igitur ex iſta glo.vnam concluſionem,ꝙ ſtatutum continens
idem quòd ius commune,dicitur ius commune non ſtatutũ,
iſta opi.eſt cõmunis:prout dicunt Mod.Bononien. poſt Bar.
in repe.l.omnes populi.in iij.q. prin in xij.colũ.ff.de iuſti.&
iur.& fundatur iſta opinio ſecundùm gl.& antiquos Docto.
hîc in ſeptem motiuis additis tribus per Mod.repe.hîc,vide-
licet,Io.Crotũ de Monteferrato,qui in repe.d.l.omnes popu
li.dictis fundamentis per eum hîc relatis addit duo alia,quæ
reaſſumunt nouiſsimi hîc, per plura verba nihil in effectu
noui addentes,quibus omiſsis ego vltra ipſos plura noua di
cta pro vtraque parte adducam, deinde pro concordia opi.
ad loca non vulgaria te remittam,ex quibus diffidentes opi.
poterunt concordari.Pro iſta igitur cõmuni opi.vltra alios,
ꝙ ſublato iure communi videatur ſublatum ſtatutum conti
nens idem quòd ius commune:adduco primo dictum Domi
ni.ſibi contrarij dictis hîc per eum in c.j.in iiij.col. verſi.&
210 ex his.ĩ.de fil.presby. vbi quęrit in nota.q.†Pone ꝙ in ec-
cleſia eſt ſtatutum iuratum,& per Papam confirmatum,quo
cauetur ꝙ non admittatur illegitimus in eccleſia, an Epiſco
pus poterit diſpenſare,Io.Mo.cum quo tranſit ibi Domi. di-
cebat ꝙ ſic:quia vbi plures prohibitiones procedunt ab eo-
dem fonte ſuper eadem re ſublato principali, & alia viden-
tur eſſe ſublata,arg.l.fi.c.de duo.reis.cum ſimi. vt ibi per eũ,
ſed Epiſcopus iſto caſu poſſet diſpenſando relaxare ius com
mune,ergo illo ſublato ſtatutũ & alia idem continentia cen-
ſentur eſſe ſublata.Non ob.text.hîc,dũ dicit,ꝙ per ſecundã
conſtitutionẽ non tollũtur ſtatuta priora cõtraria; quia re-
ſpõdet Domi.ibi ꝙ iſte tex.procedit in ſtatuto & cõſuetudi-
ne præter vel contra ius, ſecus in continentibus idem quòd
ius antiquum:quia tunc illo iure antiquo ſublato per poſte-
riorem conſtitutionem cenſentur ſublata idem continen-
tia.Ita dicit Domi.ibi,pro quo adde glo.in c.vt circa.in ver-
ſicu.corporali.ĩ.de electio.eo.lib.ex quibus infert ibi Domi.

ꝙ impetrationi factæ à Papa in tali eccleſia per eum qui ſe
dixit filium Sacerdotis,ꝙ poſsit conſequi beneficium etiam
in eccleſia cathedrali.non obſtabit tale ſtatutum,vel conſue
tudo,licet de illis non fecerit mentionē:quia ex quo eſt con-
forme iuri cōmuni,non præſumitur Papa ignorare,per tex.
hîc:& hoc idē in priuilegio impetrato dicit Oldra. in conſi.
ccxlix.Quæritur vtrū mortuo Epiſcopo.in fi. Præterea pro
iſta opi.facit dictum Moder.Ariminē.in apoſtil.ad Ange.de
maleſi.in ver.necnon per querelam.fo.11.ꝙ ſtante ſtatuto,
ꝙ quilibet poſsit accuſare non admittentur inhabiles,ea ra-
tione, quia illud idem diſponitur de iure communi, in quo
fit reſtrictio tantùm ad habiles:vt in c.j.de accu.Ergo idem
erit in ſtatuto continente idem quòd ius commune per plu-
ra,quæ ibi alleg.contra Bal. qui tenebat contrarium in rub.
C.qui accu.non poſ.& in no.caſu etiam conſuluit Pe.de An
cha.in cōſi.ccccviij.Probata.in pen.col.motus inter alia per
gl.hîc,vt ibi per eum. Et per hoc dicit idem Domi. in c.ſi ti
bi conceſſo.in j.col.verſic.nota bene.ĵ.de præben. per illum
tex.ꝙ ius commune limitans aliud ius cōmune inducit etiā
limitationem cōſtitutionis particularis diſponentis illud idē
quòd ius commune.Nec ob.dicit ipſe tex.hîc:quia limitatur
non procedere in ſtatutis continentibus idem quòd ius: &
iſtam opi.videntur ſequi Abb.in c.fi.in xj.col. de conſuetu.
dum ſe remittit ad glo.hîc,& ad ea quæ dixit.in c.j.in j.no.
ſupra eo.& in c.ſuper eo.in fi.de cogna.ſpiritua. & ibi Præ-
poſi.hoc ſequitur:hoc tamen ſublimitat Domi.hîc,& Præpo
ſi.in d.c.ſuper eo.eſſe verum,niſi per reuocationem talis cō-
ſuetudinis vel ſtatuti continentis idem quòd ius commune
naſceretur ſcandalum:quia tunc reuocato iure communi,nō
cēſetur talis conſuetudo reuocata:prout eſt gl. ibi ſingularis
quā dicit eſſe notandam,alias autē ceſſante ſcandalo proce
dit regu.iſtius gl.quam etiā firmat Abb.in c.cùm dilectus.in
ij.col.de cle.nō reſi.contra gl.ibi,& Hoſti.qui tenebat cōtra-
211 riū:& Feli.in c.j.in ix.col.de reſcr.vbi ponit regulā†ꝙ in ſe-
cundo priuilegio debet fieri mentio de primo, niſi primum
cōtineat ſolū ius cōmune,per gl. hîc:quod eſt verū,niſi pri-
mū priuilegiū contineat aliquam qualitatem plus quàm ius
cōmune:vt quia iam per illud ſit acquiſitum ius alteri:vt ibi
per eū:& hoc ante ipſum fuit dictū Are.in c.cauſa. col.fi.de
teſtib.



teſtib. Et pro iſta opi.faciunt quæ tradit Iaſ.in l.j.in x.& xj.
212 col.ff.de offi.eius.dum vult poſt alios†ꝙ ſtatutum quod vi
get Florentiæ, ꝙ non obſtantibus maſculis fœminæ ſucce-
dant,nihil operatur:ex quo continet idem quòd ius cōmu-
ne:& ideo vt aliquid operetur ſumitur arg. à contrario ſen-
ſu.Sic ergo ex dictis ibi per eū colligitur, ꝙ ſtatutum conti-
nens idem quòd ius commune,eſt ius commune, & ſic nihil
operatur in ſenſu directo: & rationem ponit idem Iaſ. in l.
properandum.§.ſiue autem alterutra.in ij.col.C.de iud.Quia
ſtatutum cōtinens idem quòd ius commune, nō eſt propriè
ſtatutum:vt ibi latè per eum.Præterea pro iſta gl.facit quod
dicit Bal.& ibi latè Alex.in l.Gallus.§.ſi eius.in j.col.ff.de lib.
& poſthu.vbi volunt ꝙ licet libellus alternatiuus nō admit-
tatur,procedit tamen libellus,quādo peto condēnari aduer-
ſarium ad pœnam iuris communis, vel ſtatuti continentis
eandem pœnam: quia tūc in tali libello non videor niſi pe-
tere tantùm pœnam iuris communis:& ideo non erit alter-
natiuus,arg.gl.hîc:& ex hoc idem Alex.in l.iij.in iij.col.poſt
213 Bal.ff.de leg.j.infert contra Bart. †ꝙ ſi arbiter condemnat
aliquem,& dat ei dilationem quatuor menſium,ꝙ ſi conde-
mnatus non ſoluat,poterit moram purgare : ratio eſt, quia
ex quo arbiter dedit dilationem quatuor menſium,videtur
dare illam eandem quam dat ius commune,& ſic nihil ex ſe
dare,vnde quemadmodū in dilatione legis admittitur pur-
gatio moræ, ita & in dilatione data ab arbitro continente
idem quòd ius commune,argu.gl.hîc. Sed tamen circa iſtud
dictum videtur,ꝙ communis opi.ſit pro Bar.vt ibi dicit Iaſ.
& idem Alex.tenet contrarium in l.iiij.§.ſi quis condemna-
tus.in fi.col.ff.de re iud.& modò nō diſcutio,ne videar extra
propoſitam materiā diuagari. Et pro iſta parte arguūt etiā
in notabili quæſtione Moder.Hiſpani,videlicet,quidam Fer
dinandus Loazes eximius Doctor in repe.§.j.in xiij.col. nu-
214 me.122.Inſti.de iuſti. & iur.†Nunquid ſi ſit facta commiſ-
ſio,ꝙ iudex procedat ſecundùm ius, an poterit iudicare ſe-
cundùm ſtatutū vel conſuetudinem continentem idē quòd
ius?& ibi poſt plura videtur tenere ꝙ ſic: quia licet appella-
tione iuris de communi tantùm intelligatur.§.quoties.Inſti.
de iure naturali. cum ſimili. vt ibi per eum,tamen quando
ſtatutum vel conſuetudo continet idem quòd ius bene com-
prehen-

prehenditur appellatione iuris:& iſtā dicunt eſſe magis com
munem opinionem Moder.Taurineñ.poſt Pau.de Ca.in l.
in pluribus.in j.col.ff.de iuſt.& iur.Iaſ.in l.omnes populi.in
iiij.col.eod.tit.licet contrariam opin. dicat eſſe magis com-
munem And.Sicu.in conſi.lxvj.incip.Illud in medium.in ij.
col.verſi.ſed licet.in iij.volu.ſed non eſt verum. Facit etiam
quod not.Bar.ſibi contrarius in l.j.col.iij.q.iij.c.quæ ſit lon-
215 ga conſuetudo.vbi quærit,†nunquid ſi vniuerſitas facit le
gem municipalem de caſu deciſo per conſuetudinem,vtrum
detur actio ex conſuetudine,vel ex illa lege municipali ſiue
ſtatuto,& videatur dicendum ꝙ ex ſtatuto tāquàm vltimo,
argu.l.ſi mihi & tibi.§.fin.de leg.j.& not.per Bart.in l.j.ff.de
condi.ex lege,tamen Barto.determinat contrarium, videli-
216 cet,ꝙ detur ex conſuetudine & non ex ſtatuto, ex eo† quia
actio quę datur ex ſtatuto,eſt ſubſidiaria,& ſic competit in
euentum in quem non poſſet agi ex conſuetudine: Vnde ſi
conſuetudo de per ſe eſt valida ab initio,ſtatutum ſuperue-
niens continens idem nihil addit.Item pro opini.iſtius gloſ.
facit quod tradit Roma.in conſi.cv. Viſo themate propoſi-
to &c.Vbi concludit in notabili caſu,ꝙ ſtatutum continens
idem quòd ius cōmune recipit omnes qualitates iuris com-
munis,quas aliâs non haberet,exempli gratia clarum eſt, ꝙ
ſtatutum non extenditur ad caſum fictum.l.iij.§.hæc verba.
ff.de neg.geſt.l.j.& ibi Barto.ff.de fonte.& tamen ſi ſtatutum
continet idem quod ius commune trahitur ad caſum fictum
ſicut ius commune,caſus eſt nota. in c.ad audientiam.& c.
cùm dilectus.extra de cleri.non reſi. ponit exemplum in ca-
ſu tunc occurrenti,ponamus quòd ſtatutum puniat crimen
ſtellionatus quod punitur à iure communi,l. ſi fideiuſſor.§.
in omnibus.ff.manda. nunquid ſtatutum habebit locum in
mandante committi illud crimen? & concludit quòd ſic:&
tamen ille eſt caſus fictus regula,qui per alium.ī.de regu.iur.
& l.quòd ſæpe.vbi Bald. ff.de contrahen. emptio. & iſtam
opinio.glo. noſtræ ſequitur etiam vltra prædicta Georgius
Natam in repe.clemen.ſæpe.in xx.colum.verſi.ad hanc ra-
tionem &c.de verbo.ſignifica.vbi per eam confutat opinio.
Pet.de Anchara.in conſi.cclxxxvj.&.Roma.in l.ij.de re iu-
dica.dum volunt quòd ſtatutum Florentinum per quod in-
ſtātia appellationis reducitur in omnibus ad paritatē cauſæ
princi-



principalis,ꝙ multum operetur,ipſe ibi cōtrarium concludit
per iſtam gl.& alia ibi per eum adducta. Poſtremo pro iſta
parte facit dictū Feli.in c.paſtoralis.in prin.de fide inſtrumē.
217 vbi per iſtam gl.dicit,†ꝙ extrauagans cōtinens idem quòd
ius commune dicatur ius commune,pro quo ibi alleg.plures
concordantes, & ſubdit ꝙ licet ſtatutum quod allegatur in
alieno foro debeat produci, tamen ſi cōtinet idem quòd ius
commune,non eſt producendum: & hoc etiam tenet & ſe-
quitur in not.q.Geor. Natam in d.repe.clemē.ſæpe.in prin.
col.xxij.Iſta ſunt quæ pro opi.iſtius gloſſ.facere videntur.
218 †Tamen contra opi.gl.& communem,videlicet, ꝙ ſtatu-
tum continens idem quòd ius commune,non dicatur merè
ius commune,ſed ꝙ contineat, quòd plus tenuerunt plures
docto.de quibus ſcribentes hìc non meminerunt. In primis
Barto.in l.iij.§.ſi rem.de lega.j.vbi vult,quòd ſi per ſtatutum
diſponatur ꝙ victus victori in expenſis condemnetur, licet
iſtud idem ſit de iure communi,l.properandum.§.ſinautem
alterutra.c.de iudi.c.calumniam.de pœnis. tamen iſtud ſta-
tutum multa operabitur vltra ius commune:quia licet de iu
re communi excuſetur ab expenſis, habens iuſtam cauſam
litigandi:tamen ſtante dicto ſtatuto non excuſabitur,ſed vi-
ctor poterit agere vigore ſtatuti,per glo.ſingularem in §.j.in
verſi.cauſam.in authen.de exhiben.reis.quam multum com
mendat Andre.Sicu.in c.j.nu.62.& in c.cauſam quę.nu.136.
de reſcrip.Facit pro iſta opi.elegans dictum Areti.in c.ſuper
his.in v.col.de accuſa.vbi dicit, ꝙ licet accuſans aliquem ſit
de iure obligatus ad pœnam talionis ſi deficiat: vt in l.fi.c.
de accuſa.Tamen ſi illud idē quod eſt de iure communi ac-
cuſator expreſſè promittat huiuſmodi promiſſio continens
idem quòd ius cōmune operabitur plures effectus de nouo
pluſq̄ ſi non expreſsiſſet, nam erit obligatus naturaliter ex
conſenſu ad pœnam.Item præſumetur deficiens calumnia-
tor per iura & rationes,quas ibi notabiliter adducit,ex qui-
bus manifeſtè colligitur,ꝙ tex.in l.qui bis idem.& concluſio
glo.noſtræ nō procedit:& pro iſta parte plures alias deciſio-
nes congerit Andre.Sicu.in clemen.j.col.xj.nu.40.cum ſeq.
de electio. Sed iſta omnia dubitationem recipiunt:Nam in
primis dictum Bar.in d.l.iij.§.ſi rem.reprobat Matheſi.in no
ta.lxxxj.& inter alia per theoricam iſtius glo.Nā ex quo tale
ſtatutum

ſtatutum nihil plus continet, ꝗ ius commune, dicitur ſolum
recitatorium,& nihil addit.l.ius ciuile.ff.de Iuſti. & iure.&
iſtud dictum Matheſi.ſequitur Iaſon poſt Alex.in l.properã-
dum.§.ſin autẽ alterutra.in ij.colũ.c.de iudi. & Feli. in c.j.in
xiij.col.in fi.verſi.limita. de reſcrip. & clarius in c.ſignifica-
uerũt.in ij.col.de excep.Ad dictũ Areti.patet ſolutio: quia
loquitur in prouiſione hominis quæ multum differt ab ſta-
tuto vel conſuetudine:vt no.in l.de quibus.& in c.cũm dile-
ctus.de conſue.& in l.fi.de pac.conuen.Nam partes non præ
ſumũtur elegiſſe viam per quam iudicium earum reddatur
fruſtratoriũ,l.iij.c.de teſtamen.mili. & ideo inductum eſt in
l.quoties.de verb.obliga.ꝙ in promiſsionibus debet ſemper
in dubio fieri interpretatio,vt potius valeant ꝗ pereant,hoc
autem in ſtatuto non cõcurrit cũm reformari poſsit,& ſem
per in eo dicitur res integra, cũm dependeat ab arbitrio
vnius, non ſic in contractibus. Tamen quicquid ſit, non
obſtã.prædictis mihi opi.Bar.videtur magis vera, quam re-
fert & ſequitur Franc.Cremonẽ.nota.cxx.incip.Habens iu-
ſtam.& eam probo iſto modo,vt dictum eſt,nemo præſumi
tur facere velle actum fruſtratorium,d.l.iij.de teſta.mili.Sed
ille qui ſtatuit in caſu Bar. præſumebatur habere ſcientiam
iuris communis,in quo ignorantia non præſumitur.l.error.
eo.tit.ergo ſtatuendo videtur velle aliquid vltra ius induce-
re.Nam ſecundũm coniecturam voluntatis actus agentium
regulantur,l.non omnis.ff.ſi cer.pet. facit pro hoc quod ad-
ducit quidam Hiſpanus Soto nuncupatus in commento re-
gulæ primæ Cancellariæ, & in puncto illam opi.Bart.in d.l.
iij.dicunt eſſe cõmunem Moder.in l.patre vel marito.in vij.
col.verſi.limita.ff.de quæſtio.& in ſingu.ſuis,ccvij.incip.Vi-
ctus victori.& vltra ibi per eos adducta eã ſequitur And.Si-
cu.in conſi.xij.incip.Scribitur apud Prophetam.in vij.col.j.
vol.& in conſi.xl.Præclare ſcribitur.in fi.eo.lib.& in conſi.lj.
Scribit ſapiẽ.col.xj.eo.lib.& Imo.in cõſi.v.& Alex.in l.Pau-
lus.la j.ff.de re iudi.& Lanfran. de Oria.in repe. c.quoniam
contra.in verſi.de expenſis.col.iij.de proba. & Iaſ. ſibi con-
trarius in l.j.in xj.col.ff.de offi.eius.Manet igitur ex iſtis opi.
Bar.firma,ꝙ ſtatutum continens id quod ius cõmune addat
qualitatem plus, ex quo infertur, ꝙ ſi iuſta de cauſa relaxa-
tur ius cõmune,non cẽſetur ſublatum ſtatutum:& licet idem
Barto.



Bar.videatur tenere contrarium in l.j.in iij.q.c.quæ ſit lon-
ga conſuetudo.de quo ſuperius mentionem feci in parte af-
firmatiua: tamen quo ad illum caſum de quo Barto. loqui-
tur in dicta l.iij. verior eſt opinio ſua ibi, per ea quæ dicta
ſunt. Præterea contra iſtam glo.tenet etiam Alex.ſibi con-
trarius in conſi.cxciij.Aſſumo in conſultatione. in j.colum.
& in fi.in ij.volu.vbi quærit,ponamus ꝙ ſit ſtatutum confir-
219 matum per Regem,† ꝙ ſpurij,& non legitime nati exhære
dentur,intelligendo de illis qui non poſſunt ſuccedere in hæ
reditate parẽtum ſecundũm ius cõmune, & quidam ſpurius
impetrat legitimationem,non facta mentione de dicto ſta-
tuto,nunquid valebit?& videbatur dicendũ ꝙ ſic:quia illud
ſtatutum continet idẽ quòd ius commune,authẽ.ex cõplexu.
c.de inceſtis nup.& tamen de iure communi non eſt opus fa
cere mentionem:vt no.Inno.& Hoſtien.in c.j.de reſcrip.glo.
in l.j.in prin.ff.ad leg.Falci.Igitur nec de illo ſtatuto continẽ
te idem quod ius cõmune:tamen hac ratione non obſtã.Ale-
xan.determinat contrarium ibi in fine: & reſpondet ad iſtã
glo.tripliciter,quem videas,& refero in voce. Præterea Ia-
ſon ſibi contrarius in l.ſi donaturus.ff de condict.ob cau. te-
220 net etiam contra iſtam glo. † ꝙ ſtatutum continens idem
quòd ius commune operatur vltra ius commune, per illum
tex.nam de iure communi eſt,ꝙ dos data propter matrimo-
nium matrimonio non ſequuto repetatur,l.ſi ego. in prin.ff.
de iure dot.cum ſimi.& tamen ſi ego paciſcor,vt mihi reſti-
tuatur in dictum euentum, & ſic non ſequuto matrimonio,
illud pactum non erit ſuperfluum,ſed producet actionẽ prę-
ſcriptis verbis,& alia plura commoda quę ibi enarrat Iaſon
in d.l.ſi donaturus. Et iſtam opi.ꝙ ſtatutum cõtinens idem
quòd ius cõmune aliquid plus operetur tenet Barba.in trac.
de præſtan.Cardina.in j.q.j.partis.col.circa princip.& idem
videntur tenere Moder.Hiſpani in l.iuriſgentium.in prin.in
ij.col.ff.de pac.dum reſpondet ad l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iu-
re.& iſtã partẽ tenet quidam Gloſſator in regula prima Can
cellariæ,fo.7.dum volũt,ꝙ ſtatutum continens idẽ quòd ius
dicitur neceſſarium,& non ſuperfluũ,per dictum Ang.in au
221 thẽ.vt omnes obedi.iud.in princi.cum ſimili.† & quia ratio
ne geminationis plus, puniuntur transgreſsores,c.nullus. in
princip.l.diſt.& hoc idem tenet Imol. per illum tex. in c.cũm
veniſſent.

veniſſent.in j.col.de inſtitu. & plura adducit Barb.in c.j.nu. 65.de reſcri. Et iſtam opi.etiam ſibi contrarius tenet Abb. in c.cùm veniſſent.in princi.de inſtit.vbi colligit ex illo tex.
222 †ꝙ conſuetudo concurrens cum iure communi illud redditfortius:& per conſequens videtur aliquid addere. Idem tenet Abb.in c.fi.in fi.de obſerua.ieiu.dum vult,ꝙ ſi conſtitutio diſponit idem quòd ius,ſublato iure communi nõ tollitur illa conſtitutio,ſicut vbi votum concurrens cum iure cõmuni non tollitur:& idem Abb. hoc firmat in c.cùm eſſet.in prin.de teſta.dum colligit ex illo text. ꝙ conſuetudo continens idem quòd ius illud corroborat, vt ſic videatur maioris authoritatis:& idem tenet in c.ſopite. de cenſi. per illum text.& hoc expreſſè tenet etiam idem Abb. in c.ex parte.el iij.in prin.& in ij.col.de verb.ſigni.dum vult ꝙ tale ſtatutum vel conſuetudo multum operentur: quia per illud datur noua facultas agendi,de quo ibi per eum, & hoc idem firmat in rubrica,de regularibus.in fi.cuius cõtrarium idem tenuit in c.cùm dilectus.de cleri.non reſiden. & in alijs locis ſuperius alleg. Et pro iſta opi.facit dictum Bal. in l.iij.in ij.col. C.de conſti.pecu.vbi dicit, ꝙ ſi mercator iurat ſtatuta mercantiæ ſi non ſeruat illa quæ continent idem quòd ius commune erit periurus,contra gl.hîc allega.pro hoc tex.in l.magiſtratus.ff.ad munici.quem ad hoc idem no. Roma. in ſingu.ſuo.ccciiij.incip.Iudex iurat. Item etiam contra iſtam gloſſam tenet Andr.Sicu.in c.conſuluit.in vij.col.nu.32. de offic.delega.vbi ponderat textus ibi contra iſtam gloſſam,& adducit duo alia iura,quæ ibi videas per eum.ad idem facit glo.in l.vnica.in verſi.anniuerſariç.C.de collatio. lib.x.vbi vult, ꝙ conſuetudo continens idem ꝙ ius commune faciat quoddam mixtum, ꝙ non tollitur reſcripto niſi facta mentione. Ex quibus omnibus habes iſtã concluſionem principalem glo.pro & contra vltra ſcribẽtes ex multorum authoritatibus roboratam,pro qua vltra prædicta vide latè Antonium de Roſellis in tract.de poteſtate Papæ,& concilij.fol. 98.per totum,vbi refert circa iſtam gloſ.opi.omnium antiquorum hîc,& reſpondet fundamentis eorũ,licet idem Antonius in eodem tracta.fo.78.in j.col.tenuerit contrarium, dum pro hoc alleg.not. per Docto. in c.j.de reſcrip. & Ioan. Andr.in c.j.de filijs presby. videas ibi per eum,quia non eſt mei



mei moris papyrum denigrare in referendo opinionem ſingulorum,ſed ſolùm ea quæ occurrunt vltra adducta per eos ſcribere. Et ideo pro concordia omnium dictorum vide Abba.in conſi.cij.in fi.lib.j.vbi dicit quòd ſtatutum continẽs idem quòd ius commune poteſt dici ius commune quo ad interpretationem,quæ de eo fieri debet ſicut de iure communi,& quo ad quædam alia:vt no.in l.ſerui.C. de noxa. & in l.fi.C.de iure delibe.& in c.cùm dilectus. de conſue.& ita procedit opin.iſtius glo.ſi verò conſyderamus ſtatutum quo ad modum agendi,& tunc non poteſt dici abſolutè eſſe ius commune,iuxta ea quæ not.Bart.in l.j.ff.ad leg.Falci.& hoc idem tradit Imo.in c.cùm dilectus.in prin.de cle.non reſi.& vide aliam notabilem diſtinctionem in iſta materia per Bal. in l.j.C.de ſer.reipub.ma.ſequitur Barba. in c.j.nu.56.de reſcriptis. Poteſt igitur ſumi regula ex glo.noſtra,& ex dictis ſuperius allegatis cum ea concordanti. Ex alijs verò contrarijs poſſent fieri limitationes, quod fecit Felin.licet prædicta non viderit nec adduxerit in cap.j.in xij.& xiij.colum. extra de reſcript.vbi ponit duodecim limitationes ad regulam iſtius gloſ.ad quas ſingula dicta applicari poſſunt,& latè etiam circa hoc diſtinguit Ange.Areti.in §.ius ciuile.nume.22.Inſti.de iuſti.& iure.& Andr.Sicu.in cle.j.fol.65. in ij. & iij.colum,de elec.& Soci.in limoribus.in princip.de vulga. & pupilla.& reaſſumit latius quaſi per viam tracta. Alber. Bru.in tracta.de augmento.in iiij.concluſio.principa.& tangitur per Moder.in l.j.ff.ad leg.Falci.Ex quorum dictis adiunctis ſuperioribus per me adductis,poteſt haberi noua reſolutio in tota iſta materia quam tibi latius repeterem, niſi oneratus eſſem duabus lectionibus,quarum prima in §.morte.maiorem mihi temporis partem aſſumit, quo fit vt poſt immenſam reuolutionem,quæ moleſtiſsima eſt parum temporis ad ſpeculandum dimittatur,niſi cùm in medio vacationes contingunt. Satis igitur tibi erit aceruum dictorum nouorum abſque aliquo labore reperire,quem vigilans vix ſibi quiſque in tribus annis pararet: vt experientia poteris probare. In ead.glo.ibi,tamen conſuetudo præſcripta qua ſeruatum fuit ius commune,&c. habes ex iſta gloſ. regulam communem, ꝙ conſuetudo qua obſeruatum fuit ius commune inducit aliquid de nouo: iſta concluſio gloſſ.non eſt vera

vera,ſecundùm Ioan.de Lig. & alios hîc &c. & rationẽ aſsi-
gnat Soci.in conſi.cxlv.in ij.col.Quia obſeruantia legis ſecũ
dùm certam interpretationem ex quo homines agunt obſer
uare legẽ,& non inducere aliquid de nouo,non inducit con
ſuetudinem,ita ibi Soci.& idẽ licet in conſi.cxj.col.fi. ij.vol.
& vltra ipſum hoc tenet Domi.in c.nullus.col.fi.j̄. de elect.&
cum ipſis tranſeo,& addo prædictis Card.Alex.in c.mos eſt.
j.diſt.vbi tenet iſtam opi.contra gl.& limitat dupliciter.Pri-
mò ꝙ procedit niſi ex reuocatione talis cõſuetudinis ſeque-
retur ſcandalum.Secundò limitat niſi intellectus legis fuiſſet
varius & dubius:quia tali caſu conſuetudo ſuper obſeruan-
tia legis circa certam interpretationem ſiue intellectum te-
nẽdum induceret aliquid de nouo,& ideo reuocata lege nõ
cenſeretur reuocata tali conſuetudine:vt dicit Io.de Imo.in
c.ſtatutũ.j̄.de elec.adde Imo.in cle.j.in iij.col..verſic. vltimo
extra gl.eo.ti.circa quæ multa poſſent dici.Sed ne in immen
ſum creſcat opus ſubſiſto contentus inuentione nouorum lo
223 corum. †Glo.rationabilia.ponit tria, ex quibus duæ cõclu
ſiones colliguntur.Prima eſt,ꝙ conſuetudo an dicatur ratio
nabilis vel nõ,relinquendũ eſt arbitrio iudicis:ſed hoc intel-
lige conſyderatis circunſtantijs loci,& temporis, & vtilitate
publica.Cum iſta opi.glo.tranſeunt Doc. hîc: & eam appro-
bat Abb.in c.fi.in iiij.col.v.colla.de conſue.& Andr. Sicu.in
c.ex parte.el ij.in iij.col.nu.16.de offi.deleg.& ibi Imol.dicit
iſtam opi.eſſe communem,quam ſequitur Card. Alexandri.
poſt Arch.& Domi.in c.quia fruſtra.viij.diſt.& in c.illa.in fi.
xij.diſt.vbi aliter hoc probat:& Calde.conſi.xviij. incip.An
ciuitas.in ti.de conſti.& And.Sicu.in c.at ſi clerici.§.de adul-
terijs.col.viij.de iud.& Fed.de Sen. conſi.xv. Quæſtio talis.
col.iiij.Fel.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in iij.col.de conſti.&
alios caſus in quibus arbitrio iudicis ſtandũ ſit,ponit Andr.
Sicu.cõſi.vij.Sapiẽter.col.vj.& ſeq.& cõſi.ſeq.col.x.lib.ij.cum
concor.vt per Mod.in trac.nuptiali.fo.23.in ij.col.vbi plura
alleg.& Deci.in c.ſedes.in gl.iij.de reſcrip. & Rochus Cur.in
repe.col.fi.de cõſue.fo.11.col.ij.latius Barba.in conſi. xlv.Il-
lud.col.pe.& fi.in iiij.vol.latiſsimè Mod.in l. quæſtionis mo-
dum.col.j.& ſeq.& in l.de minore.col.viij.de quæſtio. & per
Mod.in alphabe.vtriuſque iuris in ver.arbitriũ.cũ ſi. vt dixi
in c.ſuper his.de accu.Aliam tamen rationem cõſuetudinis
rationa-



rationabilis aſsignat Ant.de But.in d.c.fin.de conſue.quem
refert & ſequitur hîc Domi. & licet illam rationẽ improbet
Abb.in d.c.tamen eam approbat And.Sic.in cõſi.lj. Scripſit
glo.in pe.col.in ij.vol.& Rochus Cur.in repe.d.c.fin. in xxv.
col.vbi latius hoc proſequitur.Sed tamen aduertendum eſt:
quia iſta communis opi.non videtur vera,ex eo,quia regula
ꝙ relinquatur hoc, vel illud in arbitrio iudicis procedit in
dubio:vt Iaſ.concludit in l.j.col.j.nu.35.ff.ſol.ma.& in l.poſt
dotem.nu.105.eo.titu.& in l.in ſuis.col.ij.ff.de lib.& poſthu.
224 †Sed conſuetudo in dubio, quando non eſt contra legem
rationabilis præſumitur:vt concludit Bal.in l.de quibus.col.
ix.nu.33.verſi.item valet cõſuetudo.ff.de legi.alleg. c.illa.xij.
diſt.& ſequitur Ale.in conſi.cxxiij. Circa primum.col.j.lib.v.
& hoc idem in ſtatuto dicit Lappus alleg.cj. & quod dictum
eſt de conſuetudine idem dicendum eſt in lege: vt tenet Cy.
in l.fi.c.ſi contra ius vel vti.pub.Ergo vbi habemus præſum
ptionem claram determinantem in dubio quid tenendum,
arbitrium iudicis non eſt in conſyderatione per ſupradicta:
& pro iſta opi.videtur dictum glo.hîc in ij.parte ibi, & bene
dicit,vbi glo.dicit ꝙ eo ipſo eſt conſuetudo rationabilis quæ
non reprobatur,ſed defenditur ab eccleſia,& ſic vides ꝙ gl.
ſibi aduerſatur,quia ſi in arbitrio iudicis relinquitur, an ſit
rationabilis,ſignum eſt ꝙ aliter apparere non poteſt:vt dicit
no.Bal.in l.ſi pater.§.fin.per illum tex.cum ſeq.ff. de hæredi.
inſti. Et iſta de plano procedunt,quando conſuetudo non
eſt contra ius,ſed ſi eſſet contra ius,eodem modo relinquen-
dũ non videtur iudicis arbitrio,cùm lex ſuper hoc diſponat
præſumendo talẽ cõſuetudinem irrationabilẽ: vt eſt tex,quẽ
ibi ad hoc no.Abb.in v.no.in c.iij.de his qui mit.in poſ.cau.
rei ſer.& in c.ad noſtram.in iij.nota.de conſue.& in cõſi.vij.
Tria.in ij.col.lib.ij.& hoc latè defendit Deci.in c.ij. in v.col.
225 nu.9.de prob.†Sic ergo quocunque modo de cõſuetudine
tractetur arbitriũ iudicis locum non habebit.Quod vlterius
viua ratione probatur. Nam iſtud arbitrium iudicis de quo
glo.hîc loquitur,nõ videtur in conſyderatione, ex quo illud
regulari debet ſecundùm mentem legis ſiue iuris: vt conclu-
dit Bartho.Veronen.poſt Bal.quem ibi refert in l.ſi fugitiui.
in vj.col.c.de ſer. fugi.cum concor. quæ ſcribit Deci.in c.ex
literis.in iij.not.de probatio.& idem latius proſequitur Pau.
k de Monte

de Montepico in repe.l.in quartam.in lvj.col.& ſeq.ff.ad le.
Fal.aliâs appellari ab eo poteſt:vt dicit Bar.in l.Lucius.in fi.
ff.de inſa.& in l.in crimine.ff.de adul.& glo.in c.ſuper his.in
226 ver.arbitriū.de accu.vbi latè dixi.†Sed de iure diſpoſitū eſt
ꝙ quando conſuetudo eſt præter ius,præſumitur ſemper ra
tionabilis,ſi verò cōtra ius,irrationabilis.Ergo iudex ſuum
arbitriū regulabit ſecundùm iſtas præſumptiones. . Et ideo
pro vera declaratione iſtius cōcluſionis diſtinguo ſic, quòd
aut apparere poteſt an conſuetudo ſit contra vel præter ius,
tunc illud ſequendum eſt quod dictum eſt ſuperius,aut verò
hoc liquidè non apparet propter conflictū rationē & opi.Et
tunc procedit opi.iſtius glo.quia tali caſu in arbitrio iudicis
227 erit iudicare an conſuetudo ſit rationabilis vel non,† &
propterea bonum eſſet habere iudicem fauorabilem in hu-
iuſmodi arbitrarijs:vt dicit glo.in c.in iudicijs.j.de reg. iur.
& glo.in c.venerabilem.in verſ.fauere.de elect.& iſto modo
cōcordādo iſtas opi.verificatur illud quod dicit Iaſ.in l.cùm
prolatis.in fi.ff.de re iudi.Quibus accedant quæ dicit Areti,
in §.cùm ex aliena.in gl.mediam.Inſtit.de rerū diui.& quod
dicit Alex.in l.Titius.in iij.not.ff.ad Treb.& notabiliter Ia-
ſon in l.ſi eadem.in fi.ff.de offi.aſſeſſo.cum multis concord.
quæ ponit Deci.in c.j.in v.col.nu.10.verſic. illud vtiliter.de
proba.vbi omnes prædicti Docto.in ſimili materia notabi-
228 liter dicūt,†ꝙ licet iudex debeat bene diſcutere cauſam &
ſequi communem opi.nec ſequi medium,vt faciunt ruſtici:
vt dicit glo.in l.Neſennius.ff.de neg.geſt.tamen dicunt ipſi
illud eſſe verum,niſi communis opi.facilè diſcerni non poſ-
ſet:quia tunc in ſuo arbitrio erit ſequi medium vel adhære-
re opi.quæ magis placebit: vt dicit Iaſ.in d.l.cùm prolatis.&
in l.quæ in aliena.nu.25.ff.de acqui.hære.cum ſimi.& ſic ha
bes etiam ex iſtis comprobatum ſecundū dictum,ſiue ratio-
nem glo.videlicet,ꝙ cōſuetudo eſt rationabilis quam eccle-
229 ſia recipit &c.vt ſtatim dicam. †Secunda concluſio colli-
gitur ex iſta glo.ꝙ illa dicitur rationabilis conſuetudo quā
eccleſia approbat,cum iſta gloſ.tranſeunt Moder.poſt alios,
adde vltra ipſos ꝙ iſtam gloſſ.in hoc ſequitur Abb.in c.cùm
tanto.de conſue. Et not.ꝙ aliud eſt,ꝙ ſtatutū vel conſuetu-
do ſit rationabilis & aliud diſponat de ratione,vel ratio de
ſtatuto;vt nouiter declarat Cor.in cōſi.xc. inci.Scrupuloſa.
in pe.col.



in pe.col.& in Conſi.ccxxxvj.incip.Conſtat.in j.col.ver.fun-
datur.in iij.vol.poſt Bal.in c.j.§.ſi decenti.qui feu.da.poſ.reli
qua dic vt;hîc per Doct. Glo.expreſſè ibi ꝙ verum eſt,po-
teſt dici hodie:quia ius reſiſtit &c.collige duo ex iſta glo.Pri
mò ꝙ illa cōſuetudo dicitur irrationabilis cui ius reſiſtit, de
quo dictum eſt ſuperius in gl.proxima:& per hoc ſolet alle-
gari tex.in c.ij.de eo qui mit.in poſ.cum ſimi.vt per Abb.&
230 Mod.in c.ſicut cōſuetudo.de prob. †Secundò colligitur ꝙ
quando ius commune reſiſtit,non poteſt noua conſuetudo
induci,diſtinguendo tamen vt hîc per Domi.cum quo trā-
eunt alij:& plura poſſent hîc pro,& contra dici:tamen quia
materia iſtius text.eſt iam ſatis onerata ero contentus nouis
remiſsionibus.adde igitur pro iſta opi.do.Ioā.de Ana. in c.
quoniam quod eſt c.iij.in prin.ne præla.vi.ſuas,vbi hanc di
ſtinctionem Domi.ſequitur, & dicit eſſe notandam,& eandē
latè ſequitur Feli.in c.ij.in iiij.colū.cum ſi.de proba.& Deci.
ibi,in x.col.poſt Alex.& Moder.in l.ſi nō ſpeciali.C.de teſta.
& in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.vbi videndum eſt.de lega.j.
& per Iaſo.in l.de quibus.in xiij.co.ff.de legi.& latiſsimè cæ-
teris iſtum articulum proſequitur Rochus Cur.in repet.c.fi.
in lxxxv.col.cum ſeq.extra de conſue.vbi multipliciter am-
pliat iſtam concluſionem glo.& poſtea approbando diſtin-
ctionem Dominici hîc pluribus modis limitat,quem videas
231 †Glo.fi.ibi,illa lex multis modis intelligitur &c.No.ex iſta
glo.ꝙ lex habens plures intellectus non poteſt allegari:ita ad
hoc iſtam gl.no.Feli.in c.j.col.fi.de conſti.& eſt dictum Bar.
vulgare in l.in ambiguo.ff.de rebus dub.quem ad hoc vltra
adducta per Feli.alleg.& ſequitur Alexan.in l.ſtipulatio hoc
modo.§.alteri.col.fi.ff.de verbo.oblig.& in l.Gallus.in princ.
in ij.col.verſ.cōtra Bar.ff.de lib.& poſthu.Iaſ.in l.poſthumo.
in vij.colum.C.de bono.poſſeſ.contratabu. & iſto modo re-
ſpondet Abb.ad quoddam contrarium in ca.cùm omnes.in
fi.de conſtitu.& Alex.in conſi.viij.colum.ij.lib.j.& ideo dicit
Bald.in c.fi.de conſtitu.ꝙ quando ſtatutum habet plures in-
tellectus non poteſt allegari in deciſionibus cauſarū, neque
ſententia contra illud lata eſt nulla,& hoc idem in lege habē
te plures intellectus,tenet idem Bal.in l.ij.in ij.col.C.quando
prouo.non eſt neceſ.hinc not.dicit Ioā.de Ana.in c.Petrus.
in j.co.de homi.ꝙ quando lex præcepti habet plures intelle-

ctus faciens contra eam non peccat:& hoc idem in lege Dei
not. Abb.& Ioã. And.in c.capellanus,per illum tex.de fer.ſe-
quitur Alex.in conſi.cxliiij.Circa primum.in v.vol.& reaſſu
mit Iaſ.in l.admonendi,in xj.col.ff.de iureiuran. Et iſta de
plano procedunt quãdo nullus illorum intellectus eſſet pro-
babilis,ſecus verò ſi aliquis illorum ratione probari poſſet:
quia tunc ille eſſet tenendus:vt concludunt Barto.& Soci.in
d.l.in ambiguo.& tenet Alex.in l.diem functo.in ij.col. ff.de
offi.aſſeſ.& in l.fi.col.fi.ff.quod quiſque iur.Et idem eſt dicẽ
dum de illo intellectu qui magis menti conueniret:vt tradit
Geor.Natam in repe.cle.ſæpe.in prin.in xij.col.de verb.ſig.
Et idem dicendum eſt de intellectu magis dubitabili:quia
tunc ille ex pluribus debet allegari:vt per Abba.in c.de mul-
ta.de præben.in j.col.& ibi latè dixi:& in c.cùm in iure pe-
232 ritus.de offi.deleg.†Idem eſt quando ex pluribus intellecti
bus aliquis ſit cõmuniter approbatus,& alij reprobati:quia
inde eſt,ac ſi non eſſet niſi vnus intellectus:ita dicit Iaſon in
l.naturaliter.§.nihil commune.in xxviij.ccl.ff.de acqui.poſſ.
tenet etiam Deci.in conſi.xlvj.aliâs ccl.incip.Antiqua & ſa-
tis nota,&c.col.fi.in ij.parte,& dixi in c.j.in gloſſ.j.ĩ.de iudi.
eo.lib.Idem quando vnus ex illis conueniret rubricæ:vt di-
cit Alex.in l.j.in iij.col.ſi cer.pet.& expreſſè hoc tenet Bal.in
l.j.col.xj.c.ne lic.tertio prouo.& hoc clarius firmat Abb.cum
concor.ibi traditis per Deci.in c.bonæ.de confir.vtil.vel in-
uti.& plures alias differentias quando ex pluribus intellecti-
bus aliquis ſit tenẽdus:tradit Deci.in l.quoties idem ſermo.
in fi.ff.de reg.iur.& aliquid Feli.in c.dilecto.in j.col.de teſti.
233 † Vltimò circa intellectum l.iij.§.diuus.ff.de ſepulc.violato.
quam hîc alleg.gloſ.habes concluſionem glo.hîc,ꝙ ideo in
illo tex.lex poſterior reuocauit conſuetudinem:quia in lege
fiebat mentio cõſuetudinis:vt etiam dicit ibi Bar.Vel ſecun
dò,quia in ſecunda lege conſtabat de certa ſcientia princi-
pis:vt dicit glo.in c.paſtoralis,de fide inſtr.& iſtę ſolutiones,
ſiue intellectus ad illum tex.communiter recipiuntur per Do
cto.vbilibet. Tamen mihi videntur omnino à veritate de-
uiare:quia tex.in d.§.diuus.non loquitur de conſuetu.prout
Docto.putant,neque eo modo:vt ipſi dicunt,ſed hoc apertè
& nitidè dicit illa litera,videlicet,ꝙ ſi poſt legem generalem
diui Adriani diſponẽtem in eos,qui in ciuitate ſepulchrum
faciunt



faciũt,ſequutum fuerit ſtatutum municipale cõtrarium diſ-
ponens lex illa generalis obtinere debet,& in omni loco va
lere:& iſto modo ille tex.non eſt contra tex.noſtrum,quę au
tem ſit ratio deciſionis illius legis ita intellectæ non ſatis ap
paret ex ſcriptis Doct. Mihi videtur ꝙ ſit duplex,& ita duo
naſcentur intellectus.Prima ergo ratio eſt vt lex illa genera-
lis vincat ſtatutum in illo loco:quia inferiores ſtatuere non
poſſunt contra legem ſuperioris,l.forma.c.de of.præfe.præ-
tor.tenet Bal.in l.omnes populi.in ij.col.ff.de iuſti.& iure.&
hoc etiam procedit in populo,vt tenet gloſ.in l.non ambigi-
tur.ff.de legi.quam plures ſequuntur,quos refert & ſequitur
Præpo.in c.lex.ij.diſtin.ad idem tex.in l.fi.c.de legi.& iſta eſt
communior opi. Secunda ratio eſt,ꝙ ibi text.ſtatutum non
reuocat,ſed dicit legem valere,nec etiam per ſtatutum fuiſſe
reuocatam,quia eſt generalis:& ſic ſi nõ obtinet in loco vbi
fit ſtatutum valebit in omni loco,& iſte erit ſecundus ſenſus,
ſecundùm quem comprobabitur alia opinio,quę refertur in
234 d.l.fi.c.de legi.†ꝙ populus per ſuum ſtatutum poteſt tolle-
re legem principis,per ea quæ not.in l.omnes populi.de iuſt.
& iure.cum allega.per Feli.in c.ſuper his.de maio.& obed.&
ſic quomodocunque ille tex.intelligatur non facit ad propo
ſitum iſtius tex.Et per iſta etiam reſoluuntur duo alij intel-
lectus ad d.§.diuus.per Pau.de Caſtr.in l.de quibus.quos ibi
latius refert & ſequitur Iaſ.in xij.colũ.ff.de legib.& Rochus
Cur.in tract.conſue.poſito ſuper c.fi.de conſue.in xcj.col. &
faciunt ea quæ diſtinguendo tradit Ange.Areti in §.j.in iij.
col nu.10.Inſti.de offi.iud.de quo dictum fuit aliquid ſupra
in notabilibus in v.limitatione.Et per iſta cum laude Dei ſit
expedita iſta Decretalis.

## CAPVT II.

1 *QQ Dictio,vt,quid importat.*
2 *Finis & principalis intentio iuris canonici eſt, periculis animarum*
*ſuccurrere.*
3 *Iuris ciuilis intentio eſt,bonum publicum conſyderare.*
*Allegatio canonum præferenda eſt allegationi legum, quando ſimul*
*etiam leges allegari debent.ibidem.*
*Declaratio iſtius tex.ibidem & nu.40.*
4 *Periculum animæ quod hîc conſyderatur eſt ratione excõmunicatio-*
*nis:non tamen accidit ſic in omni alia diſpoſitione canonica.*

Non eſt licitum in foro conſcientiæ contrahentibus ſe inuicem decipere. ibidem.

5 Conſcientia idem eſt quod bonus vir.

6 Licitum eſt aliquem decipere in foro conſcientiæ.

Mercatores omnes irent ad domum diaboli, ſi non liceret eis contrahē do aliquem in valore decipere. ibidem.

7 Dolum ex propoſito adhibens in contrahendo non eſt tutus in foro conſcientiæ.

8 Deceptio re ipſa, non dicitur propriè dolus.

9 Dolus re ipſa & ex propoſito æquiparantur.

10 Dolus ex propoſito adhibitus in contractibus conſyderari poteſt dupliciter.

11 Caſus in quo emptor non tenetur in foro conſcientiæ.

12 Homines coërcere à commercio hominum nihil infœlicius.

13 Ius ſummum ſumma iniuria eſt.

14 Subſtitutus pupillo per expreſſam ſubſtitutionem pupillarem non poteſt in foro conſcientiæ denegare legitimam matri.

15 Canones emanarunt cooperante ſpiritu ſancto.

16 Qui peccat lege permittente, non dicitur peccare.

Canones qui militant in foro poli, procedunt etiam in foro fori. ibidē.

17 Eccleſia militans eſt exempta ad ſimilitudinem eccleſiæ triumphātis.

18 Lex permiſſiua peccati etiam venialis non debet obſeruari.

19 Ius canonicum, diuinum appellatur.

20 Quotiſcunque lex poſitiua abſq; iuſta cauſa contradicit æquitati naturali talis lex non ligat.

21 Duplex eſt finis iuris canonici.

22 Qui potuit eligere digniorem ſi eligat dignum, non eſt tutus in foro conſcientiæ, & peccat mortaliter. nu. 29.

23 Electio dignioris eſt introducta pro forma, & eſt impoſita à Deo iure præcepti. nu. 26.

24 Pater non poſſet meliorare vnum ex filijs in plus quàm alios.

25 Ille ex filijs in pari gradu ꝑferri debet, qui prudētior et iuſtior habet.

26 Ex duobus digniorem eligere tenemur de iure diuino.

27 Qui doctior, ſanctior, & eminentior eſt, ille eligi debet ad Sacerdotiū.

Indignus promotus meretur decapitari. ibidem.

28 De Paſchaſio quoddam admirandum exemplum.

29 Qui omiſſo digniori minus dignum eligit, peccat.

30 Alexandri Regis prudens in obitu factum.

31 Parentes filijs optimos præceptores relinquant.

32 Non omne quod licitum eſt in foro canonico contentioſo licitum eſt in foro conſcientiæ.

Illicitum



33 Illicitum per diſpenſationem licitum redditur.

34 Publiciana competit de iure canonico, etiam tempore quo quis eſt in mala fide.

35 Si lex ciuilis eſt iuſta in foro fori, vtique erit iuſta in foro poli, id eſt, conſcientiæ.

36 Si pro cauſis temporalibus cogitamus, quantò magis pro animarum ſalute prouidentia eſt noſtræ ſolicitudinis adhibenda.

37 Sicut ex Philoſophia & Medicina fit perfectus medicus: ita ſciens ius canonicum & ciuile efficitur perfectus legiſta.

Canoniſta ſine legibus nihil valet: ſed legiſta ſine canonibus parū. ibi.

Moralitas eſt ſumma ſummarum ad gubernationem orbis. ibid.

Biblia ſola non ſufficit ad eccleſiam gubernandam. ibid.

38 Ius ciuile & canonicum paribus paſſibus ambulant.

39 In lege humana poteſt conſyderari duplex iuſtitia.

40 Quandoq; ſtatuta continent promulgationem ſententiæ.

41 Cautela ne quis priuetur beneficio propter delictum.

42 Promulgatio excommunicationis ſimpliciter facta, non inducit canonem latæ ſententiæ ſed ferendæ.

43 A' ſententia excommunicationis lata ab ſtatuto poteſt quilibet alius quàm proferens ab ea ſententia abſoluere.

44 Ignorantia excuſat quem à pœna legis municipalis: limitādo vt hīc: & nume. 46.

45 Ignorantia ſtatuti, poſt duos menſes non præſumitur.

46 Attentans virginem credens eam meretricem non tenetur pœna iniuriarum.

47 Ius puniens participantem cum excommunicato, non comprehendit ignorantem.

48 Perſonæ ignorantes non ligantur ex illis clauſulis quas nō intelligūt.

Ruſtici & mulieres ab ignorantia iuris nō excuſantur, niſi in caſibus expreſſis. ibid.

49 Indocti atq; imperiti homines debent doctos conſulere.

Clientulus ſi non intelligit aduocatum latinè loquentem, iudici non illi præiudicat. ibidem.

Ignarus non debet eſſe præſens. ibid.

50 Emphyteota non ſoluens canonem per biennium non cadit à iure ſuo ſi ignorauit.

51 Si quis ignoranter acceperit vxorem alterius in coniugem, & inde nati ſunt filij tales dicuntur legitimi.

Minor ignorans ſe leſum etiam poſt mille annos poteſt reſtitutionem petere. ibidem.

52 Ratione ignorantiæ toleratur ſententia lata à non capace.

53 *Interficiens bannitum liberatum à banno & habentem literas ſalui conductus excuſatur propter ignorantiam.*

54 *Ignorantia craſſa, & ignorantia ſupina quare ita appellentur.*

55 *Statutum diſponens ignorantiam non poſſe allegari intelligitur de ſupina.*

56 *Epiſcopum poſſe facere ſtatuta quomodo intelligitur.*

57 *In materia correctoria & pœnali ſtrictè eſt procedendum: neq; debet fieri extenſio de caſu ad caſum.*

58 *Pœna temporali non ligantur ignorantes, vbi periculum animæ non vertitur, ſed pecuniarum.*

59 *Vtrum faciens contra ſtatutum municipale, præceptiuum, & pœnale peccet mortaliter.*

60 *Si in regula monachorum continentur aliqua facienda ſub pœna peccati mortalis: ſi tamen in illa regula eſt appoſita pœna temporalis, an quis liberatur à pœna peccati.*

61 *Si malefactor punitur pœna condigna per legem releuatur à pœna purgatorij.*

*Intellectus ad iſtum tex. ibidem & nu. 62.*

62 *Peccatum non dicitur niſi vbi adeſt voluntas.*

63 *Ordinariorum appellatione qui veniant.*

*Territorio & iuriſditione ceſſantibus fruſtra ſtatuta erũt cõdita. ibid.*

64 *Idem iuris eſt de ordinarijs perpetuis quod de temporalibus.*

*Paria ſunt aliqua eſſe perpetua, vel temporalia, ſed poſſe eſſe perpetua. ibidem.*

65 *Legatus poteſt facere ſtatuta quæ durant etiam legatione finita.*

1 VT animarum. †In tex. ibi, vt iſta dictio multipliciter capitur: vt Albe. dicit in ſuo dictionario: ſed hîc ponitur cauſatiuè, ſicut in c. vt debitus. de app. & in c. vt litigantes. ĩ. de offic. ordi. & ita in terminis iſtũ tex. ad hoc no. And. Sicu. in c. mandatũ. in ij. col. nu. 9. de reſcrip. Sed de proprietate verbi debet poni modaliter, vt ibidem dicit And. & hoc idem Bar. tradit in l. j. ff. de condi. & demon. cum concor. quæ ſcribit Alex. in l qui abſenti. §. ſi quis in principio. ff. de acqui. poſ. & Soc. in l. cùm auus. in j. col. ff. de condi. & demon. Poteſt etiam dici ꝙ iſta dictio vt, in iſto tex. denotat cauſam finalem conſtitutionis: vt no. glo. j. per illum tex. quẽ etiã ibi no. Doc. in cle. ij. de eta. & quali.



& quali. maximè quando ponitur in proœmio conſtitutionis: vt hîc per tex. no. in l. fi. ff. de hære. inſtit. Et ita in hoc ſignificatu in vno priuilegio Alex. Papæ. vj. vbi erãt iſta verba, *vt nuptui tradere poſsis, &c.* Ita fuit interpretata iſta cauſa Taruiſina feudi corã do. Raynaldo heri dictio vt, per Rotam xxvj. Nouembris. 1535.

2 †No. primò ſecundùm Domini. hîc, ꝙ finis & principalis intentio iuris canonici eſt ſuccurrere periculis animarũ, adde tu pro iſta opi. tex. in c. j. ĩ. de præben. & c. fin. de præſcrip. cum concor. vt per Corne. in conſi. xxxvj. In hac conſultatione. in litera, K. in ij. vol. & ita iſtum tex. ad hoc idem quòd Domi. alleg. And. Sicu. in c. nam concupiſcentiam. in ij. col. nu. 8. ſupra eo. ti. & in c. fin. in xxij. col. nu. 101. de conſue. & in repe. c. Raynaldus. in lxxviij. col. de teſta. & ideo ius canonicum iſta ratione diuinum appellatur: vt in c. qualiter. de accuſa. & hac de cauſa dicit Imo. poſt Flo. in c. j. de conceſ. præbẽ. ꝙ raro vel nũquàm reperta eſt differentia inter Canoniſtas & Theologos: & ſequitur Mod. Hiſpanus in c. j. in ij. colum. de emptio. & vendi. & ratione iſtius finis ius canonicum à iure ciuili diſtinguitur.

3 †Nam iuris ciuilis intẽtio principalis eſt boni publici conſeruatio, ſecundaria verò ſalus animæ: vt dicit glo. ſingu. in c. cùm contingat. ſupra de iureiuran. quam alleg. Domi. hîc, & commẽdat Fel. in c. j. in iij. col. ſupra de pac. & Domi. ſupra c. proximo. in pe. col. & hoc dicit Io. An. licet dictam glo. non alleg. in regula, poſſeſſor. in vij. col. in mercu. quem ſequitur Abb. in c. fi. in iiij. col. nu. 5. de conſue. & propterea dicimus, ꝙ quando leges & canones promiſcuè allegantur, ſemper præferenda eſt allegatio canonum propter excellentiam ſubiecti. ita Abb. dicit in c. inter alia. in ij. not. de immu. eccl. Nam vt dicit idẽ Abb. in c. cùm cauſam. col. iiij. de teſti. ius canonicum à foro conſcientiæ non diſcrepat ſequitur Deci. in c. j. de conſti. in viij. col.

4 †Tamen aduertendum eſt, ꝙ iſta regula quam Domi. hîc, & alij poſteriores colligunt ex tex. noſtro non probatur ex eo: quia periculum animæ, de quo iſte tex. loquitur conſyderatur reſpectu excommunicationis, quę in ſtatuto Epiſcopi poſita fuerat contra aliquid facientes: vt ſentit hîc glo. & ob eam cauſam dicit hîc tex. periculo huiuſmodi ſuccurrendum, & tale periculum nõ conſyderatur abſolutè: quia ius canonicũ principaliter tendat ad ſalutẽ animæ cùm in omnibus diſpo-

bus diſpoſitionibus iuris canonici non contingat de tali pe
riculo excommunicationis tractari:vt patet in c.per tuas.de
ſimo.& alijs ſimilibus, vbi de priuatione beneficij tantum
agitur quæ periculum animæ non inducit: iſta igitur ratio
tex.hîc ſpecialiter procedit,vbi de excommunicatione agi-
tur,quæ ſecundùm iuſtitiam iuſtè ignorantem afficere non
debet:vt dicit hîc tex.quod manifeſta ratione ꝓbatur: quia
ſi in ſtatuto de quo hîc loquitur tex.non fuiſſet pœna excó-
municationis appoſita,ſed temporalis ceſſarent : iſta verba
text.*vt animarum periculis,&c.*quod quidem periculum igno-
rans per pœnam temporalem non incurreret, & ſi incurre-
ret non incideret in periculum animæ,vt dicam ĩ.in glo.ſu-
per verbo,ſententijs.& ſic videtur ꝙ iſta ratio tex. non ſit ge
neralis ad regulam quam hîc faciunt Doctores. Sed reten-
ta regula Docto.pro vera,videlicet,ꝙ principalis finis,& in-
tentio iuris canonici ſit ſuccurrere periculis animarum per
illam,dicunt Mod.repetẽtes hîc,videlicet Io.Crotus de Mon
teferrato,ꝙ deſtruuntur & redduntur dubitabiles tres deci-
ſiones Doctorum alibi approbatæ. Primò confutatur dictũ
Anto.de Bu.communiter approbatũ in c.cùm dilecti.de em-
ptio.& vendi.vbi vult poſt beatum Thomam,ꝙ nõ eſt licitũ
in foro conſcientiæ contrahẽtibus ſe inuicem decipere,etiã
citra dimidiam iuſti precij,quod dictum etiam vltra Moder.
multùm commendat Iaſon in §.ſed iſte.nu.113.col.xxvj.Inſt.
de actio.& Moder.repeten.in l.ij.in xxxviij.col.C.de reſc.vẽ-
di.& Bartho.Veronen.in tracta.de ſimula.contract.ſequitur
etiam quidam Gerardus de Petra ſancta ſubtilis Doctor in
ſingu.ſuo xxij.incipi.Rogo vt nunquàm.& latiſsimè Ioã.de
Ana.in c.in ciuitate.de vſur.in iij.col. Et illud dictum in ra-
5 tione fundatur:†quia conſcientia idem eſt quòd bonus vir:
vt dicit Bal.in c.cùm cauſam.el j.de teſti. Sed bonum virum
non decet contrahentem decipere,ſecundùm gl.in l.ſemper.
ff.de reg.iur.igitur,&c.Et iſtud motiuum,licet Moder.nõ re-
ferãt fuit Io.de Ana.in d.c.in ciuitate.in iiij.& v.col.de vſur.
ſequitur Gerar.& Iaſ.vt ſupra,& Barba.in l.iiij.§.Cato.col.
xxvij.de ver.ob.& conſi.lvj.lib.ij.& conſi.xxj.col.ij.& conſi.
xxij.col.iiij.& conſi.lxvij.col.j.lib.iiij.cum ſexcentis concor-
dantijs cumulatis per quoſdam Mod.in tracta.legum cõnu
bialium.l.viij. Tamen licet hoc dictum ab omnibus appro-
betur,



betur,Mod.tamen hîc dicunt non eſſe verũ,per tex.in c.cùm
dilecti.& in c.cùm cauſam.extra de emptio.& venditio.nam
cum illi tex.de iure canonico approbent talem deceptionẽ:
ergo huiuſmodi contrahentes erunt tuti in foro conſciẽtiæ
per regulam iſtius tex.aliâs ſequeretur,ꝙ illa iura inijcerent
nobis laqueum contra tex.in l.j.in fi.C.de his qui ve.æta.im-
pe.& c.de viduis.xxvij.q.ij.& ita cum iſto dicto Mod.ſimpli
citer tranſeunt poſteriores.Adde pro iſta opinio. Bal.in c.ſi
6 proponente.de reſcri.†vbi dicit licitum eſſe decipere aliquẽ
etiam in foro conſcientiæ:quia debet eſſe vnuſquiſque cau
tus in rebus ſuis, aliâs ſequeretur ꝙ omnes mercatores irent
ad domũ diaboli,quod eſt abſurdum:& hoc idẽ tenet Petr.
de Anch.in regula,peccatum.in iiij. concluſione principali,
de reg.iur.lib.vj.& Barb.in c.j.de emptio.& venditio.& ante
ipſum Areti.in c.cùm cauſam.de teſti.& in l.ſi quis cùm ali-
ter.col.fi.de verb.ob. Sed aduerte,quia ad iſtud dictum Mo-
der.videtur reſpõdere Decius in c.j.in viij.col.in prin. extra
eod.titu.& in l.ſemper.in contractibus.in fin. ff.de regu.iur.
7 †dicit enim ꝙ dolus ex propoſito adhibitus in contrahẽdo
non eſt permiſſus in foro conſcientiæ:& ita procedit dictum
Ant.de Bu.in d.c.cùm dilecti.& communis opi. ſecus verò ſi
dolus re ipſa eueniat extra propoſitum:quia tali caſu illè do
lus non imputatur:& ita procedit tex.in d.c.cùm dilecti. Et
iſta fuit diſtinctio Abb.licet Deci.nõ dicat in c.quia pleriq;.
in ix.q.nu.28.de immuni.eccl.& licet eam aliqualiter videa-
tur pungere Ioã.de Ana.in d.c.in ciuitate. tamẽ motiua ſua
reſoluuntur ex his quæ latè Are.tradit in d.c. cùm cauſam.
in v.co.& ſeq.de teſti.poſt Cald.in rep.c.nauiganti.de vſur.
& ita communiter tenetur. Sed vlterius circa hoc attende
diligenter:quia iſta diſtinctio Decij & aliorum,mihi non ſa-
tiſfacit ex eo:quia confunditur per tex.in d.c.cùm dilecti.&
c.cùm cauſam.de emptio.& venditio. Nam illi tex. loquun-
tur in deceptione, quæ approbatur vſque ad dimidiam
iuſti precij: ergo intelligitur de deceptione ex propoſito:
8 †quia deceptio re ipſa non dicitur propriè deceptio,ſeu do-
lus,ſed error:vt eſt gloſ.communiter approbata in d.l.ſi quis
cùm aliter. ff. de verborum obligatio. & ſequitur Corne. in
conſi.clxxxj.Viſa.in litera,F.in iij.volumi.& ideo text.in d.
c.cùm cauſam.qui de deceptione loquitur debet intelligi de
vero &

vero.& proprio dolo ex propoſito non re ipſa, argu.text.in
l.j.§.hoc interdictum.& quod ibi dicit Bar.ff.de fonte.& tra-
dit latè Feli.in rub.de ſponſa.in iiij.col.& tamē ille dolus ap-
probatur a iure canonico:& ſic adhuc militat ratio Moder.
Suadetur hoc,nam præſuppoſito ꝙ text.in d.c.cùm dile-
cti.& d.c.cùm cauſam.de deceptione ſiue dolo re ipſa loque
rentur ex alio capite:iſta diſtinctio Abb.& Decij non proce
9 dit:†quia deceptio reipſa,& ex propoſito equiparantur: vt
no.Iaſ.in d.l.ſi quis cum aliter.in princi.per illum tex.& hoc
clarius Pe.de Anch.firmat in conſi.xxxix.Pro clariori deci-
ſione.vbi hoc probat per tex.in l.ij.ff.de excep.doli.vbi pro-
batur ꝙ ad reciſionem contractus idem operatur dolus re
ipſa quòd ex propoſito,vt ibi per eum:& hoc idem dicit Ab
ba.in conſi.viij. Tria ad deciſionem.col.ij.in ij.parte: & in
conſi.cvij.Quatuor ſunt.in ij.dubio.eo.lib.cum pluribus cō-
cor.quæ congerit Deci.in conſi.clxxx. Viſa renunciatione.
in iij.& iiij.col.in j.parte:& tamen iſtæ deceptiones ſiue ſint
ex propoſito,ſiue re ipſa iure canonico approbantur: vt di-
ctis iuribus:ergo tales decipientes authoritate iuris canoni-
ci debent eſſe tuti in foro conſcientiæ per regulam ſupradi-
ctam,& per ea,quæ Decius tradit in cap.iurauit. circa fin.de
10 probatio. †Et ideo pro reſolutione vera iſtius materiæ cō-
ſyderandum eſt,ꝙ dolus ex propoſito adhibitus in contracti
bus conſyderari poteſt dupliciter,videlicet,aut expreſſè,aut
tacitè,primo modo decipiens non eſt tutus in foro conſcien
tiæ:quia videtur inducere venditorem fraudulentis verbis:
& ideo tali caſu doloſa perſuaſio plus eſt q̃ violēta coactio,
l.j.§.perſuadere.ff.de ſer.corrup. & ita procedit dictum Do-
mi.Anto.& ſequacium in d.c.cùm dilecti.Secundo modo li-
citum erit etiam in foro conſcientiæ decipere,etiam ſi talis
dolus proueniat ex propoſito vel ſcientia mea, diſtinguen-
do tamen in iſto ſecundo caſu inter venditorem voluntariū
& neceſſarium:vt ſingulariter diſtinguit Pet.de Anch.in re-
gula,peccatū.col.xj.ī.de reg.iur. Nam ſi tu ex voluntate ha-
bes rem venalem,& petis decem,ego autē emptor ſcio bene,
ꝙ valet decem,ſed nolo dare niſi quinq;,& dico tantum va-
lere,tali caſu ego emptor non teneor in foro conſcientiæ,
11 † quia ex quo te cauilloſis verbis non induco ad venden-
dum pro quinq;,ſed tu venditor iam ſciebas plus valere, &
tamen



tamen tradidiſti pro quinque non coactus neceſſitate pecu-
niȩ,ſed libera voluntate,ego ſum ſecurus per rationē c.ſciē-
ti.ī.de reg.iur.aliâs ſi contrarium diceremus,non ſaluaretur
vniuerſa caro,& tali caſu eſſet homines coërcere à commer-
12 cio communi,†quo nihil infœlicius homini contingere po-
teſt:vt in l.hi qui.C.de apoſta.& ideo dicendum eſt tales eſſe
ſecuros,neque attendenda eſt conſcientia tā ſcrupuloſa,quȩ
potius iniuſta dicitur:vt in c.ſerpens. de pœnit. diſtinctio.j.
& in c.plerunque.ij.q.vij.& c.præcepta.xxiiij.q.iiij.Nam ta-
lis iuſtus peribit cum iuſtitia ſua,vt ibi dicitur: & originali-
ter Eccleſiaſtices vij.c.hinc ortum volunt illud cōmune ver
bū,de quo Plato vj.de legib.diſſerit,ſummā,videlicet,æqua
13 litatem in inæqualitatem tranſire,ſicut alibi Cicero †ſum-
mum ius putat ſummam eſſe iniuriam,& de vtroque memi-
nerunt Moder.in volu. Prouerbiorum,centuria j.chiliadis j.
nu.2.& Budeus in annota.Pandectarum, ſub tit. de iuſtit.&
iure.fol.2.& ita nouiter videtur tenendum in iſto articulo
ſaniori iudicio ſemper ſaluo. Et prædicta omnia de planò
procedunt in deceptione vel dolo, qui circa bona tempora-
lia adhibentur,ſecus tamen eſt in dolo adhibito circa ſpiri-
tualia:nam dolus aduerſarij in ſpiritualibus non vitiat con-
tractum:vt tradit glo. in ver.cauſa.in c.ex parte tua.de con-
uer.coniug. & in c.dudum.eod.titu.& ideo non datur reſti-
tutio in integrum ratione circunuentionis in iſtis ſpirituali-
bus:vt dicit Specula.in titu.de reſtit.in integ.§.qualiter.ver-
ſicu.ſed nunquid.& Ioan.Andre.Abbas,& alij in c.cùm vi-
rum.de regula.& ante ipſos hoc tenet glo.j.in c.illud.xxj.q.j.
& hoc verum eſt,niſi deceptio in ſpiritualibus reſpiciat per-
ſonam & bona:quia licet reſpectu perſonæ dolus ille bonus
reputetur, qui ad vitam meliorem inducit, reſpectu tamen
bonorum malus dolus reputatur: vt exemplum ponit textus
valde ſingularis in cap.ſi.xx.q.iij.quem ad hoc pro ſingulari
not.Moder.omnes in c.in pręſentia.de proba.& Moder. Hi-
ſpanus in tractatu,de vltimo fine iuris,in lxxxiiij.col.Secun
dò declaratur hoc procedere,niſi talis dolus etiam pruden-
tem virum deciperet:quia tunc etiam in ſpiritualibus vitia-
ret actum:vt not.Imo,& Abb.col.ſi.in c.cùm dilectus. quod
metus cauſa. Præterea limitantur prædicta procedere in
perſonis ſæcularibus:ſecus tamen eſt in eccleſiaſticis: vt de-
clarat

clarat Socinus in conſi.xxix.colum.fi.libro iiij. Et iſta ſuffi-
14 ciunt quantùm ad primũ dictum Moder. † Secundò prin-
cipaliter per dictum primum notabile: & regulæ iſtius text.
Moder.reprehendunt dictum Archi.in c. ſi pater.§.de teſta.
qui dicebat ꝙ ſubſtitutus pupillo per expreſſam ſubſtitutio-
nem pupillarem non poteſt in foro conſcientiæ denegare le
gitimam matri,quæ ſibi competit in bonis filij, Moder. di-
cunt illud dictum non eſſe verum: quia ex quo ius canoni-
cum diſponit per huiuſmodi ſubſtitutionem matrē penitus
excludi,vt diſponitur in d.c.ſi pater.ipſe ſubſtitutus eam ex-
cludens authoritate iuris canonici erit tutus in foro conſciē
tiæ:& ſic dictum Archi.non eſt verum, ita reſident Moder.
hîc. Adde tu in primis pro iſta opin. contra Archi. Lancel.
Deci.in l.precibus.in ij.col.verſic.vnde ſuccedit.C.de impub.
15 & alijs ſubſti.vbi dicit † quòd ex quo canones emanarunt
cooperante Spiritusſancto: vt in c.ſi quis Diaconus.l.diſtin.
eſſet abſurdum dicere quòd contra conſcientiam aliquid
promittatur:nam leges humanæ, & ciuiles obligant in foro
conſcientiæ: vt tradit Abb.in c.ij.de teſtamen. & declarat
S.Tho.ij.ij.q.xcvj. Secundò pro iſta parte arguit etiam So-
ci.in repe.l.moribus.in ix.colũ.verſi.circa tertium.ff.de vul-
ga.& pupilla.dicens,ꝙ lex ciuilis quæ non eſt nutritiua pec-
cati ligat,& ſeruanda eſt etiam in foro conſcientiæ: vt latè
concludit Ioan.Andr.poſt S.Tho.in c.quamq̃.de vſu.lib.vj.
16 nam ex quo hoc permittitur à canone,† qui peccat lege per-
mittente non dicitur peccare,c.qui peccat.xxiij.q.iiij.l.Gra-
chus.C.de adulte. Præterea quia lex canonica non permit-
tit aliqua cum peccato,c.fi. de præſcrip.cum ſimi. vt ibi per
eum: & licet ipſi non dicant hæc omnia fuerunt motiua
Philippi Franchi in d.cap.ſi pater. in fi.colũ.vbi tenet con-
tra Archidiaconum. Pro qua opi.vltra ipſos facit: quia lex
canonica etiam in foro contentioſo non differt à foro con-
ſcientiæ:nam ſi debet eſſe iuſta in foro poli etiã in foro fori
eadem iuſtitia attenditur glo.in c.quæ in eccleſiarum,quam
ibi commendat Bald.extra de conſti.cum concor. non parũ
multis,quos congerit quidam Moder.in trac.nuptia.fo.142.
in iij.colum.& ad hoc eſt dictum Abb.in c.vigilanti. colum.
fin.de præſcript. Facit etiam quòd quando iura canonica
volunt aliud ſeruari in foro cōtentioſo,& aliud in foro con-
ſcientiæ



ſcientiæ illud exprimunt: vt dicit Deci.in l.culpa caret.ff.de
regu.iur.col.fina.& Anto.Moder.Hiſpanus noſter in c.ij.col.
ij.de empti.& vendi.ſed in caſu iſto non illud exprimitur,igi
tur &c.Et pro iſta opi.facit gl.in clemen.ad noſtram. in ver-
17 ſicu.eccleſiæ.de hære.vbi dicitur† ꝙ eccleſia militans eſt exē-
pta ad inſtar eccleſiæ triumphantis.facit c.eccleſia paradiſo
18 comparata.de conſecra.diſtin.iiij.hinc eſt,† quòd vbi lex eſt
permiſsiua peccati,etiam venialis,non debet obſeruari in fo
ro conſcientiæ,nec etiam in foro fori: Felin.in c. eccleſia in
xvj.col.de conſti. Abb.in c.veniens ſecundo. de ſponſa. & in
19 c.fina.de præſcripti.text.in c.inter hæc.xxxiij.q.ij. † Et hoc
reſpectu ius canonicum diuinum appellatur c.qualiter &
quando.de accuſat.quia ſemper eſt conforme iuri diuino,c.
fi.ix.diſtin.cum ſexcentis concordan. vt in tracta. nuptiali.
fol.128.in iij.colum. Sed in foro conſcientiæ quis licitè po-
teſt retinere quod ſibi debetur: vt notat Bald.in authen.ad
hæc.C.de vſur.ergo eodem modo poterit retinere illud quod
à iure canonico vel lege conceditur: vt latè tradit Iaſon in
l.ſi pœnæ. in fine princip.ff.de condictio.indebi.faciunt ea
quæ dicit Felin.in d.c.vigilanti.colum.fina. de præſcrip. Et
vltra ipſum accedat in propoſito quod dicit Areti. in con-
ſilio clv.incip.Periculoſum eſt.in fi.vbi vult à fortiori, quòd
etiam ſi pia cauſa ſit ſubſtituta non excludit matrem niſi eſ-
ſet talis ſubſtitutio facta pro exoneratione conſcientiæ teſta
toris. Iſtis tamen non obſtan.teneo opinio. Archi. quæ eſt
communis, & eam ſequuntur Moder. in d.l.precibus. C. de
impube.& in l.ij.ff.de vulga. & pupilla. plura allegantes, &
Ale.in conſi.xlv. Habita ſuper his.in iij.col.in j.volu.& prę-
dicta opi.fundatur in ratione text.c.fi.xvij.q.iiij.iuncta.l.nã
& ſi parentibus.in principio.ff.de inofficioſo teſtamen.nam
in d.c.fina.diſponitur,ꝙ qui relictis filijs inſtituit eccleſiam
alium quærat qui accipiat quàm Auguſtinum: quia Deo
propitio neminem inueniet cùm illud non ſit ſecundùm cō-
ſcientiam,& ſic iure poli, & tamen quod ibi dicitur de filijs
ſtatuitur idem eſſe in parentibus:vt d.l.nam & ſi parētibus.
per quam legem hoc dicit Fabia. de Monte in repetitio. au-
thē.nouiſsima.in ij.q.j.partis.C.de inoffic.teſtamen.& Ang.
in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. ad Trebellianum.Barba. in l.
cùm acutiſsimi. C.de fideicom.& per iſtam rationem tenent
iſtam

iſtam opin. Archidiaco. Corneus Peruſinus, & Philippus De-
cius in d.l.precibus.in iiij.colũ.Domi.in d.c.ſi pater. pro quo
dicto vltra ipſos benefacit. Nam ꝙ mater in totum excluda-
tur etiam à legitima: vt volunt communiter Docto.in d.l.ij.
contradicit æquitati naturali: vt patet ex adductis egregiè
per Bal.in d.l.precibus.poſt princi.verſi. circa tertium. vnde
20 quotieſcunque lex poſitiua abſque † iuſta cauſa contradicit
æquitati naturali, talis lex non ligat in conſcientia: vt tradit
Imola in c.quia plerique.circa fi.de immunita.eccle.vbi no-
tabiliter ex hoc infert ad queſtionem de filio, de qua ibi per
eum. Sed clarum eſt, ꝙ nulla iuſta cauſa ſubeſt, vt mater à le-
gitima debeat priuari, ergo illa diſpoſitio d.c.ſi pater. tanq̃
21 rigoroſa non debet attendi in foro conſcientiæ. †Non obſt.
primo fundamentum Ioan. Croti hîc de textu noſtro, vide-
licet, ꝙ ius canonicum principaliter tendit ad vtilitatẽ ani-
marum: quia pro reſolutione aduertendum eſt, ꝙ duplex eſt
finis iuris canonici vnus eſt fori contentioſi, alius eſt fori cõ-
ſcientiæ, primus non eſt in totum directiuus ad ſalutem, nec
omnia ſecũdùm ipſum licita ſunt in foro animę: vt patet to-
to libro ſecũdo Decretaliũ, qui circa iudiciali verſatur. Alius
eſt finis in totum directiuus ad animam, de quo loquitur tit.
de homicidijs, & titu.de pœniten.& remiſsio.& plures alij ti-
tuli: de primo loquitur iſte text. de ſecundo omnia contraria
alleg. Et pro iſto duplici fine eſt notabilis doctrina Anto. de
Butrio per illum tex.in c.inquiſitioni.de ſentẽ.excom. quem
ſequitur & multum commendat Feli. in c.nouit.in vj.col.de
iudicijs.& in d.c.inquiſitioni.& licet Andre. Sicu. more ſuo
ſuper hoc dubitet in repeti.c.Raynaldus.in cxiij.col.de teſta.
tamen pro opi.d.Anto.quæ communis eſt, ego allego tex.in
c.tua nos.de ſpõſa.& in c.fraternitas.xij.q.ij.& pro iſta diſt,
ꝙ duplex ſit forus iuris canonici eſt caſus vltra ipſos in c.fi,
xvij.q.iiij.quæ omnia tene menti: quia non fuerunt hacte-
nus declarata.facit textus in c.literas.de reſtitu.ſpolia, quem
22 ad hoc idem alleg, Feli.in d.c.inquiſitioni. † Tertiò princi-
paliter ex iſto tex.reprehendunt Mod.dictum Abb.in c.con-
ſtitutus, el ij.extra de appella, dum vult, ꝙ qui potuit eligere
digniorem ſi eligat dignum non eſt tutus in foro conſcien-
tiæ, per tex.in c.ſi quis iuſto.j.de elect. Nam dicunt Moder.
illud dictum non eſſe verum; ex quo electio digni à iure ca-
nonico



nonico approbatur, d.c.conſtitutus.cum ſimili.ibi adductis,
licet dignior poſsit reperiri, dicendũ eſt ꝙ eligens dignũ nõ
peccat: & ita in d.c.conſtitutus.reprehendit Abb. Philippus
Peruſinus. Sed tamẽ opi. Abb.quicquid iſti dicant eſt com-
munis & verior, vt ibi exordiuntur nouiſsimi, & eam ſequi-
tur Rochus de Cur.in tract.de iurepatro.in ver. honorificũ.
q.xv.alia adducens, & ſequitur Deci.in c.in pręſentia.in xx-
vj.col.nu.56.de proba.& vltra ipſos poteſt iſta opi.ratione,
23 & multorum exemplis comprobari: †quia clarum eſt ꝙ ele-
ctio dignioris eſt introducta pro forma, in d.c.ſi quis iuſto.
tunc ſic quando electio fuit celebrata de minus digno habi-
to conſenſu eligentium, licet non fuerit ſeruata forma ele-
ctio valet etiam in foro conſcientiæ: hoc dicit Inn.in c.quia
propter.de elect.ſequitur Abb.in c.j.in fi.de reſti.in integ.&
Deci.in c.j.in viij.colũ.de conſti.& Iaſ.in l.nemo poteſt.in ij.
lect.in xvj.co.de leg.j.dixi in §.omnium.nu.27.de actio. Vl-
tra prædicta iſta opi.poteſt comprobari authoritatibus tam
iuris diuini, quàm humani de iure ciuili, in primis eſt text.
qui non ſolet cõmuniter allegari, in l.fœminæ.C. de ſecund.
nup.in verbo, in quem cõtemplatione meritorum liberalita
tis ſuæ &c.quem tex.ad hoc Pau.de Caſ.alle.in conſi.clxxix.
24 in j.lib.colũ.ij.& hinc eſt ꝙ lege Longobarda cautũ erat, †ꝙ
pater nõ poſſet meliorare vnum ex filijs in plus quàm alios,
niſi alter fuerit magis meritus: de qua lege meminit Alberi.
in auth.nouiſsima.col.viij.ver.item de iure.C.de inoff.teſta.
& in l.quoties.col.j.C.fami.erciſ.& eodem modo in feudo di-
cendum eſt vt prudentiori, & ſic idoneiori ex filijs dandũ ſit:
vt dicit Io.An.in addi.Spe.in rub.de feud.col.vlti.verſic.ſed
hoc præſuppoſito.& hoc idem dicendum eſt in ſucceſsione
25 regni. †Nam ille ex filijs in pari gradu pręferri debet, qui pru
dentior, iuſtior, ac eminẽtior virtutibus alijs fuerit: vt ſcribit
Pet.de Anch.in conſi.cccl j.Pro maiori intelligentia &c. Vbi
hoc multipliciter probat, & hoc idem ſtatutum videtur de iu
re diuino: vt patet iiij.Regũ x.ibi, dum dicit tex. *Eligite melio
rem de filijs domini veſtri, & ponite ſuper ſoliũ patris ſui.* facit etiã
Gene.c.xxvij.vbi Iſaac benedixit Iacob natu minorem nõ
Eſau maiorem: & quanquàm errore ductus, tamen ſecũdùm
Docto.ibi ille error non ſine miniſterio euenit, quoniam Ia-
cob melior erat: ad idem facit text.j.Paralippomenon xxvj.
l vbi Eſau

vbi Eſau filium ſuum Sichi iuniorem prætulit fratribus ſuis
natu maioribus:quia valentior cæteris erat:& hoc idem fe-
cit Roboam Rex,præfecit enim Abiam filium iuniorem Du
cem ſuper omnes fratres ſuos:quia ſapientior, & potentior
erat:ideo ipſum Regem facere cogitabat:vt patet ij.Parali-
pomenon c.xj.& iij.Regum c.xv.ad idem facit quod ſcribi-
26 tur j.Mach.c.ij.in fi.& ij.Paralipomenon c.v.† & iſta electio
dignioris videtur nobis impoſita à domino iure præcepti:
vt patet Leuitici viij.c.dicit enim dominus ad Moſem, *Con-
grega omnem cœtum ad hoſtium tabernaculi in electione Aaron, &*
27 *filiorum eius.* vt ſciant omnes,† ꝙ qui præſtantior ex omni
populo,doctior,ſanctior,& eminẽtior,ille eligatur ad ſacer-
dotium:& ibi Origenes in glo.dicit,ꝙ qui alijs modis eligũt
debent timere Dei iudicium,& ſibi imputare damna,& per-
ditionem animarum,& ruinã eccleſiæ,quę deſtituitur in in-
ſtitutione mali prælati.Nam plus peccant qui eligunt indi-
gnum,quàm qui eligũt contra formã electionis,Bal.in c.au-
ditis.circa fi.de elec.Imò plus quàm homicidæ:vt dixi ſupra
in c.j.allegãdo Imo.in c.cùm noſtris.de conceſ.prę b.& Deci.
in c.cûm in cũctis.de elec.& indignus taliter promotus me-
retur decapitari:vt dicit gl.in l.qui cum vno.ff.de re mil.quã
ſequit Bonus Brixien.in tract.nobilitatis,in ij.parte,nu.154.
28 & ideo diuus Grego.in iiij.Dialogorum,narrat† de Paſcaſio
Diacono Romanæ eccleſiæ,qui licet aliâs vir clarus fuiſſet
miraculis:vt quia ad eius feretri tactum dæmoniacus quidã
ſanatus fuerit,nihilominus anima torquebat in termis, qui
interrogatus à quodã ſancto Epiſcopo quare torqueretur,
reſpondit,quia in contentione ſchiſmatica tenuerat partes
Laurentij contra Symachum,qui dignior erat ad pontifica
tum:& hoc dictum ſancti Grego.cõmendat Monopolitanus
in libro peregrinarum quæſtionũ, c.iij.j.Decadis.q.ij,& Ioã.
Valẽſis,in cõmuniloquio.parte iiij.diſt.iij.c.iiij.accedant ad
iſta quæ dicit Aug.de ciuitate Dei.lib.xv.c.xx.dum dicit, ꝙ
ante diluuium primogenitus nõ ſuccedebat in regno,ſed il-
le ex filijs eligebatur,qui erat magis virtuoſus, & qui magis
diligebatur à patre:& plura etiam dicit Archiepiſco. Florẽ.
in iiij.parte ſummæ,titu.ix.c.iij.Patet igitur ex iſtis dictis ſa
29 cræ ſcripturę,† ꝙ qui dimiſſo digniori minus dignum aliâs
bonũ eligit,peccat mortaliter.ſecundùm Alber.magnum:&
hoc etiam



hoc etiam ex Gentilium authoritatibus confirmatur. Nam
30 vt ſcribit Q.Curtius de geſtis Alex.lib. x.† Cùm Alexander
vltimum vitæ ſuæ terminũ inſtare cerneret, annulum ſuum
Perdicę tradidit:interrogatus deinde cui relinqueret regnũ,
reſpõdit,ei qui eſſet optimus:& quaſi idem de Socrate Plati-
na refert in dialogo de vera nobilitate:& ita parẽtes inſtruit
31 Plutarchus in lib.de libe.æducã.† vt filijs optimos pręcepto-
res relinquant:& alia plura ad idem propoſitum congererẽ,
niſi iam iſta ſufficerent ad probandum iſtam cõcluſionem,
quam & Felin.in c.cùm adeò.& c.ſi quando.de reſcript.poſt
Bal.in l.id quod.col.xix.C.de Epiſco.& cleri.& Ancha.in cle.
j.in fi.de ętate & qualita.ſequuntur cum concor.non parum
multis,quæ curioſus inueniet. Non obſt.fundamentũ Mod.
32 hîc:quia reſpondetur,vt ſuperius dictum fuit: videlicet † ꝙ
non omne quod licitum eſt in foro canonico contentioſo,
licitum eſt in foro conſcientiæ:vt per Anto.de Butri.in d.c.
inquiſitioni.& eſt text.in c.tua nos.de ſpon.& ſequuntur no-
uiſſimi in d.c.conſtitutus.quia eccleſia duplici foro regitur,
nec illicò illud admittendum eſt,hoc eſt licitum in foro eccle
ſiæ,ergo conſcientiæ::vt no.Præpoſi.in c.tuæ.per illum tex.
in ij.col.de ſpon.quia forus eccleſiæ in ſpecie,& forus con-
ſcientiæ differunt:vt ibi per eum. & hoc ſuadetur ex tribus
vltra ipſos.Primò per text.in c.in literis.de reſtitutio.ſpolia.
vbi de iure canonico prædo debet reſtitui:& tamen dicit ibi
Abb.in vltimo no.ꝙ illud non ſapit æquitatem, ſed eſt de ri
gore iuris ciuilis:vt in l.j.§.ſi à me.& l.ſi colonus.ff.de vi & vi
arma.ſic ergo nõ eſt inconueniens ꝙ ius canonicum in foro
contentioſo non ſequatur æquitatẽ fori conſcientiæ:vt pa-
tet in omnibus canonibus iudicialibus qui directè non ten-
dunt ad ſalutem animæ,ſed ad bonum publicum. Secundò
pro iſta parte eſt tex.in c.requiſiuit.extra de ſpon.vbi ius ca
nonicum permittit peccatum,vt ibi no.Abb.vt euitetur ma-
33 ius malum.† Sed poteſt dici ꝙ ibi nõ permittitur peccatum,
cùm lex illo caſu videatur diſpenſare quo caſu illud quod il-
licitum erat per diſpenſationem licitum redditur:vt dicit Io.
Andre.in c.non magno.ne cleri.vel mona. quem refert,& ſe
quitur Præpo.Medio.in c.quod ait.xiiij.diſ.dictũ tamẽ in ſe
verũ eſt in perplexis,ꝙ permittitur minus malũ propter ma-
ius euitandum:vt in c.duo ſunt.xiij.diſt. Sed illud procedit
 in malo

in malo,quia prohibitum,ſecus aũt in prohibito,quia malũ;
nam in tali permiſsio nõ valeret:vt no.glo.in c.ex parte.el j.
de of. dele.& ita declaratur etiã tex.in c.ſacris.qđ met.cauſ.
& tamẽ in d.c.requiſiuit.illud permittitur.Tertiò pro prædi
cta opi.facit quod habetur per glo.cõmuniter approbatã in
34 c.Abbate ſanè.j.de re iud.vbi dicitur,† ꝙ Publiciana cõpe-
tit de iure canonico,& tamẽ nemini eſt dubiũ ꝙ in ea verſat
mala fides tẽpore quo quis agit: vt concludit Iaſ.poſt alios,
quos refert in §.ſed iſte.nu.85.Inſti.de actio.ad idem eſt text.
in c.j.de præſcri.vbi permittitur præſcriptio rerũ eccleſiæ cũ
mala fide.Ex quibus omnibus apparet manifeſtè, ꝙ ius ca-
nonicum nõ ſemper principaliter attẽdit vtilitatem animæ,
ergo reg.tex.noſtri debet limitari & reſtringi ꝙ procedat in
foro canonico cõſcientiæ,ſecus eſt in foro canonico conten
tioſo:quia in illo foro aliquãdo attenditur principaliter bo-
num publicũ,& ſecũdario vtilitas animę,& ſic neceſſario nõ
aſtringit nos reg.iſtius text.in illo foro:& ex hoc ego infero
ꝙ ratio Abb.in c.fi.de cõſue.non eſt bona,vbi per rationem
iſtius regulæ dicit,ꝙ clerici non poſſunt ſtatuta facere con-
tra ius canonicum:licet laici poſſunt ſtatuere contra ius ci-
uile:de quo latius dicã inferius in §.ſtatuto. Sed iuxta præ-
dicta pro maiori declaratione eſt vlterius aduertendum:
quia videſ ꝙ tota iſta materia ſubiecti vtriuſque iuris, quã
Doctores vbilibet diſtinguunt vſque ad integros tractatus,
ſit omnino ſuperuacua,ſi regulas iuris approbatas obſerua-
re voluerimus.Nam illud in primis expeditũ eſt apud Iuriſ-
peritos,quòd quando lex ciuilis eſt iuſta in foro fori,vtique
erit iuſta in foro poli,id eſt,conſcientiæ:iſtam regulã ponit
Bal.in c.quæ in eccleſiarum.per glo.ibi,de conſtitu.& idem
dicit Bald.in c.in omni negotio.de teſti.vbi plus dicit, quòd
ſi aliter diceremus omnis legum forma,& eius ſubtilitates du-
cerent nos ad inferos,& ſcientia iuris ciuilis eſſet magis dã-
nata quàm maleficiorum:& hoc idem no.Bald.in l.vnica.
in iij.colũ.c.de confeſ.& in authenti.ingreſsi.in viij.col.c.de
ſacroſanc.eccle.& ſecundùm iſtam regu.arguit Aret.in cõ-
ſil.xlvij.Reuocatur in dubium.in j.col.& latè Moder.repetẽ-
tes in c.j.colum.j.& v.de pact.& in tract.de fi. vtriuſque iur.
col.xv.cum concordan. vt per Iaſo.in l.ſi poſt diuiſionem.
in penul.col.c.de iuris & fact.igno.& in l.nemo poteſt.in ij.





lec.in xviij.col.verſicu.ſimiliter.de leg.j.vbi dicit ſe ſecũdùm
iſtam regulam conſuluiſſe:& ita etiã conſuluit Bald.conſilio
cclxxxv.in iij.vol.& iſta eſt cõmunis opi.vt atteſtatur Iaſ.in
d.l.nemo poteſt.Et hinc eſt, ꝙ leges ciuiles animam cuicun-
que rei prætulerunt:vt in l.ſancimus.c.de Epiſco.& cleri.nã
vt dicit tex.in §.ſi verò liberi.in fi.in auth.vt cùm de appell.
36 cogno.& in c.omnes.xlvij.diſtin.† ſi pro cauſis tẽporalibus
cogitamus,quantò magis pro animarum ſalute prouidẽtiæ
eſt noſtræ ſolicitudinis adhibenda,faciunt ea quæ dico in
c.ſtatuto.j.eo. Ecce igitur ꝙ leges ciuiles magis attendũt bo-
num animæ,quàm rerum corporalium commoda: pro qua
etiam voluerunt non minus hominẽ debere eſſe ſolicitum,
& memorem,quàm pro caducis & rebus iſtis tranſeuntibus:
vt in l.fi.c.ad leg.Iul.repet.tenet Iaſ.in l.j.in xij.col.ff.de offi.
eius.Rochus Cur.in tract.iu.pa.in verſ.competens.q.xxv.in
iij.col.Si igitur iſta regula eſt vera:ergo finis vtriuſque iuris
non differt reſpectu animæ,vt multipliciter probat Iaſ.vbi
ſupra.& Mod.in tract.primogenituræ.fol.90.in iij.col.Nam
ita ſibi adinuicem iſtæ duæ ſcientiæ cõiunguntur,& ſuffra-
gantur,quod no.dicit Bal.in c.cùm cauſa.in ij.col.de proba.
37 † ꝙ ſicut ex Philoſophia,& Medicina ſit perfectus Medicus,
ita ſciens ius canonicum & ciuile efficitur perfectus Legiſta,
& niſi iuriſta ſciat canones nõ guſtabit hanc dulcedinẽ,nec
poteſt practicam legum & iudiciorũ perfectè cognoſcere:&
iſti ſunt ſecũdùm eundẽ Bal.in proœ.Decretalium,qui dul-
cedinem ſcientiæ guſtant:imò ipſe idem de ſe ibi gloriatur
traxiſſe ſcientiam noſtrã ad naturalẽ intellectũ. Cuius ver-
ba cõmendant Moder.Hiſpani in repe.c.per veſtras.fol.1.in
iij.col.de donatio.inter vi.& vxo.& hoc dictum Bal.videtur
duriſsimum imperitis deteſtantibus ſacros canones:vt dicit
And.Si.in rub.de teſta.in j.col.& ſecundùm hoc verificatur
illud vulgare verbum Roma.no.dcliiij.incip.habens funem.
videlicet quòd *Canoniſta ſenza lege vale niente:ma Legiſta ſen-
za capitoli vale pocho*.Quod dictum ita vulgare ſequitur Ioã.
Rugerij in c.j.in j.no.de cau.poſ.& pro.& Io.Igneus in diſ-
pu.an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorẽ.col.iiij.& ideo
Io.Fabri in §.itẽ precium.de emp.& ven.inuehit contra pu-
ros Legiſtas,qui nihil ſciũt de libris Poëtarũ,& Philoſopho-
rum,nec de moralibus,qđ eſt deterius,cùm moralitas, quæ

in canonibus conſiſtit ſit ſumma ſummarũ in regimine mũ-
di:vt dicit Bald.in conſi.cclxxvj.Rex Romanorum.col.ij.lib.
iij.& ita etiã Fel.in c.eccleſia ſanctæ Marię.in xxij.col.arguit
& reprehendit puros canoniſtas, qui putãt omnia poſſe de-
cidi inter clericos ſolis canonibus, imò quod fortius eſt per
ſolam Bibliam regi nõ poſſet eccleſia ſancta Dei:vt dicit Ho
ſti.in ſumma.de pœni.& remiſ.§.cui confitendum.col.ix.ver.
iij.& contrarium eſſet præſumptuoſum aſſerere, ſecundùm
Pauinum in tra.de viſita.fo.72.& contra plures Legiſtas ſcã-
deſcit And.Sicu.in c.j.in ij.col.nu.5. de poſtu. præla. qui vo-
lunt repetere aliquas Decretales cùm ignorent earum rubri-
cas,ex quibus etiam poteſt inferri ad illud dictum Bald.in l.
fi.in prin.c.commu.delega.& ad alia plura, quæ Barba.po-
38 nit in d.rub.Vide igitur ex iſtis,† ꝙ ius ciuile & canonicũ pa-
ribus paſsibus ambulant. Nam qui peccat lege permittente
pœnam non meretur,c.qui peccat.xxiij.q.iiij.& l.Gracchus.
c.de adul.& ſic vtrunque ius concordat in fin.Et ꝙ ius ciui
le dicatur ſcientia diuina vltra tex.in §.iuris prudentia.Inſt.
de iure natu.hoc tenet Bar.in tract.teſtimoniorum. fol.5. in
verſi.ſiue.c.prudentia eſt.&c.& Moder.Bono.in trac.exten-
ſio.col.ix.& in ſupplemento Piſanellæ.in ver.lex.verſi.vij.&
frater Baptiſta Salis in ſumma,quam appellat baptiſtinam,
in eo.ver.fo.2.vbi concludit,ꝙ reſpectu finis ius canonicum
non diſtinguitur à ciuili,& econtra tenet Are.in c.qualiter.
el ij.in ij.not. de accu. cum concor. non parum multis, quæ
congerunt Moder.Aſtẽ.in tra.nuptia.fo.131.in ij.col.& ideo
Pelagius Papa ſcribens Chiſſoletico Regi ſe legibus ſubdi-
tũ profitetur,c.ſatagendũ.xxv.q.j.cũ cõcor. vt ſcribit Lucas
de Penna in l.fi.c.de inco.lib.x. col. fi.ſequitur Mod.Hiſpa-
nus in repe.c.per veſtras.de don.inter vir.& vxo.fo.89.in ij.
39 col.†Et ideo pro reſolutione iſtorũ dictorũ.poteſt ita dici,ꝙ
in lege humana poteſt conſyderari duplex iuſtitia,vna ciui-
lis,alia naturalis:reſpectu primæ reperitur varietas in vtro-
que iure,tam reſpectu cauſæ efficientis,quàm finalis efficiẽ-
tis:quia ius canonicum eſt maioris dignitatis ratione condẽ-
tis,qui eſt vicarius Ieſu Chriſti:& iſta ratiõe ius ciuile poſt-
ponitur:vt in c.ſolite.de maio. & obe. & ratione finis etiam
reperitur diſcrepantia:quia ius ciuile punit corporaliter, &
ſequitur rigorem. Ius verò canonicum æquitatem: vt patet





in c.inter hæc.xxxiij.q.ij.& in c.quanuis.de pœn.lib.vj.& ſe-
cundùm iſtam iuſtitiam variatur ſubiectum vtriuſque iuris.
Nec ob.illa regula,qui peccat,de qua in l.Gracchus. quia illa
intelligitur de peccato quo ad forum temporale, ſecus quo
ad forum conſcientiæ:vt in d.c.inter hæc.& tenet Abb. &
Moder.in c.ſi verò.el j.in vltima glo.de ſenten. excom.ſed ſe
cundùm naturalem iuſtitiam concordat vtrũque ius:vt in §.
iuris præcepta.Inſti.de iuſt.& iu.& ita fœdere diſtinctio.poſ
ſunt prædicta concordari. Poteris etiam aliam concordiam
in genere colligere ex dictis Hiſpani noſtri in trac.de vltimo
fine iuris canonici & ciuilis.Sed quia iſta ipſe non ſcribit no
lui ſua hîc inſerere,cùm cuique videndi pateat locus.Nõ ta-
men omitto,ꝙ Ang.de Claua.in ſumma ſua,in ver.lex.ver-
ſi.iiij.enumerat vndecim caſus in quibus ius canonicum &
ciuile diſcordant à prædicto,ſine in quibus etiam quis non
obligatur in foro conſcientiæ,vt ibi latè per eum.Et per iſta
40 ſumus expediti de primo notabili. †Nota ſecundò ſecun-
dùm Domi.hîc,ꝙ quandoque ſtatuta continent promulga-
tionem ſententiæ,vt hîc:& in cle.j.quæ cum iſto tex. concor.
de priuile. & tunc nõ eſt neceſſaria ſuper illa plena hominis
ſentẽtia diſpoſitiua,ſed ſufficit declaratiua: vt in c.cùm ſecũ
dum.j.de hære.ſecus verò quando diſponũt ſententiã profe
rendam:quia tunc bene requiritur plena ſententia hominis
diſpoſitiua:vt colligitur ex no.per Inno.in c.cùm noſtris.de
cõceſ.præb.Sed circa hoc cõſyderandũ eſt: quia nõ videtur
iſtud dictũ Domi.verũ in terminis iſtius tex.qui de pœna ex-
cõmunicationis loquitur impoſita ipſo iure,quæ ſpecialẽ in
ſe cõtinet rationẽ:vt dicit Fel.in c.cùm cõtingat.in ij.col.de
for.cõpe.& in tali pœna vel ſimili,quæ ſecũ executionẽ tra-
hit nõ requiritur ſententia declaratoria:prout putat hîc Do
mi.quia diſpoſitio d.c.cùm ſecundum.nõ procedit tali caſu,
prout declarat Abb.in c.cùm non ab homine.in pen. col.de
iud.& alij plures,quos ad iſtud propoſitum Deci.adducit in
conſi.cxlv.Quæritur in effectu.in iij.col.lib.j.& hoc idẽ ante
ipſum firmat Præpoſi.in c.ex ratione.in iiij.col. de app.cum
multis concor.vt per Fel.in c.præterea.in j.col.de ſpon.verſi.
vt quod dictum eſt. & hoc idem Domi. ſequitur ſibi cõtra-
rius in c.fœlicis.j.de pœnis.quem Fel.refert in d.c.præterea.
Cùm igitur ſententia excommunicationis de qua text. hîc

loquitur trahat ſecum executionem,prout eſt tex.in c.paſto
ralis.de appel.& facit tex.in c.cũm non ab homine.in princ.
de ſenten.excom.patet ꝙ non requiritur ſententia declara-
toria,prout dicit hîc Domi.& alij:dictum tamen ſuum extra
iſtum caſum rectè procedit,prout declarat Alex.& Mod.in l.
is cui bonis.de verb.oblig.& prius Ang.in authen. de inceſt.
nup.in prin.nu.4.& Deci.in conſi.lxxj.Viſo decreto.in j.col.
in ij.parte.& conſi.j. in iij.col.in iij.parte nouiter impreſſa,
poſt Bar.in l.Imperator.vbi etiam Alex.ff.de iur.fiſc. cũ plu-
ri.concor.quæ congerunt Mod.Bono.in rub.ff.ad legẽ Cor.
de fal.in iiij.col.per totum. Et iſta omnia dubitationem nõ
habent in ſententia quę ipſo iure à lege infligitur,ſecus quã
do pœna ſententiam hominis requirit: quia illa debet fieri
diſpoſitiuè cum plena cauſæ cognitione: vt hîc permittitur:
41 & tali caſu vtilis cautela eſt,†ꝙ ſi quis timet priuari benefi-
cijs propter delictum,& lex dicat ſententiam proferendam,
ꝙ antequàm ſententia proferatur renunciat in fauorem ali
cuius amici ſui à quo poſtea poſsit eadem beneficia iterum
conſequi:vt docet Abb.in c.tanta.in ij.no. de exceſ.præla.&
in c.licet Hely.in glo.ſuper verbo infamis.de ſimo.Bart.in l.
iuſiurandum.la ij.§.fi.ff.de iureiur.cũ ſi.Et iſta de plano pro-
cedunt quando ſententia eſt proferenda,ſecus autem quan-
do ſententia per ſtatutum profertur:quia tunc talis renũcia-
tio non valeret,cùm iam ſint affecta bona,ſiue beneficium,
ſuper quibus non requiritur alia priuatio,ſed ſolùm declara
tio priuationis:vt dicit hîc Domini.& declarat not.Fel.in c.
in noſtra.in xxxvij.correlario,in ij.col.de reſcrip. Sed vlte-
rius cogitanti videtur modò ꝙ iſte tex.inductus, prout Do-
mi.hîc,& Fel.inducunt nullo pacto probat opinio.prædictã:
quia vt dicit glo.hîc in ver.ſtatuta.iſte text. non loquitur de
ſtatuto iuris communis,ſed de particulari ordinatione Epi-
ſcopi:tunc ſic,aut illa ſententia excommunicationis Epiſco-
pi,de qua loquitur iſte tex.fuit lata ſub conditione contra ta
lem quid facientes,aut ſimpliciter primo caſu ferri non po-
teſt ab Epiſcopo per tex.in c.Romana.§.caueãt.ī. de ſen.ex-
com.vt tenet hîc glo.in ver.commiſerint.Secundo caſu ſen-
tentia ferri poteſt,& ita præſumendum eſt ꝙ hîc talis ſenten
tia fuerit ſimpliciter lata.Si igitur ita eſt reſultat modò vna
42 regula communiter approbata,†ꝙ promulgatio excommu-
nicationis



nicationis ſimpliciter facta non inducit canonem latæ ſen-
tentiæ,ſed ferendæ.de hoc eſt glo.not.in c.ſicut.el ij. in ver.
anathematis.de ſimo.& in c.vnico.de ſagitta.& in c.cùm eſ-
ſet.de teſta.tenet Abb.in c.relatum.de iurepatro.cum multis
concor.quos ſcribit Mod.quidam curioſus in alphabeto iu-
ris in verbo,verbũ ſi lex,&c.circa fi.Cùm igitur in iſto text.
fuerit tali modo in ſtatuto promulgata excommunicatio re-
quirit miniſterium hominis diſpoſitiuum, iſtud tamen non
procedit in ſententia lata à iure communi:& ita procedat re
gu.& limitatio ſupradicta. Secundò limitatur,niſi Papa re-
ſcriberet,ꝙ de beneficio Titij vacaturo per priuationẽ pro-
uideretur Sempronio:quia tunc iſto caſu,licet nõ ſit lata ſen
tentia,quæ ad priuationem requirebatur,tamen renuncia-
tio impeditur ,niſi in caſu quo ille Titius mandatum Pa-
pæ ignoraret:ita ſingu.conſuluit Anto.de But.in conſi.xliij.
incip.In Chriſti nomine &c.aggreditur:& aliæ ſunt differen
tiæ quando ſententia profertur ab ſtatuto,vel quando decer
nitur proferenda ab homine:vt proſequitur hîc Peruſi.in j.
no.& vltra ipſum illa differentia eſt magis ſignanda, quam
latè tradit Feli.poſt Abb.& alios in c. paſtoralis.§. præterea.
43 de offi.ord.videlicet,†quia à ſententia excommunicationis
lata ab ſtatuto,de qua hîc dicitur,poteſt quilibet alius quàm
proferens ab ea ſententia abſoluere,c.ex frequenti.vbi Abb.
in vlti.no.de inſtitu.ſecus verò in ſententia lata ab homine:
quia alius quàm ipſe idem proferens nõ poteſt abſoluere gl.
in cle.j.in verbo à canone.de priuile.quod etiam commẽdat
idem Fel.in c.prudentiam.§.ſi verò.de offi.dele. quod limita
& amplia,vt per eundem in d.§.præterea. & alia differentia
poteſt colligi ex his quæ dicit Abb. in c.irrefragabili. in v.
44 col.de offi.ordi.dum alleg.tex.hîc.†Nota tertiò,ꝙ ignoran-
tia excuſat quem à pœna legis municipalis, vt hîc ratio eſt:
quia ſtatuta cõſiſtũt in facto,vt in c.j.ſupra eo. & facta poſ-
ſunt probabiliter ignorari,vt ibi:& in l.error.ff.de iur.& fac.
igno.& ideo talis ignorãtia excuſat,vt hîc: & ita tenet Alex.
45 in conſi.clxv. Dubitatur.col.fi.in vj.vol.†Sed aduerte,quia
iſta ratio morderi poteſt ex eo: quia illa attenta ſequeretur
ꝙ etiam poſt lapſum duorum menſium poſsit quis ſtatutum
ignorare:talis tamen ignorantia nõ præſumitur, ſed ſciẽtia
ex quo factũ eſt publicè notũ,c.qđ dicitis.xvj.di.quę omnia
ante

ante duos menſes publicationis non conſyderantur: vt hîc. Et hoc de plano procedit in ſtatuto, ſecus autem in pœna legis communis: vt l.j.ff.de legi.& glo.hîc in ver.ſtatuta. & intellige hoc notabile ſecundùm quod ibi declarat Domi.poſt Inno.in c.dudum.de conuer.coniuga. Et quod dictum eſt de lege communi procedit, niſi ignorãtia ſit abſque culpa, l.metrodorum.ff.de pœn.gl.in l.j.ff.de recepta.cũ ſimi.& tali caſu ignorantia præſumitur, niſi probetur, l.verius.ff. de proba. Et hoc etiam in beneficialibus habet locum: vt Abb. concludit in c.ſuper literis.de reſc.& ibi Deci.in iij.col. & idem Deci.in c.cùm in cunctis.§.clerici.de electio. Sed an hoc procedat etiam eo caſu quo quis incidit in crimen damnatum dicam j.in glo.in ver.ignorantes. interim tamen vos faciatis regulam ex iſto tex. ꝙ ignorantia excuſat quem à pœna legis, cõcor.bonus tex.in l.apud Labeonem.§.ſi quis virgines.

46 ff.de iniur.†vbi attentans virginem credens eam meretricẽ non tenetur pœna iniuriarum: quia ignorabat: & per hoc eſt dictum Abb.in c.ſi verò.el ij.de ſen.excõ.dum alleg. text.hîc dicens, ꝙ ſiquis credens percutere Martinum laicum percutit clericum, dicit ꝙ propter errorem qualitatis excuſatur ab excõmunicatione. facit tex.in c.ſi iudex.eo.ti.lib.vj. Sed iſtud dictum non videtur verum ex eo: quia in malefactis ignorantia non præſumitur, l.j.c.de ſica.& c.j.de præſum.& ideo ſcientia præſumitur, arg.tex.& quod ibi no. Bart.in l.ſi ventri.ff.de priuile.credi. Tamen ſaluari poteſt Abb.ratione excommunicationis: prædicta verò procedunt ratione pœnæ corporalis quam talis non euitat: & ad hoc habes meliorem tex.qui poſſet ad hoc allegari in l.generali.c.de tabul.lib.xj. ibi, conſenſum volumus non ignorantiam obligare &c.fa-

47 cit c.inter alia.de ſenten.excom.†vbi ius puniens participãtem cum excommunicato non habet locum in ignorante. Et pro ornatu iſtius regulæ in practica adde aliquas notabiles deciſiones vltra alios. Primò per iſtam regulam dicit ſingulariter Bar.in l.ſi.§.item quæſiuit.per illum tex.ff. de condi.indebi.ꝙ ſi mulier, ruſticus, vel minor, renunciant in contractu cõdictioni indebiti, & cõdictioni ſine cauſa, vel omni alio iuris auxilio, talis renunciatio non præiudicat talibus

48 quominus indebitum ſolutum poſſunt repetere:†ratio eſt, quia cùm communiter iſtæ perſonæ ſint ignorantes, non ligantur



ligantur ex illis clericis quas non intelligunt: ita ibi Bar.quẽ poſt longam diſceptationem ſequitur ibi poſt alios Iaſon & Ioan.de Imol.in repet.c.cùm contingat.in cxxiij.col. de iure iuran.cum ſexcentis alijs concor.congeſtis per Moder.Bononien.in ſingu.ſuis, not.xviij.incipien. Quotidie fiunt &c. Sed conſydera ꝙ iſtud dictum Bar.non videtur verum ex eo, ꝙ mulier, & ruſticus, & ſimiles perſonæ ab ignorantia iuris cõmunis non excuſantur, niſi in caſibus expreſsis: vt concludit Iaſon in l.ſi certis annis.in iij.col.c.de pactis. & in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdi.omni.iudi.& in l.venia.c.de in ius vocan. & caſus iſte de quo Bar.loquitur expreſſè nõ reperitur exce-

49 ptus à iure, †ergo ſtandum erit regulæ, quæ habet ignorantiam iuris non excuſare, maximè cùm prædictæ perſonæ à peritioribus certificari debuerũt de illis clauſulis iuris cõmunis: vt in c.innotuit.de elec. Nam ſicut ſciunt ire ad ſyluã pro lignis, & ad eccleſiam pro indulgẽtijs, ita debent peritos conſulere: vt inquit Bald.in l.iuris.c.qui admit. & hoc maximè procedit quando agitur de rigore iuris conſeruando, vt in caſu iſto: quia tunc nullus excuſatur: vt Soci.concludit in regu.ccccxxxiij.in vlti.fallẽ.poſt Bal.& alios in d.l.iuris.& in ruſtico ſunt glo.expreſſę in c.ignorantia.xxxviij.diſt.& in §.eſt ignorantia.j.q.iiij.ſequitur Barba.in c.ſuper literis. col.viij. de reſcrip. Tamen ab opi.Bar.quæ cõmunis eſt, non eſt recedendum, quem ſequitur Alexã.in conſi.xlij. Super præmiſſo. in v.col.lib.j.cum concor.vt per Decium in conſi. clxxx. Viſa renunciatione.in iij.col.in j.parte: tamen vt tales perſonæ obligentur habes cautelam, quam ibi ponit Bar. vbi poſt eũ latiſsimè dixi, & refero in voce, quibus adde Abb.in c. ſi.in iij.col.de ſolu.dum alleg.text.hîc, & de illa cautela meminit Alex.conſi.xiiij.nu.19.in vj.volu. & pro iſta deciſione optimè facit quod dicit Bald.in l.j.c.de erro.aduo.ꝙ ſi aduocatus alicuius loquitur coram iudice latinè, & clientulus eſt idiota, & ignarus literarum ꝙ talia dicta aduocati etiã prolata præſente, & audiente clientulo illi non præiudicarent propter eius ignorantiam, cùm ille qui non intelligit nõ dicatur eſſe præſens, l.coram.ff.de ver.ſig. & facit pro hoc dictum eiuſdẽ Bal.in l.ij.eo.tit. & iſta omnia bene procedũt in pœna de qua ſtatutũ loquitur, ſecus tamen eſt reſpectus ſolennitatis contractus inductę ex ſtatuto: quia tali caſu etiam aduenæ,

aduenæ,& peregrini illa ſeruare tenentur, & de illa debent inquirere, licet ſtatutum quo ad pœnam illos non liget: vt dicit no.Feli.in c.j.in xij.col.de ſponſa. Secundò per iſtam regulam dicit Bart.in l.cùm filiuſfamilias.§.in hac.ff.de ver.
50 obli.† ꝙ emphyteota non ſoluens canonem per biennium, non cadit à iure ſuo ſi ignorauit talem rem eſſe emphyteotam:& ita tenet Dy.in regula,cùm quis ſuccedit.7.de reg.iur. & Ang.Areti.Inſtitu.quib.dare tuto.poſ.in prin.cum ſimilibus:vt per Philippum Decium in l.qui in alterius.ff.de regu. iur.Nam vbi eſt ignorantia,non eſt delictum,neque contumacia:vt dicit Abbas per iſtum tex.in c.paſtoralis.in x.col. de appella. Tertiò pro iſta regula, facit notabile dictum Card.in clemen.j.q.xxxviij.de priuile.vbi dicit, ꝙ diſpoſitio illius clemen.puniens præſumentem &c.non ligat hominem ſimplicem conuenientem illi diſpoſitioni ſine dolo,vel præſumptione:quia ceſſat finis quem lex conſyderauit, & dicit ſe ita cõſuluiſſe, quod dictum multum cõmendat,& dicit ſe alibi non legiſſe Feli.in c.quoniam contra. in v.col. in vlti. nota.de probatio.& hoc idem tenet Calde.in conſi.iiij.in ti. de ſenten.excom. Quartò pro iſta parte facit dictum Alex. poſt Bal.& alios,quos refert in l.fin.c.de dolo. vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutum imponit pœnam poteſtati non inquirenti de crimine in certum tempus,ꝙ intelligitur talis pœna eſſe impoſita ſcienti,ſecus ignoranti,quãuis circa hoc ſint variæ opi. vt patet per Roma.in repe.l.ſi verò.§.de viro.in l.& lj.fallen. ff.ſol.matr.ſed prima opi.videtur verior,pro qua facit quod dicit Abb.declarando iſtum text.in c.cùm ſit.in fi. extra de appella.dum vult ꝙ pœna imponitur ratione contemptus, ſed ille qui ignorat non contemnit,ideo non punitur,vt hîc, nec tali caſu requiritur abſolutio:vt notabiliter dicit Egid. deciſio.cccccxlj.incip.ignorans. Quintò pro iſta parte facit
51 optimus tex.in c.ex tenore.qui filij ſint legi.vbi eſt tex.† ꝙ ſi quis ignoranter acceperit vxorem alterius in coniugem, & inde nati ſunt filij, tales filij propter illam ignorantiam dicentur legitimi,& ſuccedent parentibus:& ita tenet Bal.licet illum tex.non alleg.in l.qui contra.in vlti.col.c.de inceſt.nuptijs. Sextò facit dictum Abbatis in rubrica de ſchiſma.in fine,vbi dicit,ꝙ licet ille qui gerit ſe pro Papa, & ſibi adhærentes ſint excommunicati;fallit tamen,niſi eſſet probabilis ignoran-



ignorantia:vt ibi latius per eum. Septimò per text. hîc facit dictum Bald. in l. falſam.c.ſi ex fal.inſtru. vbi dicit, ꝙ licet minor læſus debeat intra quadrimeſtre petere reſtitutionem in integrum,c.j.de reſti.in integ.infra eo.lib.Tamen illud fallit,niſi ignoret ſe fuiſſe læſum: quia tunc etiam ſi per centum annos ſtetiſſet ſemper poteſt eam petere:& iſtud dictum Bal.dicit ſingulariſſimum,Iaſon in §.rurſus.col.xv.nu. 82.Inſti.de actio.& latius commendat Ioan.Bal.in trac.præſcrip.fo.62.in ij.col.& Alex.in conſi.lij.in iiij.vol.cum ſimil. quæ circa iſtam materiam adduci poſſent, quæ breuitatis gratia omittã,quæ poteris videre in d.§.rurſus.vbi latè dico.
52 † Octauò per iſtum tex.dicit Abb.in c.ſciſcitatus,in iiij.col. de reſcrip. ꝙ ratione ignorantiæ toleratur ſententia lata à non capace,quod eſt verum quãdo illa ignorantia erat pro-
53 babilis,vt hîc,ſecus ſi craſſa vel ſupina. † Nonò per iſtam regulam conſuluit notabi.Deci.in conſi.j.in iij.parte nouiter impreſſa,ꝙ interficiens bannitum liberatum à banno & habentem literas ſaluiconductus excuſatur propter ignorantiã quæ in dubio præſumitur:vt ibi latius per eum. Limitantur tamen omnia prædicta per iſtum text.niſi ignorantia craſſa fuerit aut ſupina:tunc enim talis ignorantia habet vim ſcientiæ,c.j.de poſtu.præla.cum ſimili. vt per Roma.conſi. cccxl. Circa primum.in fi.& Alex.in conſi.lxv.Quoniam omne datum.col.penul.in vj.volu.quod errore eſt repetitum in conſi.
54 cxix.eo.vol.† & dicitur ignorantia craſſa à quadam ſimilitudine pinguedinis ſecundùm Bal.in c.ab excõmunicato.de reſcrip.Nam homines pingues parum vident ſecundùm eũ: & pro ipſo facit bene tex.in c.ne tales.de conſec.diſt.v.& dicitur ſupina ad ſimilitudinem:quia homo ſupinus nõ videt ſeipſum:ita Bal.ibi,& ſequitur Andr.Sicu.in xiiij. col.nu.71. Et per hoc dicit Abb.in c.olim.in x.col.de reſtitu.ſpolia.ꝙ ſi quis pro recuperatione rerum ſuarum expellendo aliquẽ clericum occidat vel mutilet,ex quo illud non eſt licitum incurrit irregularitatem,c.ſuſcepimus,extra de homici.& fortè ſecundùm ipſum excõmunicationem cùm modum exceſſerit in alium acriter ſæuiẽdo. Tamen ſi talis percutiens modum exceſſit ignoranter,tunc non eſt excommunicatus cùm excommunicatio requirat dolum,c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij. qui ceſſat data ignorantia,quod eſt verum, dicit Abb. niſi ignoran-

ignorãtia fuerit craſſa vel ſupina, vt ibi per eum: & facit etiã
dictum Abb. in c. fi. circa fi. de iurepa. dum vult, ꝙ tempus ad
conferendum non currit Epiſcopo ignoranti, niſi fuerit ſu-
pina ignorantia per tex. hîc, & generaliter iſto caſu dicatur
craſſa vel ſupina ignorãtia, colligitur ex verbis Abb. ſicut in
55 iiij. col. ne cleri. vel mona. dũ alleg. tex. hîc, & dixi ſupra. †No-
tandum tamẽ eſt, ꝙ ſtatutum diſponens, ꝙ ignorantia non
poſsit allegari intelligitur de craſſa vel ſupina nõ de iuſta: vt
dicit Sali. in l. ſenatus. c. de his qui ſi. aſcri. alleg. tex. in d. l. di-
uus. ſed prima opi. eſt verior, quæ tradunt Docto. in c. ex par
te. per illum tex. de offi. delega. & quod dictum eſt de ignorã-
tia craſſa, idem eſt in affectata, quæ æquiparatur ſcientiæ:
vt hîc dicit Peruſi. & latius tradit Feli. in c. à nobis. in j. colũ.
de excep. per glo. quæ cómuniter ad hoc alleg. in cle. j. in ver.
ſcienter. de conſan. & affi. & in c. quoſdam. in ij. col. de præ-
ſump. cum ſimi. & illa arguitur ex actu quem quis ſcire tene-
tur: vt in l. ꝙ te. ff. ſi cert. pet. & l. j. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. &
ibi hoc tenet Bal. & ex pluribus alijs modis ignorãtia craſſa
colligitur, quos ponit Soci. in tract. regula. nu. 220. & aliquid
Alexan. in conſi. xl. Viſo themate. in ij. col. in vj. volu. Corn.
56 in conſi. xxv. in litera, T. in ij. parte. †No. quartò, ꝙ Epiſco-
pus poteſt facere ſtatuta: hoc tamen dupliciter intelligi po-
teſt, vel de pertinentibus ad iuriſditionem ſuam, & tũc vnà
cum c. poteſt hoc facere. Si verò faciat ſtatuta in alijs in qui-
bus vertitur intereſſe aliorum, tunc Epiſcopus non poteſt ea
condere ſine conſenſu, vel ſaltem præſentia illorum de quo-
rum intereſſe agitur: vt dicit Inn. in c. veſtra. de loca. & in c.
fi. de offi. leg. tenet Fede. conſi. xvij. & hoc procedit quando
legitimè contradicere poſſunt, ſecus ſi non haberet cauſam
legitimam contradicendi: vt declarat hæc omnia Abb. in c.
fi. in iij. col. de ferijs. Glo. ſententijs. diuiditur in tres partes,
in prima, declarat iſtum tex. in ſecũda, eum extendit & am-
pliat: in tertia reſpondet tacitæ obiectioni. ſecunda ibi, ſed
57 idem in alijs. tertia ibi, & poteſt dici. † Pro expeditione igi-
tur iſtius gl. colligo tres concluſiones vltra alios. Prima con-
cluſio ſit, ꝙ licet in materia correctoria & pœnali ſtrictè ſit
procedendũ, nec debeat fieri extẽſio de caſu ad caſum, gl. in
clemen. vt hi qui. ĩ. de æta. & quali. cum ſimi. tamẽ fallit fauo
re animæ, ita eſt gl. hîc iuncto text. quam nullus ſcribentium
ponderat,



ponderat, quæ facit pro doctrina Barto. in auth. c. ſi aduer.
ven. & Abb. in c. queſiuit. de diuor. cum ſimi. vt per Feli. in c.
tranſlato. col. fi. de conſti. & ad hoc facit text. in c. penul. de
ſenten. excõ. & probat glo. hîc in verſi. ſed idem in alijs ſen-
tentijs. Et ex hac eadẽ parte glo. ſecundò infero, ꝙ quando
diſpoſitio vel cõſtitutio aliqua redditur eluſoria ſit extenſio
etiã in pœnalibus, concor. bona gloſ. in c. quanq̃. ĩ. de vſu. in
gl. fi. Tamen audias, quia hoc nõ eſt indiſtinctè verum: quia
illa regula procedit vbi per hoc aliquis indebitè damnũ nõ
pateretur, aliâs potius permittitur, ꝙ diſpoſitio ſit fruſtrato-
ria q̃ quòd alicui damnũ inferatur: vt eſt text. & gl. quem ibi
no. omnes in l. fi. §. in cõputatione. c. de iure delibe. Sed in ca-
ſu iſto de vtilitate ignorantis agitur, propterea iſta ratio gl.
bene procedit, & probatur clare in iſta gl. quia ſi diceremus,
ꝙ ideo ſtatuta non ligant ignorantes vt periculis animarum
obuietur, ſequeretur ꝙ l. fi. ff. de decre. ab ordi. faci. hîc allega.
58 in gl. non procederet, vel iſta cõſtitutio eſſet ſuperflua, †cùm
ibi etiam in pœna tẽporali non ligentur ignorãtes, vbi peri-
culum animæ nõ vertitur, ſed pecuniarum: & ideo dicit hîc
glo. ne reddatur fruſtratoria altera iſtarum diſponũt, eſt di-
cendum ꝙ ibi etiam conſyderetur periculũ animæ reſpectu
inobedientiæ: & ſic licet puniatur pœna pecuniaria cõtra-
faciens legi, tamẽ alio reſpectu peccat contraueniẽdo præce-
ptis legis, c. ij. de maio. & obe. Ex quo colligitur tertiã regulã,
ꝙ attento ꝙ in tex. iſto non poteſt reddi, niſi vnica ratio, vi-
delicet, vt periculis animarum obuietur &c. ꝙ iſto caſu iſta
diſpoſitio licet pœnalis poſsit extendi ad omnẽ ſimilem ca-
ſum per doctrinam Abb. in c. fi. in ij. col. de reſcrip. cũ concor.
vt per Deci. in c. ſuggeſtum. de appella. & Feli. in d. c. tranſla-
to. in fi. & Iaſ. in §. omnẽ. Inſtit. de actio. dum alleg. l. quanuis.
59 c. de fideicom. † Secunda principalis concluſio colligitur
ex iſta glo. ſecundùm Domi. & alios, ꝙ veniens contra ſtatu
tum municipale præceptiuum peccat mortaliter, etiam ſi in
tali ſtatuto apponatur pœna corporalis: ita concludunt hîc
Doctor. & idem tenet Domini. per illum text. in c. commiſſa.
§. fina. ĩ. de elec. & in c. perpetuæ. eod. titu. & ſequitur Deci. in
c. nam concupiſcentiam. in ij. lect. col. penul. de conſti. & hoc
in ratione fundatur: quia lex temporalis quæ eſt iuſta in fo-
ro fori vtique ligat in foro poli. glo. not. quam ibi cõmendat
Bal. in

Bal.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.tenet Deci.in c.j.in v.
col.eo.titu. Et iſta ratione ſequuntur iſtam glo.quidam Mo-
der.in trac.de iuſti.& iure.fo.24. cum concor. quæ ad iſtam
glo.congerit Feli.in c.nam concupiſcentiã.de conſti.in prin.

Sed circa prædicta diligenter eſt aduertendum:quia non
videtur verum illud quod glo.hîc Docto.& Gemini.dicunt,
videlicet,ꝙ vltra pœnam temporalem, quam quis incurrit
contraueniendo legi peccet mortaliter.Nam habemus regu
lam iure probatam,ꝙ quis licitè dicitur facere actum con-
tra legem,quando pro illo actu pœna imponitur: iſtam do-
ctrinam tradit Io.And.poſt Hoſti.in c.relatum. ne cleri. vel
60 mona.vbi fortius concludunt,† ꝙ ſi in aliqua regula religio
ſorum continentur aliqua facienda ſub pœna peccati mor-
talis, ſi tamen in illa regula ſiue conſtitutione eſt appoſita
pœna temporalis contraueniens, liberatur à pœna peccati
etiam ſi iuraſſet illam regulam ſiue cõſtitutionem obſerua-
re, quam doctrinam approbat Iaſ. in l.ij.nu.177. aliâs 143.
col.lvij.c.de iure emphy.& Matheſi.no.lxxviij.inci.nota do-
ctrinã mirabilem.& celebrant Mod. Mediolaneñ. in memo-
rialibus iuris.in ver.pœnam petens. & idem Iaſon in §.item
ſi quis poſtulante.in x.col.nu.78.Inſti.de actio. Alex.in apo-
ſtil.ad Bar.in l.prætor.ff.de noui oper.nuncia.Barba.in rub.
de iure iuran.in cle.in j.col.& apoſtil. ad Abb. in c.clericos.
de cohabi.cle.& mu.& Bernardi.Landri.in apoſtil. ad Abb.
in c.j.ſupra eo.tit.vbi vltra Mathe.pro iſta opi.alleg. Petr.de
Anch.in quodam conſi.vt ibi per eum. Et pro iſta opi.vltra
ipſos facit tex.in c.non liceat.extra de pręben.quam ad hoc
ibi Deci.inducit,& ponderant etiam Moder.Papien.in rubr.
de conſtitu.in iiij.col.pro quibus eſt doctri.Bart. in l.prætor
ait.ff.de ope.noui nuncia.quem ſequitur Federi.cõſi.ccxliij.
& Roma.conſi.ccccix.cum cõcor.vt Præpo.ſcribit in c.cùm
ſpeciali.in prin.poſt Bal.ibi de appella. Ex quibus omnibus
iuſtificatur ſatis iſta opi.ꝙ vbi pœna temporalis imponitur
licitè,& ſine peccato quis contrauenit legi vel ſtatuto. Imo
plus eſt illud impune fieri poſſe q̃ ſi ſine pœna permittere-
tur:vt tradunt Alexã.& Moder.in l.j.in princi.ff.ne quis eum
qui in ius vo.eſt vi exi.ſequuntur prædicti Moder.Papien.&
Pet.de Ancha.in c.peccati venia.col.iiij.de reg.iur.& reaſſu
mit latius Deci.in l.vt vim.in ij.col.ff.de iuſti.& iur. Tamen
tenendo



tenendo opiñ.Domi.hîc,& ſequacium,ad iſtud contrarium
reſponderi poteſt ꝙ procedat quando illud pro quo pœna
imponitur non ſonat in maleficium,nec eſt de ſe malũ prin
cipaliter,ſed eſt malum propter prohibitionem:vt in caſu il
lius tex.ſecundùm quod exemplificat gl.in c.ex parte.el j.de
offi.deleg.Secus tamẽ eſſet generaliter in alijs criminalibus
prohibitis,quia malis,pro quo eſt doct.not.Bal.in l.Decurio
nis.c.ex quib.cauſ.infa.irro.& declarat magiſtraliter Feli.in
c.quæ in eccleſiarum.in iiij.& v.col.extra de conſtit.cũ quo
concordat Roſel.in l.nemo martyres.c.de ſacroſan.eccle.fa-
ciunt ea quæ dicit Deci.in c.ij.in viij.col.nu.14.de iudi.& in
l.in ambiguis.§.non eſt nouum.ff.de reg.iur.& Feli.in c.ij.in
j.col.de teſti.& Iaſ.in rubr.ff.de offi.eius.& in l.patre furioſo.
in iij.col.ff.de his qui ſunt ſui.& iſto modo diſtinguendo in
hac materia declarãtur dicta Bar.in alia materia in l.inter.
§.ſacram.de ver.obli.& Firmia.in verſ.occidens bannitum.
ver.xxj.& quæ tradit Alex.in conſi.cxxxij.in ij.col.verſi.cir-
ca ſecundũ.lib.iiij.Ex quibus etiam reſultat vna notabilis li-
mitatio ad gl.iſtam æditã per Domi.hîc.Alia limitatio colli
gitur ex dictis Iaſo.in d.l.ij.de iure emphy.dum vult ꝙ regu-
la prædicta Io.And in d.c.relatũ.procedit,quando pœna &
conſtitutio ſit facta ab vno & eodem,ſecus ſi conſtitutio ab
vno,& pœna imponatur ab alio: quia tali caſu procederet
iſta glo.quod eſt notandum.Et iſtud dictum Iaſo.tacito au-
thore immutatis verbis tranſſcribit,& ſibi appropriat Dec.
in c.nam concupiſcentiam.in ij.lect.col.penul.de conſti.Sed
mihi nulla videtur ratio differentiæ, quia ſi contraueniens
legi peccat mortaliter:vt c.ij.de maio.& obedi.pœna poſtea
appoſita ab eodem,vel alio condente non tollit pœnã illam
intrinſecã peccati.Nam illa pœna temporalis appoſita fuit
accumulatiuê,vt magis conſtitutio ipſa obſeruetur:vt dicit
tex.in c.ſi aduerſus.de hære.& in c.quãquam.xxiij.diſt. Niſi
dicamus ꝙ quando idem author conſtitutionis non appo-
ſuit pœnam,alius appoſuit,quia putauit illam pœnam pec-
cati non ſufficere:& ſic accumulatiuè non priuatiuè, ſuper
quo tamen cogitabis:& ſic habes in quo caſu quis vltra pœ-
nam ſtatuti dicatur peccare.Sed vlterius circa hoc notandũ
eſt,ꝙ tale peccatũ contrauentionis conſtitutionis non præ-
ſtabit impedimentum ad alia negotia exercenda.argu.glo.
m in c.cùm

in ç.cûm dilectus.de conſue.ne contingat quis duplici pœna
puniri ex eodẽ actu,cõtra tex.in c.at ſi clerici.§.de adulterijs
in fin.extra de iudi.facit l.ſenatus.ff.de accuſa.Sed tamen in
foro conſcientiæ hoc non procederet per tex.in c.j.de adul.
& ibi dixi. Iſta tamen quæ dicta ſunt de peccato putarem
vera quando pro illo delicto pœna impoſita non fuiſſet con
digna,ſecus verò eſſet dicendum quando illa pœna eſt cõ-
menſurata delicto:quia tunc credo ꝙ ſoluta pœna ſit ſubla
tum peccatum.arg.eorum quæ not.in regula,peccatum.ĩ.de
61 reg.iur.†& quia ſi malefactor peccat pœna condigna,quæ
ſibi imponitur per legem,releuat eum à pœna purgatorij:
per ea quę dicit glo.in c.importuna.in verſic.martyrium.de
pœni. diſtinct.j.quod non eſſet ſi adhuc remaneret peccatũ
mortale:& ideo pœnitentia pœna peccati dicitur.in c.pœni
tentia.de pœni.diſtin.iij.& pro iſta opi.facit glo.in c.menſu
ram.de pœni.diſtinc.j. Et iſta de plano procedunt quando
ſcienter aliquis contra legem facit,ſi verò ignoranter feciſ-
ſet,iſto caſu glo.hîc nõ bene loqueretur,& certè inficiari nõ
poteſt,ꝙ per hoc tex.hîc reddatur valde dubius: quia præ-
ſupponitur in eo,ꝙ ideo hîc ſtatutum fuit ne ignorãtes pœ-
na ſtatuti afficiantur,ne per hoc periculum incurrerent ani
marum:ſi enim ſunt ignorantes qualiter periculum animæ
incurrere poſſunt:cùm ignorans nõ delinquat nec contem-
nat.l.ſi quis ignorans.ff.loca.c.inter alia.& c.ſi verò.de ſent.
62 excom.†& peccatum non dicitur,niſi vbi adeſt voluntas.c.
j.§.j.xv.q.j.quæ in ignorãte ceſſat,vt in l.ij.ff.de iudi.& ideo
dicas ꝙ iſte tex.debet intelligi de ignorante poſt duos men-
ſes à tempore publicationis:quia talis prȩſumitur ſciens,per
ea quæ ſuperius dicta fuerunt,vel in ignorãtia craſſa vel ſu-
pina. Vel dicas ꝙ iſte text.debet intelligi quando ſtatutum
inferiorum ordinariorum erat æditum ſuper eo quod prius
erat à iure communi ſtatutum erat,tamen in eo ſtatuto addi
ta pœna puta excommunicationis, ꝙ inferiores facere poſ-
ſunt per glo.in clemen.ne Romani.in ver.tolli.de elect.vnde
fuit hîc probabile dubiũ,quia ex quo prohibitio erat facta
à iure communi,nunquid faciens contra ius cõmune incur-
rat pœnam poſitã in ſtatuto facto ſuper eodem caſu, quod
quidem ſtatutum delinquens poterat ignorare,& determi-
natur hîc quòd non,ne ignorans illaqueatur ad periculum





animæ,& iſtum puto eſſe verum ſenſum iſtius literæ, de quo
63 tamen latius dicam ĩ.in glo.ignorantes. †Gloſ.ordinario-
rum.Not.ex iſta glo.ꝙ appellatione ordinariorum nõ ſolùm
venit maior ordinarius:vt in c.j.de offic.ordi.& c.cùm Epi-
ſcopus.de offi.ord.ĩ.eodem.ſed etiam quilibet inferior:vt eſt
tex.& glo.in c.ordinarij.ĩ.de offic.ordi.& iſtud procedit ſe-
cundùm Domi.ibi,quando materia ſuper qua ponitur hoc
verbum eſt proportionabilis inferioribus,ſecus autem ſi nõ
omnibus æqualiter competeret,& ita ſecundùm hoc diſpo-
ſitio iſtius tex.debet reſtringi ad illos tantùm inferiores,qui
territorium habẽt & iuriſditionẽ:vt dicit Arch.hîc, & ſequi
tur Abb.in ca.cùm contingat.in x.col.de foro compe.& hoc
latius declarat Soci.in conſi.cclxxxv.Reuerendiſsimus.in ij.
colũ.lib.ij.vbi variè interpretantur verba iſtius text.quibus
ceſſantibus fruſtra ſtatuta erunt condita cùm non reperiãt
ſubiectum quod ligent.argu.eorum quæ notan.in c.j.in glo.
omnibus.ſupra eo.tit.in antiquis.& l.fi.ff.de iuriſdi.om.iud.
Et hoc de plano procedit in ſtatutis pœnalibus,de quibus
iſte text.loquitur:nam talia requirunt territorium, vt idem
Abb.dicit in dicto c.cùm contingat.in xv.col.ſecus verò in
ſtatutis non pœnalibus factis ad ordinationem alicuius or-
dinis collegij vel congregationis: & ita procedit doctrina
Bar.in l.omnes populi.fol.2.de iuſti.& iure.& quæ dicit Ale.
in conſil.xxxv.col.fina.lib.iiij.& Areti.in c.poſt ceſsionem,
de proba.& puto ita etiam poſſe procedere quod dicit Abb.
in c.conſenſus.de cleri.non reſi.dum dicit,ꝙ concilium gene
rale poteſt cõſtitutionem facere cùm habeat iuriſditionem:
per iſtum tex.tamen ex quo non habet territorium deberet
eo modo intelligi,vt dixi,niſi dicas ꝙ ratione Papæ,qui eſt
in concilio vt caput:vt in c.innotuit.de elec.ſortiat̃ illud pri
uilegium ſtatuendi etiam cum pœna. arg.eorum quæ Mod.
tradunt:vt in c.j.de iudi.ponderando ſupraſcriptionẽ illius
tex. Secũdò iſte tex.debet intelligi de ordinarijs cõſtitutis à
iure,& ſic perpetuis,ſecus verò de illis,qui accidẽtaliter creã
tur à capitulo vel Papa ſuper aliquo negotio:vt no.declarat
Paul.de Caſt.in conſi.iij.incip.Qui additione non indiget.
col.fin.in j.volu.& ſequuntur Moder.in c.poſt ceſsionem.de
proba.& iſtud notã.ſentit Abb.in c.irrefragabili.in v.col.de
64 offi.ordina.dum alleg.iſtum tex. †Sed aduertendum eſt:

quia iſtud dictum Pau.de Caſt.non videtur verum:nam idē
iuris eſt de ordinarijs perpetuis quòd de tēporalibus qui ad
nutum reuocari poſſunt,dūmodo poſsint eſſe perpetui:vt eſt
glo.communiter approbata in cle.ij.de reſcrip. & ibi latè di-
xi.argu.tex.in l.Iuriſperitos.ff.de excu.tu.nam paria ſunt ꝙ
aliquid ſit perpetuum,vel poſsit eſſe perpetuum,l. ſufficit.&
ibi glo.ff.de condi.inde cum concor.quæ alleg.Iaſ.in l.prin-
cipalibus.ff.ſi cert.peta.Et de hoc videtur eſſe caſus in c.j.de
65 locato.†vbi Legatus poteſt facere ſtatuta,quæ durāt etiam
legatione finita:vt dicit tex.in c.nemini.de offi.leg. & tamē
nulli eſt dubium,ꝙ tales Legati poſſunt ad nutū Papæ reuo-
cari.Et iſta omnia de plano procedunt in ſtatuto condēdo:
quia tali caſu paria ſunt aliquid eſſe perpetuum vel tēpora-
le dummodo poſsit eſſe perpetuum:quia de commodo & fa
uore ius dicentis agitur,& vtilitate Reipublicę:ſecus tamen
in pœna de qua ſtatutū loqueretur, vel in odioſis: quia tunc
procederet dictum Pau.de Caſ.per ea quæ dicit Abb.in c.de
multa.in v.col.de præben.& in c.cùm non ignores.eo.tit.vbi
concludit ꝙ diſpoſitio illius tex.quæ eſt pœnalis & loquitur
de dignitatibus habebit locum in perpetuis,non autē in illis
quæ poſſunt eſſe perpetuæ,vt ibi per eum, iunctis his quæ
ipſe dicit in c.licet.in prin. de foro compe.& in c.j.de cogna.
leg.& in c.cùm olim.de rerum permu.Et pro iſta declaratio-
ne facit in ſimili dictum Bar.in l.item ſi in poteſtate.in fi.ff.
de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& iſto modo declarātur etiam
ea quæ Deci.dicit in d.c.poſt ceſsionem.in j.no. Et circa hoc
eſt vlterius notandum,ꝙ licet appellatione ordinariorū cæ-
teri cum Epiſcopo comprehendantur,vt ſupra dictum eſt:
tamē ex alia qualitate Epiſcopus ab alijs inferioribus diſtin
guitur: quia licet inferiores etiam ordinarij dicantur, ſolus
tamen Epiſcopus ordinarius Dioceſanus dicitur, vt dicit
Cardi.in cle.j.in xviij.q.de ſupplen.neglig.præla. & tradunt
Docto.in c.cùm olim.de præſcrip.& in c.cùm Epiſcopus. &
c.ordinarij.per illum tex.de offi.ordi.lib.vj.& in cle.j.poſt gl.
de vita & hone.cleri.& an habentes curam animarum com-
prehendantur ſub iſta vel ſimili prærogatiua, vide Abba.in
c.decernimus.in vj.col.de iud.

## §. STATVTO.

1 *Epiſcopi poſſunt in ſuis Dioce.ſtatuta condere,dum tamen nō ſunt contra*



*contra ius canonicum.*

2 *Epiſcopus dicitur concurrere cum capitulo,tanquàm generalis ordinarius etiam in caſu in quo prælati inferiores haberent iuriſditionē. Ratio quare eccleſiaſtici non poſſunt ſtatuere contra legem Papæ,& laici poſſunt contra legem Imperatoris.ibidem.*

3 *Laici ratione animæ ſubijciuntur canonibus & præceptis Papæ. Lex ciuilis dirigit hominem in Deum,ſicut ius canonicum.ibidem.*

4 *Imperator recepit poteſtatem à populo,qui retinuit ſibi hanc poteſtatem,ſed Papa recepit à Deo.*

5 *Omnis poteſtas temporalis à Deo eſt.*

6 *Vnus debet eſſe princeps.*

7 *Par in parem,nec minor contra minorem imperium habet.*

8 *Quando aliquid eſt apertè diſpoſitum de iure canonico,& non reperitur illud clarè de iure ciuili,ſtandū eſt diſpoſitioni iuris canonici. Intellectus l.omnes populi.de iuſti.& iure.ibidem.*

9 *Sententia excommunicationis appellatur ſententia,tamen non propriè:declarando vt ibi.*

10 *Sententia capitalis vel priuationis bonorū ſententia propriè dicitur.*

11 *Excommunicatio non ſit ad finem vt aliquis principaliter puniatur, ſed vt emendetur.*

12 *Quod dicitur de toto reſpectu totius,idem dicendum eſt parte reſpectu partis.*

13 *Actio ita datur in factum per interlocutoriam ſicut per diffinitiuam.*

14 *Verba ſimpliciter prolata generaliter debent intelligi.*

15 *Sententia interlocutoria dicitur abſolutè ſententia.*

16 *Epiſcopus per ſuum ſtatutum poteſt imponere pœnam ipſo iure de delicto,pro quo ius aliam pœnam imponit*

17 *Epiſcopus poteſt facere ſtatutum ad reformationem morum.*

18 *Factum à iure damnatum poteſt Epiſcopus prohibere ſub certa & noua pœna.*

19 *Lex poſitiua ſi eſt conſona iuri diuino,ſi tamē ei aliquid additur additio facit eam differre à iure diuino.*

20 *Species reaſſumens genus eſt potentior ipſo genere.*

21 *Nemo debet duplici pœna puniri.*

22 *Electio facta vno ex canonicis contēpto,an ſit caſſanda,vel ſit nulla.*

23 *Cui prohibitum eſt mutare ius,à fortiori illi prohibetur poſſe addere.*

24 *Verbum non poteſt,eſt naturæ talis vt inducat formam.*

25 *Epiſcopus non poteſt facere contra legem ſuperioris,& non poteſt per ſuum ſtatutum contrariam pœnam ponere. numero.28.*

26 *Epiſcopus non poteſt pœnas ipſo iure quæ afflictionem corporis, aut infamiam inducunt imponere.*

27 Forma duplex eſt, quædam hominis, alia iuris.
Intellectus ad iſtum tex. ibidem.
28 Vbi forma à iure non eſſet data ſimpliciter, ſed cum decreto annullatiuo tali caſu poteſt procedere regula.
29 Epiſcopus poteſt contra ius ciuile ſtatuere, quòd exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuò opponatur.
30 De iure canonico exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuò opponi poteſt.
Conſtitutionis ius fortius eſt quàm diſpenſationis. ibidem.
31 Laici ſubijciuntur ſtatuto Epiſcopi tendentis in vtilitatem animæ & inducenti euitationem peccati.
32 Abſolutè dici non poteſt, quòd Papa vel Epiſcopus ſtatuere poſsint cõtra laicos.
Iudices temporales de peccato ſubditorum cognoſcere poſſunt.
33 Epiſcopus in foro contentioſo non poteſt per ſuum ſtatutum ligare delinquentes laicos ad peccatum, niſi ob negligentiam iudicis ſecularis relinquentis peccata impunita.
34 Modi aliqui ad ſtatutum confirmandum.
35 Epiſcopus receptans furem incidit in excommunicationem latam.
36 Papa proprio iuramento ligatur, neque ſe ab illo ſine cauſa abſoluere poteſt, ſed vbi per viam ſtatuti iurat creditur non tenere. nu. 39.
Paulus ij. & Gregorius iiij. iurarunt in conclaui ante aſſumptionem non creare Cardinales, quod poſtea non ſeruarunt. ibidem.
37 Iuramentũ actum, aliàs de ſua natura reuocabilẽ facit irreuocabilẽ.
38 Papa iurans in ſtatutis non ligatur iuramento.
39 Statutũ nõ extẽdit vires ſuas extra territoriũ: declarãdo latè vt hic.
40 Subditus Epiſcopi non ligatur pœna ſtatuti prohibentis ſub pœna excommunicationis, ne quis tali tempore vadat de nocte ſi eſt extra territorium.
41 Statutũ dicitur eſſe iniuſtum quando excedit fides iuriſditionis.
42 Si ſtatutum dat præmium occidenti bannitum, comprehendit etiam occidentem bannitum extra territorium.
43 Quando delictum originẽ habet à loco ſtatuentis ex cauſa iam dãnata tali caſu ſtatutum porrigit effectum ſuum extra territorium.
44 Patronus eccleſiæ non poterit etiam tempore fundationis diſponere de iuribus ipſius eccleſiæ in præiudicium ipſius Epiſcopi.
45 In traditione rei ſuæ quis poteſt apponere pacta quæ vult.
46 Mandata, & reſcripta principis etiam generalia recipiunt interpretationem ſecundùm poteſtatem mandantis.
47 Mandatum generale generaliter debet intelligi.
48 Quando agitur de iuriſditione non valet argumẽtum, hoc poteſt fieri in ſpecie ergo in genere.
49 Licet quis poſsit abſoluere non tamen poteſt excommunicare.
50 Abſolutio eſt iuriſditionis voluntariè, & fit quãdoq; extra territoriũ.
51 Delegato iniuſtè procedenti non reſiſtitur.
52 Extra territorium iudici poteſt reſiſti.
53 Epiſcopus non ſolùm à pari, ſed etiam ab inferiori prælato poteſt iudicari & puniri quando deliquit in illius territorio.
54 Ad cognoſcendum an appellatione iudicis comprehendatur ſecularis, vel eccleſiaſticus conſyderatur ſubiecta materia.
55 Qui ſtatuere non poteſt: poteſt tamen ſtatuendo pœnam addere.
56 Licet quis extra territoriũ ſtatuere nõ poſsit, poterit tamẽ declarare.
57 Si extra territorium quis non habet iuriſditionem non poteſt eam pacto priuatorum conſequi.
58 Sacerdos parochialis exiſtens extra territorium ſuæ parochiæ poterit parochianum ſuum vbicunq; confiteri & abſoluere.
59 Imperator nõ poterit aliquem legitimare in terris ſubiectis Papæ.
60 Duplex eſt iuriſditio.
61 Diſpenſatio quomodo poteſt fieri extra territorium.
62 Statuta Epiſcopi, an ſint perpetua vel ſint potius temporalia. nu. 66.
63 Statutũ Epiſcopi dentur ius prætoriũ, & an in eo requiratur cõſenſus.
64 Ad perdendũ priuilegiũ clericale, iura requirunt trinam monitionẽ.
Epiſcopus putatiuus an poſsit ſtatuta facere. ibidem.
65 Legatus de latere, an poſsit facere ſtatuta perpetua.
Legati appellatione de maiori intelligitur. ibid.
66 Perpetuum eſſe aliud eſt, & aliud tanquàm perpetuum.
67 Differentia eſt inter ſententiam & ſtatutum.
68 Multa prohibentur fieri quæ poſt facta tenentur. ibid.
69 Iudex debet proferre ſententiam ſedendo: declarando vt ibi.
70 Verba nullius momenti poſſunt annullationem ipſo iure importare.
71 Ius ciuile poteſt impedire obligationem naturalem ne naſcatur.
72 Filiæ ingratæ poteſt pater negare dotem.
73 Statutũ nũquam obſeruãtia cõfirmatum poteſt tolli per decem annos.
74 Actio facilius impeditur quàm exercitium actionis iam natæ.
75 Verba ſtatuti quomodo intelligi poſſunt vt formam dent futuris negotijs & præteritis in dubio potius debent intelligi de futuris.
76 Verba præteriti ſubiunctiui, poſſunt etiam ad futurum detorqueri.
77 Verbum habens duo ſignificata debet in vtroq; verificari.
78 Intentio principis poteſt dupliciter conſtare.
79 Verborum coniectura capitur ex eius ſignificatu.
80 Intellectus iſtius tex.
81 Intellectus c. ſi. ſupra de conſtitu.

82 *Epiſcopus maior ordinarius dicitur alijs inferioribus.*
83 *Iuriſditio eſt indiuidua.*
84 *Epiſcopus & Legatus poteſt cauſas vnius ciuitatis in alterius dioceſi tractare.*
85 *Statutum Epiſcopi non ligat aliquem extra territorium: ſed ligabit delinquentem in dioceſi in loco exempto.*
86 *Locus exemptus dicitur extra iuriſditionem Epiſcopi.*
87 *Territorium quid ſit.*
88 *Ciuitas aliquando poteſt habere territorium, licet non habeat iuriſditionem.*

1 Statuto. †Nota primò ꝙ Epiſcopi poſſunt in ſuis dioce
ſibus ſtatuta condere, dum tamen nõ ſint con-
tra ius canonicum: vt latè tradit Feli. in c. ſuper his. de maio.
& obe. & dico ĩ. in ij. not. & tenet Bar. in l. j. ff. ꝙ quiſque iur.
& in l. omnes populi. in ix. q. j. q. princip. ff. de iuſt. & iur. Iſtud
tamen procedit dummodo adſit conſenſus capituli, & talia
ſtatuta rationabilia ſint & non ambitioſa: vt concludit Inn.
in c. veſtra. de loca. & Bal. in l. nulli. C. de ſenten. & illud dictũ
Inno. ſequitur Fel. in c. cùm omnes. in vj. col. de conſti. decla-
rando & limitando notabiliter: vt per Firmia. in tra. de Epi-
ſcopo. in ij. parte. iiij. libri, in xv. q. fo. 16. & Aret. in §. ius autẽ
ciuile. in iij. col. Inſtitu. de iure naturali. cuius dicta non refe
ro: quia mei moris non eſt alienis plumis mihi alas compo-
nere, ſed proprijs inuentionibus vti: & tali caſu quãdo con-
2 ſenſus, vt dicitur, capituli requiritur †Epiſcopus dicitur con
currere tanquàm generalis ordinarius, etiam in caſu in quo
prælati inferiores haberent iuriſditionem: vt dicit Abb. de-
clarando dicta Arch. hîc in c. cùm ab eccleſiarum. in fine de
offi. ordina. & ita declarari debent dicta Abb. in c. ſi quis. in
ij. not. de maio. & obedien. Sed aduertendum eſt, quia illud
dictum Inno. licet ab omnibus approbetur, mihi tamen non
ſatiſfacit: quia tex. iſte ſimpliciter loquitur de ſtatuto Epiſco-
pi, & de cõſenſu capituli nullã faciat mẽtionẽ: ergo videtur
ꝙ ſolus Epiſcopus hoc facere poſsit: & idem eſt in c. ſi quis.
de maiorita. & obedi. & ſi Papa hoc voluiſſet vtique expreſ-
ſiſſet: vt in c. ad audientiam. de deci. & quia Epiſcopus in
dioceſi ſua cenſetur Papa, c. j. verſicu. de perferendis. de ſac.
vnctio. & in clemen. j. de pœnis. Sed modò pulchrum eſt vi-
dere, quæ



dere, quæ eſt ratio quare Epiſcopus nec ſubditi canonici nõ
poſſunt ſtatuere contra legem ſuperioris, populus autem ſæ-
cularis poteſt contra Imperatorem. Domi. hîc, & Moder. ſu-
pra eod. in c. j. in iij. col. ſe remittunt, & nõ bene, cùm hîc me-
ritò hoc diſcutiendum eſſet: & ideo ſuper iſta q. reperio va-
rias rationes: vna fuit Abb. in c. fin. de conſuetu. ꝙ ideo hoc
eſt: quia ius canonicum tendit principaliter ad ſalutem ani-
marum: vt ſupra in principio iſtius capituli fuit dictum, &
clerici huic fini renunciare non poſſunt, quæ ratio ceſſat in
laicis ſtatuentibus contra ius ciuile: & iſtam rationem ſequi
tur Iaſon in repetitio. l. omnes populi. in ij. col. de iuſti. & iur.
Sed iſta ratio nihil valet & reprobatur, per ea quę dixi ſupra
in princ. iſtius tex. quia non eſt verum, ꝙ indiſtinctè ius cano
nicum tendat ad vtilitatem animæ: vt ibi latius probauit: &
ſaltem eſſet dicendum ꝙ clerici contra canones non concer
nẽ. principaliter vtilitatem animarum ſed corporalẽ, & pro-
priam ipſorum poſſent ſtatuere vt circa ordinem iudiciariũ
& modos appellandi & excipiendi introductos à iure cano-
nico, qui non concernunt vtilitatem animæ, ſed merè ciuilẽ,
& tamen hoc illis non conceditur. Præterea attenta illa ra-
tione dicemus Papam etiam non poſſe ſtatuere contra ius
canonicum: quia eſſet ſtatuere contra vtilitatem animarũ,
quam vſque ad ſanguinem defendere tenetur Papa: vt in c.
3 ſunt quidam. xxv. q. j. quod tamen eſt falſum. †Præterea ex
alio iſta ratio nõ eſt bona: quia habemus quòd laici ratione
animæ ſubijciũtur canonibus & præceptis Papæ: vt in c. no-
uit. de iudi. tradunt omnes in c. j. & in c. nam concupiſcentiã.
de conſtitu. & nõ ſolùm Papæ, ſed etiam Epiſcopis: vt hîc eſt
tex. quem no. ad hoc Domi. & in c. ij. de maio. & obe. & tamẽ
habemus ꝙ laici poſſunt ſtatuere contra ius canonicum: vt
eſt tex. quem ibi not. Abb. & omnes in c. veniẽtes. de iureiur.
ſi igitur ratio ſua fuiſſet vera ꝙ ius canonicum conſyderat
vtilitatem animarum, illa ſtatuta à canonibus reijcerentur,
etiam in laicis cuius contrarium videmus. Item attẽta ſupra
dicta ratione, neque etiã clerici poſſent cõſuetudinem indu-
cere contra canones, cùm repugnaret fini æterno, & ſic vti-
litati animarum ad quem canones diriguntur: vt in c. quan-
to. & in c. ex parte. de conſue. cuius cõtrarium probatur in c.
fi. eod. tit. Neque eadem ratione attẽta contra ius ciuile laici
poſſent

poſſent ſtatuere ex eo:quia leges ciuiles etiam principaliter
vtilitatem animarum concernunt,vt ſupra dictũ eſt in prin-
cipio iſtius cap.Nam ius ciuile dicit, ꝙ oportet prius animas
deinde linguas fieri eruditas:vt dicit text.in §.pen. in proœ.
Digeſtorũ: & tex.quem ibi ad hoc ponderat Ang.in §.cũque
hoc.in proœ.Inſti.ex quo proœmio intentio finalis conſti-
tuentis colligitur:vt in l.fi.ff.de hæredi.inſti.& facit tex.in l.
ſancimus.c.de Epiſ.& cleri.& tamen videmus ꝙ laici ſtatu-
ta contra leges facere poſſunt:& ideo aliam rationem aſsi-
gnat do.Ant.in c.cùm M.ſupra eo.ti.& in c.j.de tranſla.Epi-
ſco.quam alibi ſæpe Moder.ſequuntur,& Præpoſi. in c. fru-
4 ſtra.in iij.col.viij.diſt.†ꝙ ideo hoc eſt,quia Imperator rece-
pit poteſtatem à populo,qui in tranſlatione imperij retinuit
ſibi hanc poteſtatem,ſed Papa recepit à Deo non à clericis:
& ideo clerici nullam vnquàm poteſtatem habuerunt. Sed
iſtam rationem eleganter deridet Imo.in c.j.de tranſla.præ-
la.& And.Sicu.in c.fi.in xij.col.nu.106.de conſue.qui reiecta
iſta ratione ſequitur primam, & cum eo tranſeunt Moder.
Mihi etiam iſta ratio ex alio non ſatiſfacit ex eo:quia atten-
ta tali ratione etiam conſuetudo, quæ à poteſtate originem
ſumit:vt dicit Barto.in l.j.in fin.ff.de legi.& Moder.in rub.de
conſue.non deberet poſſe induci à clericis contra canones,
cuius contrarium eſt verum,nec eadem ratione attenta laici
in rebus ſuis contra canones poſſent ſtatuere,cùm ipſi non
dederint poteſtatem Papæ:cuius contrarium probatur in d.
c.venientes.Præterea attenta ſupradicta ratione idem eſſet
dicendum in laicis ſtatuentibus contra ius ciuile: nam licet
Imperator imperium à populo habuerit poteſtatem tamen
condendi legem,quæ poſt tranſlatum imperium competit
Imperatori non à populo,ſed à Deo procedit: vt patet Pro-
uerb.viij.c.*Per me Reges regnant, & Legum conditores iuſta decer-
nunt*:& hoc expreſſè dicit text.in §.quia igitur. in authen. de
fide inſtr.& in l.fi.xxiij.q.j.cum concor.quos ſcribit Paris de
Puteo in tract.de re mili.fo.1.in iiij.col.& dixi ſupra in prin
5 cip.iſtius capituli.†Nam omnis poteſtas tẽporalis à Deo eſt:
vt in c.nec mirum.xxvj.q.v. & ideo cõſyderata iſta ratione
deberemus dicere ꝙ laici ſtatuere nõ poſſent cõtra Impera-
torẽ:cuius cõtrariũ cõmuniter oẽs fatẽtur,hactenus reproba-
tę ſunt oẽs rationes Doc.Quid dicẽdũ:mihi videtur ꝙ ina-
niter



niter omnes torquentur in aſsignando rationem nõ conſy-
derato fundamento:nam ſi rectè cuncta penſantur non ca-
uetur expreſſè in iure ciuili,ꝙ inferiores laici poſſunt ſtatu-
ta facere contra principem,quãuis pertinaciter Docto. hoc
defendant,cuius opi.ſignifer fuit Albe.in tracta. ſtatutorũ,
parte j.in vij.& viij.q.& alij plures ſequuti eum,cùm ad hoc
dicendum neq; ratio naturalis ſuadet,neque iuridica: nam
contra naturam potius iudicatur ꝙ membra à capite ſeparẽ-
tur:vt in c.quoniam. de offi.ordi.quod fit ſi à lege principis
ſubditi recedunt contra legem eius calcitrãdo, & contrariũ
6 ſtatuendo:†nam vnus debet eſſe princeps: vt dicit tex. hoc
probans ratione naturali in c.in apibus. vij.q.j.& Ariſto.ij.
Meta.Abb.in diſputa.ſua prima:& pluralitas eſt naturæ ini-
mica:vt in l.fi.ff.de rerũ diui.nec potuit Roma duos pati Re-
ges,vt ibi dicitur: ſed dicere ꝙ laici pro ſuo arbitrio poſsint
tollere legem principis,eſſet dare pluralitatẽ principatuum,
cùm condere legem ſit de ſupremo imperio, & de reſeruatis
in ſignum excellentiæ:vt tradunt omnes in l.j.de offic. eius.
& in l.Imperium.ff.de iuriſdi.om.iudi.hoc tamen eſt incõue-
niens,igitur &c. Non ob.tex.in l.omnes populi.per quem cõ-
munis opi.mouetur:quia ille tex.non dicit ꝙ populus poſsit
ſtatuere contra legẽ principis,ſed ſimpliciter ꝙ poteſt ſtatue-
re:vnde intelligendum eſt illos poſſe præter legem in caſibus
non deciſis à iure etiam vel ſecundùm legẽ:vt in l.magiſtra-
7 tus.ff.ad municip.†Ad hoc bene facit regula clara, ꝙ par in
parem,nec minor contra minorem imperium habet,l.nam
& magiſtratus.ff.de arbi.per quẽ tex.iſtã opi. tenuit gl.in l.ſi
feriati.ff.de ferijs.& l.ille à quo.§.tẽpeſtiuũ.ff.ad Tre.& habe-
tur in c.ꝙ ſuper his.de maio.& obe. ſed dicere populũ poſſe
tollere legẽ principis eſt maiorẽ minori ſubmittere,& hoc eſt
8 cõtra iura,ergo &c.†Præterea hoc ex alio ſuadetur,nã clarũ
eſt,ꝙ quãdo aliquid eſt apertè diſpoſitũ de iure canonico,&
nõ reperitur illud clarũ de iure ciuili,ſtandũ eſt diſpoſitioni
iuris canonici in vtroq; foro,c.j.& ij.de ope.no.nũ. Feli.in c.
in cauſis.col.j.& in c.fraternitatis.col.ij.de teſti.ſed de iure ca-
nonico diſpoſitũ eſt,ꝙ inferiores tollere nõ poſſunt legẽ ſupe-
riori:vt in cle.ne Romani.de ele.ergo illa diſpoſitio habebit
locũ de iure ciuili poſtq̃ aperte cõtrariũ nõ apparet, niſi de
expreſſa indulgentia, ſiue priuilegio principis hoc populo
concedere

concederetur:vt in c.venientes.de iureiur. & iſto modo poſ-
ſet tolli tex. ſecundùm alium intellectum in d.l.omnes popu-
9 li.cum ſimi.quæ allegantur. †No.vlterius ex iſto tex.ibi,ſen-
tentia,ꝙ ſententia excommunicationis appellatur ſentẽtia,
tamen hoc non eſt verum propriè loquẽdo:quia potius dici
tur eſſe pœna:vt dicit hîc Archi.& cõmuniter alij,adde eun-
dem Archi.in c.fi.xviij.diſt.& ij.q.j.in ſumma, cum concor.
quæ ſcribit Feli.in rub.de re iudi.in viij.col.verſi.non obſtã.
& dixi latius in rubri.de ſenten.excom.Et hoc de plano pro-
cedit quando excommunicatio apponitur in ſtatuto,de quo
tex.hîc loquitur,ſecus verò in excommunicatione,quæ pro-
fertur ab hãc:quia talis bene dicitur ſententia interloqu-
toria,& ita And.Sicu.& Moder.tenẽt in rub.de re iudi.in cle.
& hîc.Ex quo inferunt, ꝙ ſtatutũ loquens de ſententia non
comprehendet excõmunicationem:vt hîc latè per ipſos.Ad-
de pro iſta opi.Abb.in rub.de re iudi.in fi.& in rub.de ſentẽ.
excom.& vtrobique Feli.& idem Abb.in c.præterea. el ij.in
v.col.de appella.& ſequuntur quidam Moder.repe.ſupra in
prin.iſtius capituli,fo.21.& ratio prædictorum eſt: quia cùm
excommunicatio ſit quædam interlocutoria non venit pro-
priè appellatione ſententiæ:vt concludit Alex.& alij in rub.
ff.de re iudi.per l.ꝙ iuſsit.eo.tit.& quia verba debent accipi
in potiori ſignificatu,&c. Tamen circa hæc omnia conſy-
derandum eſt.Primò,quia illa ratio communis ꝙ excommu
nicatio,ideo ſentẽtia non dicatur,ex quo punit,non videtur
vera:quia eadem ratione eſſet dicendum in alijs ſententijs,
10 quibus crimina puniuntur: & tamen hoc eſt falſum † quia
ſententia capitalis vel priuationis bonorum ſententia pro-
priè dicitur: vt in l.iiij.& v.de bo.præſcriptio.& toto titulo
C.de ſenten.paſ.& quia tex.noſter hîc ſimpliciter excommu-
nicationem appellat ſententiã:ergo in dubio debet intelligi
de ſententia propriè,l.j.& ibi Bar.ff.de fonte. & l.non aliter.
de leg.iij.& hoc idem patet in rub.de ſentẽ.excom. nam ibi
etiam ſimpliciter excõmunicationem appellat ſententiam,
& illa differentia,quæ fit,an ab ſtatuto vel homine excõmu
nicatio proferatur iure non probatur,imò parificantur: vt
tradit Fede.de Senis in conſi.ij.in princ.& eſt text.in l.ſeruus
hac lege.C.commu.delega. & C. de re. alie.l.fi. quia iſto caſu
nulla videtur differentia:quia vtroque modo excõmunica-
tus puniri



tus puniri dicitur,& ſententia quæ ab ſtatuto profertur, vel
à lege etiã canon latè,vel ferendæ ſententiæ dicitur: vt tra-
11 dit Feli.in c.Rodulphus.de reſcrip. †Et quia excõmunicatio
nõ fit ad finem,vt aliquis principaliter puniatur,ſed vt emẽ-
detur,& iſto reſpectu ſententia excommunicationis medici-
nalis dicitur:vt in c.cùm medicinalis.ĩ.de ſenten.excõ.& pro-
pterea illa ratio non tollit, quin abſolutè ſententia dici po-
teſt. Et ex hoc infero,ꝙ ſtatutum loquens de ſententia com
prehendet propriè excõmunicationẽ: nec illud obſtat,ꝙ in-
terloquutoria nõ ſit propriè ſententia,quod ex rub.C.de ſen
tẽ.& interlo.videtur colligi,dũ ibi ponit vt diuerſa : quia ad
hoc reſpõderi poteſt,ꝙ illa dictio,& in illa rub. ponitur inter
genus & ſpeciem:vt in rub.de ſer.& aqua. & illa opi.eſt vera
quando in ſententia interloquutoria non concurrit eadem
ratio:prout declarat latè Deci.in c.ſuper eo.el ij.in iiij.no.de
appel.poſt alios,quos ibi adducit: & licet dicatur ꝙ ſentẽtia
imponit finem controuerſiæ,idẽ eſt dicendũ in interloqu-
toria,quæ etiam imponit finem illi articulo, ſuper quo pro-
fertur diffinitiuè:vt eſt gl.in l.ſi quis iuſiurandum.C.de reb.
cre.& in l.ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his.ff.de libe.agnoſcen.
12 †& ſic quod dicitur de toto reſpectu totius,idem dicendum
eſt de parte reſpectu partis:vt not.Iaſon in l.iuriſgentium.§.
adeò.in j.no.ff.de pac.& in l.à iudice.in iij.col.C.de iud.And.
Sicu.in c.j.in ix.col.de lit.conteſt.& vulga.l.quæ de tota.ff.de
13 rei vendi.†Et hoc vlterius ſuadetur:quia videmus ꝙ ita da-
tur actio in factũ pro interloquutoria, ſicut pro diffinitiua:
vt not.gl.in l.fi.§.de neceſsitate.C.de bo.quæ libe.Nec obſt.ꝙ
verba in potiori ſignificatu ſunt intelligenda,l.j.ff.ſi ager ve
cti.quia illa regula procedit quando in alio minori intelligi
14 nõ poſſunt:& ita procedit,d.l.j.†aliâs verba ſimpliciter pro-
lata generaliter debent intelligi:ita declarat,d.l.j.not.Bar.in
l.ſi mater.§.pen.ff.de excep.rei iudi.ſequitur Iaſ.in l.incerti.
§.ſi nummi.in j.col.nu.6.ff.de condi.inde.& in l.j.in prin.col.
xvj.de acqui.poſſeſ.nouiſsimi repe.in c.j.in iiij.col.de iudi.&
Soci.in conſi.vlti.in.ij.lib. Et iſta omnia in ratione efficaci
fundantur:quia negari nõ poteſt ꝙ iſte terminus ſententia,
ſit dictio generalis: ergo propriè cõprehendit ſuas ſpecias,l.
ſi quid earum.§.interemptum.ff. de leg.iij.licet Soci.in l.j.de
vulg.& pupil.& in rub.& ſic ita comprehendit interlocuto-
riam

riam ſicut diffinitiuam,ſicut iſte terminus animal vt genus
ita propriè predicatur de boue ſicut de homine.Nec ob.etiã
tex.qui ad hoc de interloquutoria allegatur in l. ſi ex cauſa.
§.nunc videamus.ff.de mino.quia ille text.de ſententia non
loquitur:ſed præſuppoſito ꝙ de ſententia loqueretur ex alio
ille tex.non procedit propter delictum minoris.Ita illum tex.
declarat Bar.in l.ſi quis in tantam.in ij.col. ver. quæro quid
15 de pupillo.C.vnde vi.& finaliter † ꝙ ſententia interloquuto-
ria abſolutè dicatur propriè ſententia,tenent Mod.Regien.
in rub.ff.de re iudi.& Franci.de Aretio in trac.quæ ſit ſentẽ-
tia diffinitiua.in penul.q.rationibus de quibus ibi per eos,
ad quos ſupradicta addi poſſunt.Nam iſta videtur ſatis pro-
16 babilis opinio. † No.tertiò eſt iſto tex. ſecundùm Domini.
ꝙ Epiſcopus per ſuum ſtatutum poteſt imponere pœnam
ipſo iure de delicto,pro quo ius aliam pœnam imponit non
ipſo iure,ita eſt hîc tex.nota.quẽ ita intelligit Abb.in c.cùm
contingat.in ij.col.de foro compe.per quem dicit not.Card.
in c.ex tuæ.de clericis non reſiden.ꝙ licet de iure communi
clericus non reſidens ſit priuandus beneficio:tamen Epiſco-
pus poteſt per ſuum ſtatutum imponere pœnam ipſo iure,
videlicet,vt ſit priuatus:facit pro hoc etiam glo.in cle. vt hi
qui.de ætate & quali.& iſtam opi.per tex.noſtrũ tenet Abb.
licet de Card.mentionem non facit in c. quoniam.§.porro.
in pen.col.nu.11.vt lit.non conte.& ad hoc iſtum text. alleg.
Bal.in c.reprehenſibilis. in ij.col.verſi.quæro vtrum. de ap-
pella. Amplia hoc quod dicitur de Epiſcopo procedere in
Legato: nã ſi inferiores hoc facere poſſunt,vt hîc,à fortiori
Legatus:& ita iſtum tex.ampliat Abb.in c.ꝙ trãſlationem.
17 in iij.col.de offi.lega.& ſic habes ex hoc † ꝙ Epiſcopus non
ſolùm poteſt corrigere exceſſus ſubditorum, ſed etiam ſta-
tuta facere ad reformationem morum per appoſitionem
pœnę ipſo iure,dum tamen ſint ſecundùm regulas canonũ,
quãuis etiam præter ius canonicum ſtatuere poſsit pœnam
etiam addendo,vt ſuperius dictum eſt,in caſu vbi ius pœnã
non appoſuit, vel ſi appoſuit eam poterit augere: vt patet
hîc,ſed contra ius non poteſt hoc facere:& ita iſtum tex.ad
hoc alleg.Abb.in c.licet.in ij.no.de offi.ordi.& Geor.Natam
in repe.cle.ſæpe.in xlix.col.de verbo.ſigni.& idem eſt in Pa-
pa in caſibus in quibus ſtatuere non poteſt,vt contra ius di-
uinum:



uinum:nam poteſt præter ius diuinum ſtatuere apponendo
pœnam:vt tradit Fell.in c.cùm P.col.pe.de fide inſtr. & hoc
idem eſt in concilio generali:nã tollere nõ poteſt legẽ Papę,
licet præter eam poſsit ſtatuere:vt eſt glo.ſing.in cle.ne Ro-
mani.in verſi.electionem,& ꝙ Epiſcopus poſsit ius commu-
ne adiuuare etiam per pœnam ipſo iure,vt hîc dicitur,tenet
Abb.in c.quoniam.§.porro.in vij.col. vt lit.non conteſta. &
Moder. Bononien.in c.j.in vij.col.ſupra eod.titu. & ad hoc
Abb.tradit vnum ſimile in practica in d.c.quoniã.§.in alijs.
in xxvj.col.eo.tit.& per hoc dicit etiam Abb.in c.ex frequen
tibus.in ij.no.de inſti.ꝙ ſuperior poterit facere ſtatutum ful
minans excommunicationem ipſo facto contra tenentes
18 beneficia ſine legitimo titulo:& alleg.tex. hîc: † & ſic poteſt
factum à iure damnatum prohibere ſub certa & noua pœ-
na:vt tradit idem Abb.in c.à nobis.per illum & iſtum tex.de
ſentẽ.excõ.& hoc de additione pœnæ latè proſequitur Feli.
19 in c.ꝙ ſuper his,in v.col.de maiori.& obedien.† Et intãtum
operatur hæc additio pœnæ, ꝙ licet lex poſitiua ſit conſo-
na iuri diuino,ſi tamen ei aliquid additur illa additio facit
eam differre à iure diuino,& iudicatur de ea idem quòd de
iure poſitiuo:ita eſt tex.hîc,quem ad hoc ponderat Feli in c.
j.in v.col.de treu.& pace. & ita declarantur dicta ſua in c.ij.
in ij.col.de proba.Nam hoc ſtatutum Epiſcopi de quo loqui
tur iſte tex,prohibẽs furtum quod aliâs eſt damnatum lege
diuina in additione pœnæ limitatur per ius poſitiuum, vt
non liget extra territorium ſtatuentis ſicut ius poſitiuum:&
20 ex hoc comprobatur illa regula,† ꝙ ſpecies reaſſumens ge-
nus eſt potentior ipſo genere:vt in c.ij. & ibi dico.ĩ. de præ-
ben.lib.vj.Hoc tamen procedit reſpectu pœnæ appoſitæ in
ſtatuto,non autem reſpectu qualitatis delicti:quia ius diui-
num per hoc non alteratur,ſed potius adiuuatur:vt in l.hac
conſultiſsima. de teſta. & ita etiam limitatur & declaratur
dictum Cardi. in cle. ſtatutum.in iiij.col.de elect.dum dicit
quòd idem iudicatur de additamento quòd de principali vt
procedat cæteris paribus, vt quia habent ſimilitudinem in
origine & natura,ſecus ſi aliter qualitas alteratur per addi-
tionem:vt in l.ius ciuile.vbi no.Iaſon.ff.de iuſti.& iure.facit
bene text.in c.ſtatutum.ĩ.de elec. Sed circa prædicta dili-
genter eſt aduertendum:in primis non videtur verum iſtud
dictum

diɫtum Domi.communiter approbatum,ꝙ Epiſcopus poſsit
per ſuum ſtatutum imponere pœnam ipſo iure in caſu ſuper
21 quo ius commune aliam pœnã imponit ex eo:†quia nemo
debet duplici pœna puniri.c.at ſi clerici.de iudi.cum ſi.cum
per pœnam appoſitam per Epiſcopum pœna iuris commu-
nis nõ cenſeatur ſublata,niſi dicamus ꝙ iſtud dictum debet
intelligi quando pœna iuris communis non erat ſufficiens
pro illo delicto:quia tali caſu non eſt inconueniens, vt quis
duplici pœna puniatur:vt eſt bonus tex.in c.cùm in cunctis.
§.clerici.& ibi no.Deci.in ij.nor.de elec.glo.no. in c.menſurã.
de pœni.diſt.j.vel poteſt intelligi quando pœna iuris cõmu-
nis non imponebatur ipſo iure: ſed Epiſcopus per ſuum ſta-
tutum illam eandem inducit puniẽdo ipſo iure: vt in exẽplo
Card.in d.c.ex tuæ.quem ſequuntur plures, quos ſupra retu
li.Sed vlterius cogitandum eſt: quia iſtud dictum Car.quod
prædicti Doct.tantùm cõmendat,adhuc nõ videtur aliquo
pacto verum,nec etiam abſolutè verum eſt Epiſcopũ addere
pœnam poſſe ad ius commune:nam in primis contra opin.
Card.& ſequaciũ eſt dictũ Io.An.in terminis in addi.ad Spe
cu.in rub.de ele.vbi cõcludit, ꝙ Epiſcopus nõ poteſt per ſuũ
ſtatutum imponere pœnam ipſo iure in caſu ſuper quo ius
cõmune impoſuit pœnam per ſententiam non ipſo iure, &
22 exemplificat:vt ecce de iure communi inductum eſt,†ꝙ ele-
ctio facta vno ex canonicis contempto,ſit caſſanda,non au-
tem ſit nulla ipſo iure:vt in c.ꝙ ſicut.de elec.Si verò Epiſco-
pus per ſuũ ſtatutũ diſponeret eſſe nullam ipſo iure nõ vale-
ret:& hoc tenet Oldr.in d.conſi.cclix & hoc idem per viam
regulæ videtur tradere Bal.in l.programma. c.cõmi. vel epi-
ſto.& in ſpecie contra opi.Cardi.in d.c.ex tuæ.tenet Gaſpar
Calde.Io.An.& expreſsius Imo.in d.c.ex tuæ. & videtur iſta
eſſe communis opi.quam vltra prædicta expreſſè tenet Alb.
in l.de quibus.in l.col.ver.item quæritur an circa electiones.
ff.de legi.& Oldr.cõſi.cclix.Impugnatur electio.in ij.col.imò
fortius poteſt attentari, ꝙ Epiſcopus non ſolùm non poteſt
per ſuum ſtatutum imponere pœnam ipſo iure, ſed nec etiã
aliquam aliam præter ius commune inducere per doctrinã
Bar.quæ videtur in terminis in l.fi.in fi.c.de proxi.ſac.ſcrip.
23 lib.x.†vbi concludit,ꝙ cui prohibitum eſt mutare ius à for-
tiori illi prohibetur poſſe addere:ſequitur Oldra.in d.conſi.
cclix.



cclix.Impugnatur electio.in ij.col.Nam qui addit mutare di-
citur:vt in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.de ver.ob. l.ius ciuile. ff.de
iuſt.& iur.ſed Epiſcopus prohibetur mutare legem ſuperio-
ris,d.cle.ne Romani.igitur & addere ad eam pœnam prohi-
betur:& hoc vlterius efficacius probo ſic: quia clarum eſt ꝙ
inducta eſt forma à iure ꝙ Epiſcopus, nec alij inferiores à
Papa poſſunt tollere legem ſuperioris:vt in cle.ne Romani.
24 de elec.vbi tex.loquitur per ver.non poteſt.†de cuius natu-
ra eſt inducere formam:vt tradit Iaſon in l.j.in prin.per illũ
tex.ff.de ver.ob.& eſt tex.in l.nemo poteſt.de lega.j.& c.j.de
reg.iur.ĩ.eo.lib.per quæ iura hoc tenet Bar.& Bal.in l.Gal-
lus.in prin.in ij.col.ff.de lib.& poſth.cum ſexcentis concord.
quæ congerunt Mod.in tra.legum connubialiũ.fo.176.cum
ſeq.ſed vbi inducta eſt forma paria ſunt facere contra vel
præter:vt eſt gloſ.not.communiter approbata in c.ſi cui.in
ver.præter.ĩ.de elec.tenet Abb.in c.Piſanis.in ij.col.per illũ
tex.de offi.deleg.Imo.poſt Bal.& Ant.in c.dilecti.per illũ tex.
25 de maio.& obe.†ſed Epiſcopus nõ poteſt facere contra legẽ
ſuperioris:vt in c.ſuper his.de maio.& obe.& d.cle.ne Roma
ni.ergo pariter,nec poterit præter legem ſuperioris facere
conſtituendo pœnã.Et per hoc ego damno opi.Abb.& Mo-
der.in c.prudentiam.in prin.de offi.deleg.dum ibi Abb.vult
ꝙ licet Epiſcopus nõ poſsit ſtatuere cõtra legẽ Papæ: pote-
rit tamen præter legẽ facere apponẽdo pœnam, quod dictũ
etiam ſequutus eſt Fel.in c.cauſam,quæ.in ij.col.de re iudi.&
alibi ſæpe,ſed illud nõ eſt verũ: vt vides per iſtam regulam.
Et ideo pro reſolutione prædictorum conſyderandum eſt,ꝙ
iſtud notabile Domi.& Docto.verum eſt in caſu in quo lo-
quitur iſte tex.videlicet in pœna cenſurę,quę ſpiritualis eſt,
& de facili reparari poteſt:vt in c.cùm medicinalis. de ſentẽ.
excom.lib.vj.& habet in ſe ſpecialem differentiam ab alijs:vt
26 concludit Bal.in l.j.in prin.ff.de legi.†Secus verò videretur
in pœnis ipſo iure,quæ afflictionem corporis,vel infamiam
inducerent:quia illas imponere non poteſt: vt declarat not.
Bal.& Sal.in d.l.programma.Sed cõſydera adhuc tu ſubtilis
quia iſta diſtinctio nõ eſt generalis,nec eneruat ea, quæ ſu-
pra dicta ſunt,quæ prædicti Docto.non viderunt.Et ideo
ego ita dicerẽ ꝙ aut à iure communi eſt ſtatuta aliqua certa
& determinata pœna imponẽda,aut nulla.Primo caſu Epi-

ſcopus non poteſt per ſuum ſtatutũ contrariam pœnam im-
ponere:& ita procedit dictum Io.An.in d.rub.de elect. Nam
ſi ius commune dicit ꝙ electio ſit caſſanda,præſupponit a-
ctum ante caſſationem valere:vt tradit Bar.in l.iuſiurandũ.
ff.de iureiur.& Inn.in c.cùm in noſtris.de conceſ.præb. cum
ſimil.ſi verò Epiſcopus ſtatuit pœnam ipſo iure vult actum
ſtatim non valere,& ſic manifeſtè facit contra ius cõmune:
& ideo meritò illud ſtatutum nõ valeret per prædictam re-
gulam:& hoc generaliter in omnibus caſibus poteſt habere
locum,niſi pœna ſit medicinalis,vt hîc:quia licet illa ſit ipſo
iure impoſita:nõ tamen concernit actũ ſuper quo ius cõmu-
ne diſpoſuit,ſed ſolùm perſonam contrafacientẽ:& iſto mo-
do declaro,& approbo dictum Bal.in d.l.programa.& pro-
cedit iſte tex.vel niſi pœna appoſita à iure cõmuni nõ eſſet
clara in verbis,ſed dubia propter diuerſitatem opi.tũc enim
Epiſcopus poſſet pœnam ipſo iure imponere,ita tenet Ioã.
And.in c.ex parte.el ij.per illum tex.de verb.ſigni. & Ioã.
de Ana.in c.fraternitatis.col.pe.de hæreti.aut verò ius com
mune prohibet aliquid non fieri,tamen ſuper illo facto non
apponit pœnam aliquã,& tali caſu Epiſcopus per ſuum ſta-
tutũ poterit apponere,vel ipſo iure,vel per ſententiã: & iſto
modo ego intelligo gl.in d.cle.ne Romani.in ver.tolli.quod
tene menti. Nec obſt. dictum Bar.in d.l.ſi.cum alijs alle.quia
procedunt illa quando per illam additionem mutaretur ſub
ſtantia rei,aliâs ſecus:vt no.dicit Archi.in ſumma.v. diſtinc.
faciunt etiam quæ Romañ.dicit in conſi.xlv.Super eo quod
quæritur.& ea quæ dicit Abb.in c.ij.in viij.col.verſic.& ad-
27 uerte.& verſic.pone enim.de lib.obla. †Non ob. illud quod
dicebatur de forma data in d.cle.ne Romani.quia aduertẽ-
dum eſt,& duplex eſt forma,quædam eſt hominis,alia iuris,
prima annullat actũ,ſiue fiat cõtra,ſiue fiat præter, ita proce
dit reg.illa gl.in d.c.ſi cui.cũ alle.ſuperius:& ita expreſſè hoc
dicit Car.in cle.j.in xxx.q.de deci.quia tali caſu durius agiť
cũ homine q̃ cũ lege: vul.l. Celſus. de arbi.declarãdo vt dixi
in §.itẽ ſi quis in fraudẽ.Inſti.de act.In forma verò iuris di-
ſtinguendum eſt:quia aut emanauit ſimpliciter prohibẽdo,
non tamẽ annullando,& tali caſu factum contra formã non
valet,ſed factum præter non inualidatur:ita eſt doctri.Bart.
notabilis in l.omnes populi.in vij.col.verſi.circa ſecundum.





ibi,quid dicemus.ff.de iuſti.& iur.dum reſpondet ad l.huma
num.& declarat magiſtraliter Deci.in cõſil.xxv.& ſecũdùm
aliũ numerũ in cõſi.ccxxix.Stãte cõſtitutione.in ij.col.in ij.
parte.& aliquid per eundem in c.de appell.in ij.col.extra de
appel.& ita procedit d.cle.ne Romani.& ita etiã declaratur
tex.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de verbo.oblig.dum ibi datur
forma ꝙ alteri ſtipulari nemo poteſt,& tamẽ præter illã for
28 mam valet ſtipulatio pœnæ:vt dicit ibi Barto.†Sed vbi for
ma à iure non eſſet data ſimpliciter,ſed cum decreto annul-
latiuo tali caſu poteſt procedere regula d.c.ſi cui.& ea quæ
ſuperius dicta ſunt:& tunc paria eſſent contra formam face
re,vel præter,per ſupradicta,intelligendo tamen vt per glo.
in cle.j.in ver.inhibẽtes.de iure pa.ſecũdùm qd' eã declarat
Feli.in cle.ex parte.in iiij.& v.col.de conſti.& quæ dicit Sali.
in l.vltima,per tex.ibi iuncta l.præcedẽti.c.de ſen.ex pericu.
reci.& Iaſ.in l.j.c.de ſumma Trini.& reaſſumũt Moder.qui-
dam,certè eruditi,in tracta.de iure maritali. fol.167.quæ o-
mnia notanda ſunt vltra Docto. Et iſta omnia quæ dicta
ſunt de plano procedũt, quando de reuocanda, vel tollenda
conſtitutione canonis Epiſcopus diſponit,ſecus verò ſi con-
tra legem ciuilem ſtatuiſſet:quia tali caſu permiſſum ſibi vi
detur:quia ceſſat ratio in qua fundatur d.cle.ne Romani.&
29 ideo Bal.in c.cùm omnes.co.fi.de conſti.dicit,†ꝙ Epiſcopus
poterit facere ſtatutum quòd exceptio non numeratæ pecu
niæ inter clericos poſsit opponi vſque ad quadrienniũ non
obſt.quòd ius ciuile cõtrarium ſtatuat:quod ſequiť Feli.in c.
ſuper his.in fi.de maio.& obe. Sed conſydera tu,& audias
diligenter:quia in caſu iſto ideo ſtatutum Epiſcopi valeret:
quia per illud reuerteretur ad ius antiquũ,quo erat diſpoſi-
tum ꝙ intra quadriẽniũ talis exceptio proponi poſſet:vt in
l.in cõtractibus.c.de nõ nume.pec.& ita in terminis dicit do.
Anto.& Imo.in c.fi.de ſol.ſequitur Soci.in conſi.ccxlj.Circa
primã.in vij.col.in ij.vol.imò dico tibi vnum,ꝙ tale ſtatutũ
30 nõ diceretur contra ius ciuile,ſed contra ius canonicũ:†nã
de iure canonico exceptio non numeratæ pecuniæ perpe-
tuò opponi poteſt:vt ſingulariter dicit Dyn.in regula,locu-
pletari.in fi.ĩ.de reg.iu.cuius opi.plures ſequuntur, quos re-
fert Iaſon approbans iſtud dictum in l.qui pecuniam.in ij.
col.ff.ſi certũ peta.& iſta eſt communis opiñ.vt dicunt Mod.

apoſtil.ad Dy.in dicta regula:vbi plures alleg.& vltra ipſos
hoc tenet do.Bapti.de ſancto Blaſio,in repe. rub.Decreti,in
xxv.q.vbi plura adducit:& ſic vides ꝙ Feli.& Bald. male di-
cunt,dum volunt ꝙ tale ſtatutum ſit contra ius ciuile,& ꝙ
valeat.Nam ex prædictis vides ꝙ non eſt directo contra ius
commune,ſed conſeruatiuum iuris ciuilis antiqui:& tali ca-
ſu Epiſcopus etiam contra canones ſtatuere poſſet, quādo
per ſuum ſtatutum reuerteretur ad ius antiquum:vt dictum
eſt ſuperius in c.j.quæ quidem via fauorabilis reputatur:vt
dicit glo.in c.iij.in ver.numerandum.ĵ.de præben.eo.libro.
Nā tali caſu Epiſcopo hoc nō denegatur: vt concludit Abb.
in c.cûm acceſsiſſent.ſupra de conſti.& tenet Feli.in c.ſuper
his.in iij.col.cum concordan.vt ibi per eum,de maio.& obe.
Nam tale ſtatutum non dicitur contra ius canonicum,ſed in
caſu de quo hîc agitur,ſecus eſt,per ea quæ dicta ſunt,& per
rationem quam adducit Bal.in l.illicitas,in princ.in j.lect.ff.
de offi.præſi. Et circa prædicta vlterius notandum eſt,ꝙ li-
cet Epiſcopus contra ius canonicum,nec etiam Legatus de
latere ſtatuere poſsint,diſpenſatio tamen eis nō denegatur:
vt concludit Deci.alia adducens in rub.ſupra de conſtitu.in
ij.lect.col.pe.& ſic potentius videtur hoc caſu ius cōſtitutio-
nis quàm diſpenſationis:vt Anto.dicit in cle.ij.per gloſ.ibi,
de reſcrip.& idem Deci.in c.de cauſis.in ij.col.nu.8.de offic.
31 deleg.†No.quartò,ꝙ laici ſubijciuntur ſtatuto Epiſcopi tē-
denti in vtilitatem animæ,& per quod euitatur peccatum:
ratio eſt ſecūdùm Domi.hîc:quia laici quo ad animā ſubij-
ciuntur iudici eccleſiaſtico,c.nouit.extra de iudic. adde pro
iſta opi.bene facere,quæ dicit Innoc.& Abb.in c.j.ſupra eo,
vbi dicunt ꝙ conditori canonum ſubdita eſt vniuerſa caro:
& ſequitur Firmia.in tracta.de Epiſco.fol.28.in iij.col.verſi.
prædictis adde.& ita in terminis iſtum tex.ad hoc idē indu-
cit Ang.in conſi.lxiiij.incip.Quoniam. Sed tamen aduertē-
dum eſt,quia iſtud notabile reſpectu laicorū in tex.iſto non
probat,qui intelligi debet de clericis Epiſcopo ſuo ſubiectis.
nec etiā obſt.tex.in d.c.nouit.& in d.c.j,quia procedūt in lai
cis ſubiectis aliqua particulari ratione,ſicut in c.cæterum.de
32 iudic.per hoc tamen abſolutè dici non poteſt † ꝙ Papa vel
Epiſcopus ſtatuere poſsint cōtra laicos ex eo,quia diſtinctæ
ſunt poteſtates:vt dicit in d.c.nouit.& in c.ſi duobus,de ap.
& in c.ſo-



& in c.ſolitæ.de maio.& obed.& vnus non ſe impedit de iu-
riſditione alterius:vt no.per omnes in c.eccleſia.& in c.quæ
in eccleſiarum.de conſtit.& in c.per venerabilē.& c.cauſam.
qui fil.ſunt leg.Nam iſtud quod dicit Domi.procederet quā-
do aliquo reſpectu ſpeciali iudices temporales non poſſent
illud peccatum laicorum punire,& de illo cognoſcere,vt in
cle.diſpendioſam.de iudi.& in c.ſi.ĵ.de iudic.& tradit notā.
Alex.in conſi.cxj.vel quando denegaretur ab eis iuſtitia:qđ
quidem ſpecialiter nō regulariter hoc contingit ex eo: quia
cùm iudices temporales de peccato ſubditorum cognoſcere
poſsint:vt tradit no.Bar.in l.ſub prætextu.ff.de va.& extra-
ordi.cogni.& Bal.in c.ij.de probā.& eſt tex.in l.ſenatuſcon-
ſulto.ff.de offi.præſi.& optimus tex.in c.Regum.& in c.Rex.
& c.relegantes.xxiij.q.v.& facit tex.in l.potioris.c.de offi.re-
cto.prouin.non debemus ad ſubſidiarios iudices cuiuſmodi
ſunt eccleſiaſtici recurrere. Nam iudices temporales præſu-
muntur in dubio,quod iuſtum & honeſtum fuerit iudicare:
vt in l.ij.c.de offi.ciui.iudi.& in c.in præſentia.de renun.niſi
conſtiterit contrarium,quo caſu, vt dictum eſt, habetur re-
curſus ad eccleſiaſticos iudices:vt tradit Alexā. conſi.cxj.in
33 ij.col.lib.j. †Et ideo ego putarem,ꝙ Epiſcopus in foro con-
tentioſo non poſſet per ſuum ſtatutum ligare delinquentes
laicos ad peccatū,niſi ob negligētiam iudicis ſæcularis relin
quentis peccata impunita, vel niſi in foro conſcientiæ, qui
quidem forus non circūſcribitur loco:vt patet ex verbis di-
ui Pauli ad Corint.j.c.v.cui quidē foro omnes laici ſunt ob-
noxij,& ob eam cauſam parere cogūtur Epiſcopo,& alijs re
ctoribus eccleſiæ:vt in c.omnis.de pœni. & remiſſ. & in c.o-
mnis anima.de cenſi.cum ſi.& tali caſu bene procederet di-
ctum Domi.ſi ita loqueret,& ita poſſunt declarari ea quæ di
cit Abb.in in c.pe.in j.col.verſi.ſed contra hoc.de conſue.&
34 in c.dilecto.in v.col.de teſti. †No.vlterius & quintò ex iſto
tex.ſecūdùm Domi.hîc,vnū modū fortificandi ſtatutū,ſcili-
cet per pœnæ appoſitionē:adde ad hoc tex.ſingu.in l.ſi.c.de
diuor.& alius modus firmandi ſtatuta eſt iuramentū:vt in c.
vbi periculū.§.præterea.ĵ.de elect.tertius modus eſt cōfirma
tio ſedis Apoſtolicæ:vt in c.dilecto.ſupra de præben.& in c.
cùm venerabilis.de cōſue.& in c.cōſtitutus.de reſcrip.& in c.
cùm M.& c.cùm acceſsiſſent.de conſtit.& de hoc eſt bonus
n 3 tex.ibi

tex.& ibi not.Domi.in c.cum aliquibus.ĩ.de reſcript. Iſtud
tamen dictum Domi.intelligitur reſpectu ſubditorum, ſecus
verò reſpectu ſtatuentium,qui pœna ſui ſtatuti non ligant:
nam poſſunt retrocedere,ita in terminis de Epiſcopo dicit
Bal.in auth.quibuſcũque.in fi.de ſacroſanct.eccle.& in l.di-
gna vox.de legi.& in l.cùm ipſe.C.de contrahen.emp.& no-
tabilius in l.voluntatibus.in iiij.col.in lectu.antiq.C.de fidei-
com.& ita etiam concludit Abb.in c.j.in fi.de rapto. & Ar-
chi.in c.licet canon.ĩ.de elect.& hoc latiſsimè probat in no-
tabili q.Ioan.And.in regu.cui licet.ĩ.de reg.iur.in mercuri.
Sed tamen in contrarium eſt deciſio Bald.in §.ad hæc.in vj.
35 col.de pace iur.firman.†vbi concludit Epiſcopum receptan
tem furem incidere in excõmunicationem latam vigore ſuę
conſtitutionis diſponentis,ꝙ furans ſit excõmunicatus.Ta-
men quicquid ſit prima opi.eſt communis,& verior reiecta
opi.Bal.per ſupra dicta,& alia plura,quæ ad iſtud propoſitũ
congerit Firmia.in trac.Epiſcopi.in ij.parte,lib.iiij.q.xvj.&
ibi diſputat quod etiã in Papa,de quo ſpecialius dixi in regu
la,de infirmis reſign.q.j. Et hoc de plano procedit in pœna
de qua Domi.hìc loquitur,& prædicti Doct.Secus tamen eſt
in iuramento per quod ſtatutũ confirmatur:quia illud bene
ligat ſtatuentes,vt ab illo retrocedere non poſsint ſine no-
ta periurij,vt no.Abb.in c.conſtitutus.de reſcrip.diſtinguen
do tamen nota.vt per eundem in c.dilecto.col.fi.de præb.&
36 hoc idem in Papa videtur habere locum,†qui proprio iura-
mento ligatur,nec ſe ab illo ſine cauſa abſoluere poteſt:pro-
ut concludit And.Sicu.in c.j.nu.57.de conſti.vbi refert Inn.
dicere in c.non eſt.de voto.ꝙ Grego.xij.qui in conclaui an-
te Papatum iurauit,& vouit renunciare Papatui pro ſędãdo
ſchiſmate,quod durauerat triginta annis,ꝙ fuit aſtrictus iu-
ramento:& hoc idem cum pluribus concor. reaſſumit Deci.
in conſil.clj.Maximi ponderis.in v.col.in j.parte.& latiſsimè
iſtam partem defendit poſt longam diſputationem Hiero.
Vicecomes in trac.de obligatione Papali.in iiij.quæſito.Sed
tamen authoritates prædictæ intelligũtur quando Papa per
viam contractus ſe obligat & iurat obſeruare:quia tali caſu
cùm de præiudicio tertij agatur,efficax eſt iuramentum: &
37 ratio eſt in promptu,quia iuramentum eſt talis naturæ,†ꝙ
actum aliâs de ſua natura reuocabilem facit irreuocabilem:





vt tradit latè Iaſ.in l.ſi cõuenerit.ff.de iur.om.iu.Deci.& alij
in c.j.de iudi.cũ cõcor.vt ſcribit Thomas Ferrarius in caute.
xxx.cum quibus concordant Mod.omnes tã in c.j.de conſti.
quàm in c.j.de prob.vbi eſt propria materia,ſed vbi per viã
ſtatuti,vel alterius diſpoſitionis nõ ſonantis in contractum
Papa iuraret,credo illũ nõ teneri nec ligari iuramento,ratio
38 eſt,†quia ſtatutũ de ſui natura eſt reuocabile, & dependens
à voluntate principis,& ſic vnius:vt patet in c.j.& ibi gl.ſu-
pra eod.& in l.fi.C.de legi. & iuramentum ſortitur naturam
diſpoſitionis ſuper qua interponitur:vt in l.fin.C.de non nu.
pec.vnde tali caſu reuocato ſtatuto iuramentum etiam cen-
ſetur reuocatum ex eo,quia in eo ſemper ſubintelligitur illa
clauſula rebus ſic ſtantibus,vel ſi Papæ placuerit,vt in c.ne
quis.xxij.q.ij.in l.cum quibus.ff.de ſolu.& in c.venientes.de
iureiur.& ita procedit dictũ Pet.de Anch.in c.venerabilem.
in fi.de elec.cum multis quæ congerit Fel.in c.j.in ix. col.ver.
ſexta declaratio.de conſti.& ibi reſpondet ad quandã ratio-
nẽ contrariã de quibus Doct. latiſsimè diuagantur in dictis
locis vbi videndũ eſt,quia nõ eſt hìc proprius locus.nã vide-
mus exẽplũ de Papa Paulo ij.& de Gregorio xij.quod refert
And.Sicu.in c.in præſentia.in xxxiij.& ſeq.col.de proba.qui
iurauerãt in cõclaui ante aſſumptionẽ & poſt capitula.xliij.
obſeruare & nullos creare Cardinales,niſi de voto vnanimi
omnium Cardinalium. Et tamen poſtea hoc non obſerua-
uit. Nam creauerat viij. Cardinales inter quos fuit creatus
generalis ordinis ſancti Frãciſci,qui poſtea fuit creatus Pa-
pa & vocatus Sixtus iiij. Et idem fecit Gregorius xij.qui vt
refert do.Anto.de But.in c.j.de conſti.iurauerat ſe non crea-
turum Cardinales:& hoc non obſtante creauit poſtea duos,
quorum alter vocabatur Gabriel de Cõtumelijs,qui poſtea
creatus fuit Papa & vocatus Eugenius iiij.Et licet idem An-
dre.Sicu.multis verbis eos defenderit in tracta. ſuo de præ-
ſtantia Cardinalium,in d.c.in præſentia.ſe contrarium con
ſuluiſſe dixit,& ſe excuſat à contrarietate ibi exemplo Au-
guſtini qui librum retractatio.fecerat.Sed circa prædicta vl-
terius aduertendum eſt, quòd iſtæ opin. poſſent ſic nouiter
concordari, ꝙ aut ſtatutum prohibet aliquid quod eſt con-
tra bonos mores naturales,& ſuper illo apponitur pœna vel
iuramentum, & tali caſu credo ſtatuentem ligari, aut verò

illud quod prohibetur eſt contra bonos mores ciuiles tãtùm
& apponitur pœna,& tunc dicerem nõ ligari ſtatuẽtes,arg.
eorum quæ tradit Iaſ.poſt Pau.de Caſt.in l.pacta quæ cõtra.
c.de pac.& in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de ver.ob.de qua ma-
39 teria dixi in regula Cancellariæ xviij.†Not.ſextò ex iſto tex.
ibi,cùm extra territorium &c.ꝙ ſtatutum non extendit vires
ſuas extra territorium:ita iſtum tex.no.Abb.in c.quæ in ec-
cleſiarum.in prin.de conſti.& in rub.de fo.compe.vbi decla-
rat quid ſit territorium,de quo hîc tex.loquitur & dicetur ĩ.
in glo.& ad hoc idem not.Ale.in conſi.xlj.in v.vol. vbi plu-
res concor. allegat:& iſtam regulam ampliat & limitat xvij.
modis Iaſ.in l.fi.ff.de iur.om.iu. Sed vltra ibi dicta per eum,
& alios ibi & hîc adde pro declaratione & ampliatiõe iſtius
tex.& regulæ aliquas deciſiones Doctorum in practica,quas
ex varia & multa lectione collegi addendo ad eas vel detra-
hendo prout dubitari continget. Primò igitur iſta regula
text.noſtri procedit quãdo ſtatutum eſt odioſum,tunc enim
limites dioceſis nõ excedit:vt no.Bald.in l.j.c.de ſum.Tri.&
ibi latè Bar.& reaſſumit latè Soc.vbi multa cumulat in cõſi.
cclxxj.incip.In præſenti conſultatione.col.pen. in ij.volu.&
notabiliter per eundem in conſi.lxxiiij. In præſenti conſul-
tatione.in iiij.col.lib.j. vbi ita intelligit text. hîc:& in conſi.
40 xxxvj.Rectè ac maturè.in j.col.j.lib. & hinc eſt†ꝙ ſubditus
Epiſcopi non ligatur pœna ſtatuti prohibentis ſub pœna
excommunicationis ne quis tali tempore vadat de nocte,ſi
extra dioceſim vadit de nocte:vt dicit Abb.poſt alios quos
refert in c.j.de rapto.& reaſſumit.Alex.in conſi. cxj.in j.vol.
41 †Nam tale ſtatutum dicitur eſſe iniuſtum quando excedit
fines iuriſditionis:vt dicit Abb.in c.j.in ij.col.& ibi Fel.in ix.
col.de conſti.& idem dicit Abb.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.
in v.col.eo.ti.& alleg.tex.iſtum & ibidem in x.col.ſecus verò
eſt in ſtatuto fauorabili quia tũc bene ligat extra territoriũ:
ita notabiliter dicit Bal.in conſi.cccxcvij.Præmittendum eſt
ad euidentiam.in vj.volu.vt ſi ſtatutum dat præmium occi-
42 denti bannitum comprehendit†etiam occidentem bannitũ
extra territorium:& licet contrarium teneat Iaſ.in d.l.fi.in j.
extenſione,dum alleg.pro ſua opi.Imol.in cle.paſtoralis.in ij.
col.in vj.notabi.de re iud.& alios vt ibi per eum:quem etiam
ſequũtur tacito authore hîc Mod.Bon.nihil alterius addẽtes.
Tamen


Tamen prima opi.Bal.in d.cõſil.videtur mihi verior & ma-
gis communis per rationem de qua dixi ſupra in gloſ.ſenten
tijs.quam ſequitur Nellus in tra.bannito.in ij.parte ij.tempo
ris.q.lvj.& duab.ſeq.& plures alij quos referunt Mod.Bono.
qui hanc partem probant in l.infans.in v.col.ff.ad legẽ Cor.
43 de ſica.& hoc ratione probatur vltra ipſos,† quia quando
delictum habet originem à loco ſtatuentis ex cauſa iam da-
mnata tali caſu ſtatutum porrigit effectum ſuum extra terri
torium:vt dicit notabiliter Anto.de But.in c.à nobis.j.de ſen
ten.excom.& ſequitur Feli.in c.propoſuiſti.in xv.col. de for.
compet.iſtud tamen declaratur procedere, ſecundùm quod
intelligit Bal.in tracta.ſtatuto.in ver.bannitus.ver.ij.videli-
cet ꝙ tale ſtatutum extendetur extra territorium quo ad re-
miſsionem per illud conceſſam,quæ porrigitur extra limites
iuriſditionis fauore publico:per hoc tamen nõ tollitur quin
ſtatuto illius territorij,vbi bannitum occidit,puniri nõ poſ-
ſit:& ita poſſunt opin.contrariæ concordari.& ita etiam vi-
detur ſentire Bal.in c.ex literis.circa fi.de conſtit.cum ſimi.&
per hoc iuſtificatur quod Feli. dicit in c.propoſuiſti. in vj.&
xv.col.de fo.compe.& in c.poſtulaſti.in vj.col.eo.ti. Secundò
per regulam iſtius tex.dicit Abb.in c.cùm dilectus. de cõſue.
44 in prin.†quòd patronus eccleſiæ non poterit etiam tempo-
re fundationis diſponere de iuribus ipſius eccleſiæ in præiu
dicium ipſius Epiſcopi,vnde non poteſt tranſferre in alium
prælatum ius conferendi, nec hoc ſtatuere cùm pertineant
ad Epiſcopum cuius eſt iuriſditio,vt hîc.Nam, qui nõ habet
iuriſditionem non poteſt hoc facere:quia ius dicere ſtatutis
ligari à pari procedunt,vt hîc:& idem tenet Abb.in c.ſigni-
ficatum.in j.nota.de præb.cum concordã. quæ adducit Fel.
in c.cùm venerabilis.xij.col.de excep. Sed aduertendum eſt,
quia videtur ꝙ patronus tẽpore fundationis de iuribus ec-
45 cleſiæ diſponere poſsit.†Nam regula eſt ꝙ in traditione rei
ſuæ quis poteſt apponere pacta quæ vult l.in traditionibus.
ff.de pac.& in puncto hoc vide firmare Hoſt.in c.ea quæ.de
ſtatu regula.cum ſi.quæ congerit Fel.in tracta. quando lite-
ræ Apoſtolicæ,&c.in ij.col.verſi.corroboro.& Barb.in con-
ſil.xxxiij. Scripſit Pſalmiſta.in iiij.col. in ij.lib. Sed iſtis non
obſtantibus nõ recedendũ eſt ab opi.Abb.quæ cõmunis eſt:
vt patet ex adductis per Fel.in c.cùm acceſsiſſent.in viij.col.
de conſti-

de conſti.& ad adducta in contrarium in terminis reſpondet
Roch.Curtius in tracta.iuriſpatronatus. in ver. pro eo ꝙ de
dioceſani.in xij.q.vbi latius loquitur, & copioſius Lamber.
in tracta.iuriſpatronatus.in j.& ij.par.& in iij. Tertiò per
iſtum tex.dicit notabiliter Abb.in c.ex parte.el ij.ij.col.extra
46 de offi.deleg.†ꝙ mandata & reſcripta principis etiam gene
ralia recipiunt interpretationem,ſecundùm poteſtatem man
dantis:vnde ſi princeps mãdat,ꝙ omnes exceptiones remo-
ueantur in caſu in quo non poteſt eas remouere: vt quia ge-
neraliter intelligendo excludentur defenſiones,quæ ſunt de
iure gentium,& tunc illa poteſtas,ſiue mandatum, reſtringi
tur ad limites poteſtatis,ſicut hîc:ſecus in materia in qua po
47 teſt diſponere:†quia tunc tale mandatum generale genera
liter debet intelligi.Et ita in notabili caſu dicit idem Abb.
48 per iſtum tex.in c.cum tempore.in iiij.col.de arbi. †Tu ex
hoc collige ꝙ quando agitur de iuriſditione,nõ valet argu-
mentum, hoc poteſt fieri in ſpecie, ergo in genere per iſtum
tex.quem ad hoc alleg.Io.de Imo.in cle.paſtoralis.in fi.de re
iud.& Fel.in c.ſi quis contra.col.pe.de foro compe. & ſecun-
dùm hoc iuſtificantur ea,quæ Mod. tradunt in l.j.ff. de offi.
eius.de argumento de minori ad maius poſt Soci.in repe.l.j.
ff.quis,& à quo.Item per iſtum tex.dicit idem Abb. in c.no-
uit.in ij.col.de offi.deleg.ꝙ licet ea quæ expediũtur ſine cau-
ſæ cognitione,& non pro tribunali, poſſunt exerceri extra
territorium.l.ij.ff.de offi.procon.l.fi.ff.de offi. præfec.vrb.&
ideo tenet excommunicatio ſi Epiſcopus iniuſtè extra terri-
torium excommunicauit,vt quia ſine cauſæ cognitione, &
abſque eo ꝙ ſedeat pro tribunali illam fulminauit: vt ſentit
gl.in c.Epiſcopũ.xix.q.iij.Tamen ſi vellet contẽtioſè proce-
dere nõ teneret proceſſus,etiã ſi nõ excipiatur: quia iuriſdi-
tio inhæret territorio,vnde extra territoriũ nõ eſt iudex, &
ita intelligit tex.hîc,quod no.Iſtud tamẽ ibi limitat, niſi iu-
dex haberet conſenſum illius iudicis alterius territorij parti
bus conſentientibus,vt ibi per eum:& pro iſto dicto Abb.fa
cit dictum Fel.in c.cùm inferior.in ij.col.de maio.& obe.vbi
49 dicit†ꝙ licet quis poſsit abſoluere, nõ tamen poteſt excom
municare.vnde prior ordinis Hieroſolymitani poteſt ex pri
uilegio abſoluere generalẽ ab excõmunicatione propter ma
nuum iniectionẽ in clericum,licet ille generalis ſit ſuperior
illius,non



illius,non tamen poteſt illum excommunicare: & idem dici-
mus de Legato de latere qui abſoluit nõ ſubditos ab excom
municatione, c.pen.de offi.leg.& tamen non poteſt illos li-
50 los ligare:†ratio eſt,quia abſolutio eſt iuriſditionis volunta-
riæ,& fit quaſi extra iudicium,& ideo poteſt fieri extra lega
tionem,limitando tamen,vt dicam inferius, ſed excõmuni-
catio non poteſt fieri niſi cauſa cognita,c.ſacro.j. de ſenten.
excõ.& videtur actus iudicialis, & iuriſditionalis,& ideo nõ
poteſt fieri extra territorium,vt hîc, & ſecundùm hoc ritè
procedunt duæ illationes,quas ponit Iaſ.in d.l.fin.in ij.col.
ver.ſecundo ex iſta,cùm in iuriſditione voluntaria funden-
tur,de quo tamen inferius dicetur. Et per iſta dicit etiam
Old.conſi.lxxiij.incip.Quæritur ſi prælatus.ꝙ Epiſcopus nõ
poteſt concedere literas indulgentiarũ pro opere quod fieri
debet in aliena dioceſi:& hoc multis ratiõibus probat,& in-
ter cæterea per regulã iſtius tex.& idem Oldr. aliã deciſionẽ
ponit in conſi.xvij.& dicit Egid.in deci.cccccviij. per iſtam
regulam,ꝙ auditor cameræ,camerarius vel alius præter Papã
nullo modo poſſunt citare extra curiã, quia iuriſditio eorũ
eſt tantũ in curia,& propterea dicit ꝙ in hoc arguitur teme-
ritas auditoris cameræ, quia dicit ſe executorẽ proceſſuum,
& omniũ cõſtitutionũ Papalium tanquàm ordinarius,& per
hoc omnẽ iuriſditionẽ ordinariorũ,imò ipſius Papæ nititur
occupare,cùm tantum ſit iudex cortiſanorũ, vt vtar verbis
ipſius Egidij deci.ccx.vbi hoc idem tenet. Præterea per iſtũ
51 tex.dicit Fel.in c.ſi quãdo.in prin.de offi.deleg.ex illo tex.†ꝙ
delegato iniuſtè procedenti nõ reſiſtitur,ſed iſtud nõ proce-
dit quando iudex procedit extraiudicialiter, & ſic extra iu-
riſditionẽ grauando,quia licet nõ ſit appellatum dummodo
grauamẽ ſit ita reparabile indiſtinctè reſiſti poteſt,pro quo
52 alleg.tex.hîc vbi patet†ꝙ extra territoriũ iudici nõ paretur,
poteſt igitur ei reſiſti,& ſic ponit Fel.regulã, ꝙ vbi datur præ
rogatiua reſpectu certi officij, illa nihil operatur, quatenus
ille aliquid facit extra officiũ,pro quo allegat ibi multa ſimi
lia,quæ per te videas,qbus adde notabile dictũ Abb.in c.ſi-
gnificauit.in ij.col.de offi.or.vbi iſtud idẽ exẽplificat in Pa-
pa,& alleg.tex.hîc,& ratio eſt,quia tũc ille extra officium vt
53 extraneus iudicatur.†Hinc eſt,ꝙ Epiſcopus nõ ſolum à pari,
ſed etiã ab inferiori prælato poteſt iudicari & puniri quãdo
delinquit

tatis.de ſchiſmati.ergo in dubio debemus reſcriptum inter-
27 pretari iuſtitiæ.†Et quia in dubio verba in ſpecie nõ in ge-
nere capi debent,l.hoc legatum.de lega.iij.& ita etiam idem
Geminia.tenuit in conſil.lxv.col.vj.qui alleg.Archi.& Ioan.
An.in d.c.ſi cui. Attentis igitur prædictis cõueniẽs erit prius
de iſto reſcripto iuſtitiæ tractare,& quia vt dixi, tale reſcri-
ptum iuſtitiæ duas cõtinet partes,prima quæ in commiſsio-
nibus verſatur,de quibus hîc nihil dicam cùm hoc latius at-
tingam in dicta regula Cancellarię xxv.vbi eſt proprius lo-
cus:ſecunda pars quæ in breuibus conſiſtit,ideo hîc de illis
ſpecialiter fiet ſermo,deinde de Gratijs expectatiuis,& man
datis,quæ reſcripta gratioſa dicuntur ſcribam,ſuper quibus
plura in practica vtilia adnotabo,quæ per xxviij.annos in
curia reſidens multa lectione experientia ac tractatu peri-
tiorum in hac re verſantium collegi & notaui, quæ
ideo vobis chariora eſſe debent,quia iſta mate-
ria à Doctoribus noſtris nullis in locis tra-
ditur,ſed oportuit eam ex locis inuijs
& per mendicata ſuffragia ex-
piſcari,ſed iam rem
ipſam aggre-
diamur.

# Tractatus breuiſsimus,

## SIVE EPILOGVS IN MATERIA BREVIVM.

POſtquàm ipſius tituli ſignificatio expoſtulat vt ſingulas reſcriptorum partes diſcurramus, non erit vltra propoſi tum materiam quoque Breuium per quædam notabilia diſtinguere, materia enim frequẽs eſt & vtilis, & à Doctoribus noſtris parùm diſcuſſa, atque proinde excuſatione dignus videbor ſi in tam ſterili campo tenues ſulcos ducam. Sufficiet enim mihi viam inueniendi curioriſis dare. Diuidetur igitur huiuſmodi compendium in duas particulas, in prima diſputabitur vtrum breuia appellari propriè poſsint reſcripta ſeu literæ Apoſtolicæ, adeò ꝙ ſub rubrica noſtra cõprehendantur, ex qua diſputatione multa ad vſum curiæ neceſſaria colligentur. In ſecũda enumerãtur cauſa exempli plures caſus qui per viam breuis expediri ſolent, ac quidam alij qui per breue non conceduntur, ad quos facilè quilibet addere alios caſus poterit. Nã non fuit intentionis meæ omnes caſus enumerare, ſed quoſdã exempli gratia poſuiſſe, ſed iam primam operis huius partem videamus.

1 *Breuia noſtri temporis an ſint ad inſtar reſcriptorum.*
*Breuia num æquiparantur bullis. ibidem.*
2 *Reſcripta dicuntur literæ Apoſtolicæ.*
*Literæ Apoſtolicæ dicuntur quæ habent plumbum. ibidem.*
*Falſans breue an incidat in pœnã c. ad falſariorũ. de cri. fal. & nu. 5.*
3 *Reſcripta debent continere ſolennitates l. ſacri. C. de diuer. reſcrip.*
*Breuia fuerunt nouiter inuenta. ibidem.*
*Literis Apoſtolicis datur maior fides, quàm breuibus. ibidem.*
4 *Literæ Apoſtolicæ habent ſe ad inſtar inſtrumẽti publici, breue verò ad inſtar inſtrumenti priuati.*
5 *Breuia an appellari poſsint literæ Apoſtolicæ.*
*Archiepiſcopus Cuſſentinus propter falſitatem breuis tempore Alexãdri, & Sebaſtianus de Federicis propter falſitatem ſupplicationum, tempore Leonis x. combuſti fuerunt.*
*Falſarius eſt qui ad ſignaturam Papæ ſolum punctum addidit. ibidẽ.*
7 *Extrauagans iniunctæ Bonifacij habet locum in breuibus.*

Breue



*Breue an appellatione ſupplicationis contineatur. & nu. 9.*
8 *Cancellaria non poteſt breuia concedere, licet commiſsiones de ſimplici iuſtitia concedat.*
*Cancellaria non poteſt cauſam cõmittere in partibus. ibidem.*
9 *Reg. Cancel. loquẽtes de ſupplicationibus non habẽt locũ in breuibus.*
*Supplicationum duplex eſt ſpecies. ibidem.*
*Breuia hodie poſſunt æquiparari bullis expeditis per Cameram. ibidẽ.*
*Tex. in c. ad audientiam. de reſcrip. extenditur ad breuia. ibidem.*
*Breuia, aut ſimpliciter, aut ſupplicatiõe ĩtrocluſæ hodie expediũt. ibi.*
*Breuia vnde appellantur. ibidem.*
10 *Diſpenſatio de non promouendo conceſſa ab Ordinario in quo differat à conceſſa per Papam*
*Ordinarius non diſpenſat contra ius commune, niſi ex cauſa. ibidem.*
*Pœnitentiarius maior poteſt diſpenſare in omnibus caſibus in quibus Ordinarij diſpenſant & vltra in alijs cõtentis in priuilegijs. ibidem.*
*Stylus ſacræ Pœnitentiariæ approbatur à Rota. ibidem.*
*Pœnitentiario maiori creditur de eius ſtylo. ibidem.*
*Pœnitentiarius maior poteſt diſpenſationis de non promouendo tempus prorogare, ſed Ordinarius non. ibidem.*
11 *Prorogatio non debet excedere tempus datum in diſpenſatione.*
*Prorogatio vera debet tria requiſita continere. ibidem.*
*Prorogari non poteſt tempus diſpenſationis per maiorem Pœnitentiarium, quando diſpenſatio facta fuit per Papam. ibidem.*
*Prorogare gratiam interdum eſt maius, quàm concedere. ibidem.*
*Prorogatio debet continere ſaltem effectum primæ diſpenſationis. ibi.*
12 *Prorogationis tempus currit à data eius, non à fine primi temporis.*
*Epiſcopus non poteſt minuere tempus conceſſum in diſpenſatione, poteſt tamen illud facere per viam prorogationis. ibidem.*
*Prorogatio temporis ad ſe conſecrandum, non facit quominus vacent priora beneficia, niſi illa ſit conceſſa motu proprio, ſecus in prorogatione de non promouendo. ibidem.*
13 *Ordinarij & maior Pœnitentiarius, poſſunt vti clauſula motus ꝓprij.*
*Diſpenſatio ad duo incompatibilia conceditur per breue, non aũt per Pœnitentiariam, & quid hoc caſu concedatur.*
*Diſpenſatio circa vnum non operatur habilitatem circa alia. ibidem.*
14 *Poſſeſsio qđ ꝓpria authoritate capiat breue ſine vitio ſpolij ſolet cõcedi.*
15 *Poſſeſsio cum executorialibus de ſtylo Rotæ capi non poteſt, niſi præcedentibus obſeruatione quatuor terminorum & declaratoria.*
16 *Teſtandi licentiam de bonis eccleſiæ clericis vel religioſis qualiter cõcedatur etiam per ſacram Pœnitentiariam.*
17 *Romana eccleſia ſolita eſt ab antiquo capere bona clericorum defun-*

 ctorum

ctorum non habentium licentiam teſtandi.

18 Religioſi etiam mendicantes, & moniales poſſunt de licentia retinere pecunias acquiſitas ex confeßionibus vel prædicationibus, pro libris vel veſtibus.

19 Bigamus ad ſacros diſpenſatur per breue, ſed non per Pœnitẽtiariam.

20 Bigamus verus eſt, cognoſcens vxorem ſuam adulteram quam virginem habuit, etiam peracta pœnitentia.

21 Epiſcopus cum bigamo regulariter non diſpenſat ad primam tõſuram niſi ex euidenti cauſa.

Epiſcopus ex cauſa contra concilium generale. ibidem.

22 Venditio rerum eccleſiæ in euidentem eius vtilitatem à quibus, & ad quam ſummam, & quomodo concedi ſoleat.

23 Beneficiatus licet de fructibus beneficij poßit creditoribus ſuis ſatisfacere, non tamen poteſt res eccleſiæ ad hoc vendere.

24 Compoſitiones pecuniariæ quæ fiunt cum datarijs vtrum ſint licitæ.

25 Pecunia pro prophetia capi poterat.

Epiſcopi in veteri eccleſia, peccata pecunia componebant. ibidem.

26 Altare portatile quibus & quomodo per ſignaturã Papæ & per breue concedatur.

Altaris prædicti licentia conceſſa per ſacram Pœnitentiariam iudicatur firmior, quàm conceſſam per fabrica vel archiuium. ibidem.

27 Declaratoria quòd degradatus & reſtitutus de nouo ordinetur, non conceditur per breue.

28 Declaratoria religionis per vim vel metum, quomodo conceditur.

29 Declaratoria religionis pro minore annis, quomodo & per quã viam conceditur.

Proteſtatio facta in profeßione releuat religioſum in multis. ibidem.

30 Metus non purgatur per mille annos, durante cauſa metus.

31 Licentia ſtandi extra religionem conceditur religioſis multis modis.

Infirmitas eſt cauſa extrahendi religioſum à monaſterio: & qualiter hoc intelligitur. & nu. 32.

32 Infirmi inter miſerabiles perſonas numerantur.

33 Inimicitiæ capitales vel aëris intemperies præſtat legitimam diſpenſandi cauſam.

34 Conuentuales viuunt ſicut accipiter.

35 Licentia datur religioſis exeundi monaſterium propter ſubuentionẽ parentum & quomodo.

36 Parẽtibus nullus honor maior præſtari põt quã eis ægẽtibus ſubuenire.

37 Parentum ſubuentio ſuperat omne votum.

38 Votũ omne regulare eſt ꝑpter hominẽ, et homo maior eſt quocũq; voto.

39 Religioſus per ingreſſum religionis nõ abſoluitur à debito coniugali.

Ciconiæ



Ciconiæ alunt parentes ſenio confectos. ibidem.

40 Religioſus poteſt ita religionem ſeruare in domo patris vel amici, ſicut in monaſterio.

41 Religionis obligatio prouenit à conſtitutione humana.

Filios parẽtibus auxiliũ nõ præſtãtes à concilio anathematizant. ibi.

42 Votum & iuramentum æquiparantur.

43 Doctorandi licentia per breue non conceditur, ſed per aliam viam.

Forma quæ ſeruatur in aliquo doctorando. ibidem.

44 Doctorandi promotor poteſt iurare eſſe idoneum, qui non eſt, nec erit peritus ſecundùm conſuetudinem

45 Fratres mendicates quòd poßint capere annuos reditus pro mißis dicendis non conceditur per breue.

46 Iuramenti relaxatio ad effectum agendi & excipiendi per breue non conceditur, ſed quomodo per ſignaturam Papæ vel ſacræ Pœnitentiariæ concedi ſoleat.

47 Exceptio facilius quàm actio concedi ſolet.

48 Iuramento nullum maius vinculum inuenitur: nam ſuperat rem iudicatam.

49 Periurus non abſoluitur ad effectum agendi niſi parte citata: & dũmodo in ſupplicatione exprimat ſe enormißimè læſum, nec ſufficiet enormis læſio.

50 Periurum regulariter non abſoluit Epiſcopus nec maior Pœnitentiarius, niſi ex priuilegio.

51 Abbatiſſa vt eſſe poßit mulier corrupta, non datur per breue neq; per ſacram Pœnitentiariam, niſi certo modo.

52 Pœnitentiaria diſpenſat cum criminoſo occulto, cum quo notoriè non diſpenſaret.

53 Exẽptio perſonæ non cõceditur per breue, nec per ſacrã Pœnitẽtiariã.

1 MAGNA ſanè fuit olim inter recẽtiores Iuriſperitos, & ſtyli Ro. curiæ practicos noua & recens contentio, † nũquid breuia noſtri tẽporis ſe habeant ad inſtar reſcripti Apoſtolici: nã Feli. in rub. ſupra eo. ti. tenuit breuia eſſe reſcripta: pro cuius opiñ. facit quia diffinitio & etymologia reſcripti competit breui Apoſtolico, adeò ꝙ reſcriptum dici poteſt. quam opi. pluribus fundamẽtis probat Rolan. de Cur. in conſi. incip. Et primo ſuper primo. In cauſa Vercelen. mona. vbi non ſolùm breue æquiparat reſcripto, ſed etiã bullæ Apoſtolicæ. Ex quo infert, ꝙ ſicut per reſcri-

 ptum, vel

ptum,vel per bullã poſteriorẽ tollitur prima, ita per ſecũdũ breue tollitur prima bulla,quia eandem vim habẽt breuia q̃ bullæ ſeu reſcripta,vt ibi per eum, pro quo facit text.in l.j.c. de apoc. public.libro x. ibi, *quadrimeſtribus quoque breuibus ad*
2 *excellentiæ tuæ officium ſolenniter diriguntur,&c.* † Alij contrarium aſſeuerant moti ex eo,quia reſcripta Apoſtolica dicuntur literæ Apoſtolicæ:vt patet in c.ij.& ca.ſuper literis.& toto ti.noſtro de reſcri.cuiuſmodi ſunt reſcripta cõtradictarum quæ omnia plumbantur:& literæ Apoſtolicæ dicuntur illæ quæ habẽt bullã,id eſt plumbũ:vt tenẽt Doc.in procœ.ſupra eo.& glo.in reg.cancel.xxv.& xxix.& lxix.quæ alleg.c.licet.& c.quàm graui.de cri.fal.ſed breuia nõ plumbantur,& ideo literæ Apoſtolicæ,ſeu reſcripta dici nõ poſſunt.Ex quo inferũt prædicti Doc.poſt gl.in d.regul.xxv.ꝙ falſans breue non incidit in pœnã c.ad falſariorũ.de cri.fal.Sed debet extraordinariè puniri:nã ex quo ille tex.loquit̃ de literis Apoſtolicis,& breue nõ eſt litera Apoſtolica,quia nõ eſt plũbata meritò ſub illa diſpoſitione nõ cõprehẽditur qđ videtur ſen
3 tire Deci.in conſi.clxxv.incip.In cauſa falſitatis. †Pro quibus facit quia videmus ꝙ reſcripta debent cõtinere ſolennitatem,de qua in l.ſacri affatus.c.de di.reſ.quæ in bræuibus non apponitur.Item breuia ſunt nouiter inuenta,vt author eſt Poly.lib.viij.de inuen.rerum.c.ij.reſcripta verò ſunt antiquiſsima,igitur nihil habent cõmune cum eis,& quia literis datur maior fides q̃ breuibus,vt patet in extraua.Bonifa.in-
4 cip.iniũctæ.facit pro hoc c.j.viij.q.v.facit etiã† quia literæ Apoſtolicæ ſub forma plũbi habent ſe ad inſtar inſtrumẽti publici:vt tenet Soci.in conſil.xij. Quoniam.col.fi.lib.j.Simplex verò breue habet ſimilitudinum inſtrumẽti priuati:vt videtur tex. in l.j.c.de exact.trib.lib.x.ibi,*à tabellario ciuitatis nominatim breues accipiant debitorum,&c.* & ſic bulla videt̃ fortior in hoc,iuxta ea quæ tradit Arch.in c.Apoſtolicæ.xxxv. q.ix.& Hoſti.in c.dura.de cri.fal.Et in iſta opi.fuit Ioã.Bap. de S.Seuerino,in quodã ſuo cõſil.inci.Cùm diligẽtiſsima.in ij.col.nihil allegãs.Et pro hac parte conſuluit etiam Beltran. de Viſo,qui voluit ꝙ duobus contendẽtibus de officio indicatus appellationũ vtrique conceſsi,vni per breue,alteri per per bullã,præferatur ille qui habet per bullã,licet eſſet poſterior in data,qđ ita probat,quia reſcripto vel literis Papȩ nõ

creditur



creditur ſine bulla:vt no.in procœ.vj.in gl.Sed breue nõ habet bullã,igitur illi nõ eſt credendũ,niſi quando de prȩiudicio ſolius ſcribentis ageretur,quia tali caſu priuata ſcriptura fidẽ faceret:vt in terminis eſt tex.in l.inter.c. de cõue. fiſ.debi.lib.x.& no.in l.ſcripturæ.c.de fid.inſt.Nam vt dicebat Io. Bap.de S.Seue.videtur durũ,ꝙ breuia faciãt illã fidẽ quã faciũt bullæ ſiue reſcripta principũ,cùm ſcribãtur à ſolis ſecretarijs,& per Papã ſignẽtur in cera rubea,qui dicit ſuper hoc maximã cõtentionẽ vidiſſe,an in materia beneficiali deberet illis dari fides cùm nõ videãtur à iure approbati,nec recepti cùm nõ regiſtrẽtur,ſed teneant in faſciculis & gratiæ beneficiales debẽt probari per literas Apoſtolicas,c.licet. de ſimo.& in breuibus nõ habetur illa forma literarũ ſed diuerſa,& videtur hoc dãnoſum curiæ & cameræ Apoſtolicæ, vt in materia beneficiali breuia expediãtur cùm potius ad aliũ finẽ ſint inducta.Nã,vt inquit Ang.in l.bene à Zenone.c.de quad.preſcr.ſtylus Ro.curiæ eſt ꝙ Papa ſignet priuilegia per bullas plũbeas,& Imperator quibuſdã literis aureis, aliâs nõ
5 eſſet adhibẽda fides,vt ibi latè per eũ. †Sed pro primo opi. videlicet ꝙ breuia Apoſtolica poſſunt appellari reſcripta,ſiue literæ Apoſtolicæ:facit ſtylus palatij, qui ſolet appellare breuia literas,dũ Papa dicit ſe per ſuas literas in forma breuis ſcripſiſſe &c.& ſic appellat breuia literas, ergo Apoſtolicas,quia cõſtat bræuia nõ eſſe literas priuatorum.hȩc etiam opi.videtur ſuaderi per tex.in §.ſed ꝙ principi. Inſtit.de iur. natu.vbi quodcunque ſcribat princeps dicitur lex, & tamen ibi tex.nõ diſtinguit inter breuia & reſcripta,ſed dicit quodcunque &c.& ex hoc infero ꝙ text.in d.c. ad falſariorum de crimi.fal. procedat in falſante breue Apoſtolicum, quia ex quo dicitur reſcriptum propriè, & reſcriptum dicitur litera Apoſtolica, & text.in d.c.ad falſariorũ.loquitur ſimpliciter de litera Apoſtolica, non faciens differentiam inter breue, & bullam ſit ſigillata plumbo vel cera,meritò eſt dicendum pœnam illius capit.locum habere. Quod ſuadetur vlterius ex text.in capi.in memoriam.xix.diſtinctione. vbi puniuntur de falſo falſantes literam Papæ vel aliud quid:vnde non eſt dubitandum,quòd ſub illis verbis vel aliud quid ſaltem breue comprehendatur,& tamen illum text. Archidiaco. & Docto.ibi extendunt ad pœnas d.c.ad falſariorum. pro qua

opin.facit conſi.Federi.& de Sen.ccxix.incipien. Si notorium.
vbi vult ꝙ falſans literas domini Papæ ſiue in bulla, ſiue in
charta, ſiue alio modo incidit in pœnam d.c.ad falſariorum.
& tamen nõ eſt dubium ſub illis verbis breue cõprehendi ꝙ
litera Papæ appellatur. Præterea ꝙ breue dicatur reſcriptũ,
& litera Apoſtolica, & per conſequens comprehendatur ſub
diſpoſitione d.c.ad falſariorum.eſt deciſio in terminis Pe.de
Vicentia quondam cameræ auditoris inſignis in quodã ſuo
conſi.ſiue relatione facta coram Alex.ſexto ſummo pontifi-
ce in conſiſtorio ſecreto ſuper falſitate breuium cõmiſſa per
Bartholomeum Floridum Archiepiſcopum Cuſſentin. eiuſ-
dem Papæ ſecretarium, vbi multis rationibus probat d.c. ad
falſariorum.comprehendere Epiſcopos, & habere locum in
breuibus Apoſtolicis, quod conſiliũ hodie reperitur impreſ-
ſum, & licet illum de comprehẽſione Epiſcoporum ſit valdè
dubitabile, per ea quæ adduxit in contrarium Vincentius
Herculanus vulgo Friſius nuncupatus in quodam alio conſi.
impreſſo reſponſorio fundamentis dicti Petri, tamẽ quo ad
hoc de breui quod ſub dicto c.ad falſariorum.comprehenda
tur omnes tranſeunt, & ita fuit iudicatum per Alex.vj.in cõ-
6 ſiſtorio, vt ipſi referunt † & ita fuit priuatus & combuſtus di
ctus Archiepiſcopus propter falſitatem breuis. Non obſtant
modò quæ ſuperius adducta ſunt, quia nõ eſt verum dictum
gloſſatoris regularũ Cancellariæ, ꝙ literæ Apoſtolicæ ſolùm
dicantur illæ quæ ſunt plũbatæ, cùm iura allegata per eum
hoc non probent, minus videtur verum illud quod dicit de
falſante ſupplicationem, quia contra illum tenet collectarius
in d.c.ad falſariorum.qui expreſsè tenet, ꝙ falſans ſupplica-
tionem cõprehẽdatur ſub illo tex.vt expertus fuit Sebaſtia-
nus de Federicis Teruiſinus aliâs Doctor eminentis doctri-
næ & in precio habitus, qui propter falſitatem quarundam
ſupplicationum à Leone x. iuſſus eſt ignibus tradi: pro quo
facit dictum Soci.in conſi.ciiij.in ij.col.dum loquitur de fal-
ſitate ſignaturæ, & hoc procedit etiam ſi vna litera tantùm,
vel etiam vnus punctus poneretur, quia tales ſunt falſarij: vt
tradit Fel.in c.ij.in ij.col.ver.ſtylus.de reſcrip.& fuit ventila-
tum hoc dictũ Fel.coram Reuerendiſsimo Cardinali de Cę-
ſarinis contra Rodericũ de Auila quẽ à tali nota vt aduoca
tus defendebã cõtra ſcriptores Apoſtolicos, põderando tex.
in c.cauſam.



in c.cauſam.de reſc.vt latius dixi in conſilijs meis ſuper hoc
habitis. Non obſtat etiam text.in d.l.ſacri affatus. quia ille
tex.non loquitur in reſcripto ſed in priuilegio tantùm, vt in
terminis dicit domi.P.Archi.ſupra in procœmio in §.vniuer-
ſitati.& idem Domi.in c.j.de lit.conteſt.Nec etiam ob.ꝙ bre-
ue ſit inuentum recens, quia hoc negari poteſt, nam Polydo-
rus in d.c.ij.de inuen.rer, non dicit niſi ꝙ Ale.vj.primus col-
legium ſcriptorum breuium ordinauit.Nam propter hoc nõ
infertur inuentum fuiſſe recens, quia potuit eſſe antiquum,
licet erectio collegij recẽs, vt patet in collegio notariorũ Ro-
tæ.Nam licet eorum officium antiquum ſit collegium, verò
eorũ eſt recens & nouiſsimè ordinatum, ſic eſt dicendum de
breuibus, quia conſtat Rom.pontifices ante Ale.vj. eis fuiſſe
vſos, vt eſt videre in regiſtro diui Gregorij & palatij Apoſto
7 lici.† Nec ob.extraua.iniunctæ quia nõ excludit breuia cùm
veniant appellatione literarum, vt ſuperius eſt dictum: & pu
to illi extrauag.ſatisfactũ ſi quis breue Apoſtolicũ obtineat
ad probandum promotionem ſuã, vt tenet glo.in regula Cã-
cellariæ xxix.col.pen.per rationem quam ibi ponit, & idem
tenet glo.in regula xxv.col.fi.Alia quæ adducta fuerunt nõ
vrgent nec probantur vt conſyderari poteſt, & ideo conclu-
dendum eſt ꝙ breuia veniant appellatione reſcriptorum, vt
literæ Apoſtolicæ. Sed operæprecium videndum eſſet, nun-
quid appellatione ſupplicationis contineatur breue, & certè
hoc etiam dependet ab eo, nunquid ſupplicatio ſit reſcriptũ
quod poſſet defendi largo modo: ſed propriè conſyderando
breue non veniret appellatione ſupplicationis cùm cõtineat
forma & qualitates diuerſas, iuxta c.ſtatutum.de elec.eo.lib.
8 hoc apparet, † quia ſupplicationes ſiue commiſsiones de ſim
plici inſt.poteſt Cancellaria ſine ſpeciali commiſsione Papæ
cõcedere: vt tenet Egid.deci.ccccccij. ſecus tamen eſt in bre-
uibus.Ergo videtur eſſe diuerſa, patet hoc ex alio, quia per
breuia cõmittitur cauſa pendẽs in partibus quam Cancella-
ria nõ poteſt cõmittere: vt tenet Egid.deci.xlvj.& ideo gl. in
regula Cancellariæ xxv.tenet ꝙ illa regula quæ loquitur de
ſupplicatione, nõ habet locum in breui: & ibi in fin.col. dicit
tunc in tota pendere dubium: & hoc idem videtur tenere in
regula xxix.col.fin.& hoc etiam nouiſsimè tempore meo te-
nuit Rota coram R.P.D.Paulo Capiſucco Epiſcopo Neoca-
ſtren.bene-

ſtren.benemerito in cauſa Taruiſinæ penſionis de menſe
9 Maij 1536. Nam voluit maior pars dominorum, † ꝙ regula
Cancellariæ,de qua tunc agebatur diſponens ꝙ per ſuppli-
cationem nõ cenſeretur prouiſum alicui de monaſterijs, niſi
ſchedula conſiſtorialis iuxta illius datam fieret,nõ habet lo-
cum in breui per quod tũc fuerat prouiſum per Papam Cle-
mentem vij.Cardinali Piſano de Epiſcopatu Vicentino:&
ita etiam tenuit Rota in terminis dictarum regularum xxv.
& xxix.de quibus ſupra coram R.P.D.Io.Mohedano in vna
Hiſpalen.can.& in alia Tullen.abbatiſatus coram R.D.Pet.
Vortio.Sed dictæ opi.poſſunt concordari, ꝙ ſupplicatio po
teſt capi dupliciter,aut pro ſupplicatione gratioſa, & proce-
dant ea quæ ſuperius dicta fuerunt, quia clarum eſt breue
non eſſe ſupplicationẽ gratioſam cùm ſit pars reſcripti con-
tinentis iuſtitiam. Aut verò ſupplicatio capitur pro commiſ
ſione,prout ſecundùm communem vſum loquendi appellan
tur & tunc breue poteſt dici ſupplicatio ſiue commiſsio,cùm
per illud committantur cauſæ,habet tamen maiorem quali-
tatem quàm ſimplex commiſsio,vt de ſe patet de quo dicam
latius in regula Cancellariæ xxv.vbi melius cadet & propter
iſtã maiorem licentiã & plenitudinẽ poteſtatis, ex qua ema-
nant breuia poſſunt hodie æquiparari bullis expeditis per
camerã,vt colligitur ex his quæ dicit Car.Alexandri.in c.in
memoriã.col.pen.xix.diſt. poſt Benedictũ de Peruſio in c.ad
audientiã.iſto titulo,qui voluerũt ꝙ ſicut falſa latinitas non
vitiat bullas quę trãſeũt per camerã, ita neq; vitiant breuia,
qđ eſt notãdũ ad extẽſionem d.c.ad audiẽtiã.quod de literis
Apo.loquit̃.Et hæc de pri.par.ſufficiat.Secũda huius opuſcu
li pars quę latũ dicẽdi cãpũ prębere videtur,in paucis cõſiſtit
ex eo,quia pro maiori parte in practica verſat̃, & ideo in ea
ſufficiẽt exẽpla quędã expeditiones veluti ſtationes quaſdã
ponere per quæ plenior notitia haberi poſsit in dicta mate-
ria.& ideo pro eius introductione in primis notandũ erit ꝙ
olim nõ cõcedebantur breuia niſi in materia iuſtitiã concer
nen.hodie verò per breue nõ ſolùm expediũtur negotia cir-
ca cauſas ſeu iuſtitiã,ſed etiã circa gratiã quę omnia in par-
tibus cõmittũtur,quorũ expeditiones modernis temporibus
per ſecretarios plurimũ ampliatæ ſunt. A quibus ſolis breuia
cõficiuntur ſub ſigillo annulli piſcatoris in cera rubea,quorũ
collegium



colligium Alex.vj.vt dixi,primus omnium inſtituit cùm olim
à procuratoribus contradictarum expediri conſueuiſſent,&
iſta breuia aliquando conceduntur ſimpliciter,aliquãdo etiã
ſupplicatione introcluſa, vt dicit glo.in regula Cancellariæ
xxv.& quando habent ſupplicationem introcluſam licet per
eam committatur aliquid, non tamen illud breue poteſt dici
commiſsio,nec venit appellatiõe commiſsionis, ſed eſt quid
diuerſum:vt declarat idem gloſſator ſuper regula Cancella-
riæ xxix.& iſta via breuium temporibus noſtris eſt multum
frequens & vſitata propter breuiorum expeditionem, & ob
eam cauſam breuia dicuntur:quia breuiter & ſine apparatu
negotium continent,& ad exitum ducunt:vt in l.fi.c.de con.
fiſci debi.lib.x.quam ad iſtud propoſitum inducunt Moder.
in annotationibus quæ leuandæ.ff.ad legẽ Cor. de fal.& de
hoc vltra ipſos eſt bonus text.in c.humanæ.§.item obijcitur
illud.xxij.q.v.& in c.j.§.itẽ ſi vaſallus.ſi de inueſti.feu. cõtro.
fue.ad idẽ eſt tex.in l.excellentia.ibi, breuiũ datorũ,&c.c. de
eroga.mili.an.li.xij.& in c.j.ibi,breue teſtatũ,&c.qui ſucc.da.
feud.ten.Eorũ autem breuium quæ ſupplicationem intro-
cluſam non habent exempla poſſent poni plura,ſed deligam
ex illis quædã potiora cauſa vberioris doctrinæ,vt vos, qui
verſati nõ eſtis in curia , aliqua per imaginẽ & quodãmodo
per tranſitũ intelligatis. Primum igitur exẽplum, ponitur in
10 breui,†diſpenſationis de nõ promouendo ad certum tẽpus,
cuius formã in voce vobis refero:circa quod debetis notare
ꝙ vigore iſtius diſpenſationis nõ tenetur diſpenſatus durã-
te illo tẽpore promoueri,etiam ad ſubdiaconatus ordinẽ ad
quem teneretur promoueri,ſi diſpenſatus fuiſſet per ordina
riũ:iuxta formam c.cùm ex eo.de elect.eo.li. & hoc ideo eſt,
quia in forma huiuſmodi breuis hoc expreſsè cõtinet̃,& Pa-
pa hoc poteſt facere,ſed ordinarius nõ poteſt hoc cõcedere:
quia nõ diſpenſat cõtra ius cõmune contra quod eſſet talis
diſpẽſatio:quod eſt verũ niſi in caſibus expreſsis vel ex cauſa
legitima & expreſſa:vt in c.dilectus.de tẽpo.ordi.& ibi Abb.
& in c.cùm dilecti.de elec.& no.in c.at ſi cleri.§.de adulterijs,
de iudi.& in c.cùm inferior.de maiori.& obe. & ita nouiſsi-
mis tẽporibus cõcluſit Rota in vna ciuitatẽ.dimidię portio-
nis coram R.P.D.Nico.Aragonia pro Anto.Ferdinãdi,24.
Nouẽb.1536.vt latius ſcripſi in deciſionibus:& quod dictum
eſt de

eſt de Ordinario, idem dicendum eſt in maiori Pœnitentiario, qui hodie per priuilegia Sixti Papæ quarti, æquiparatur in his quæ ſunt de iure communi ordinarijs, & poteſt etiam vltra ordinarios in caſibus ſibi conceſsis in priuilegijs ſuis diſpenſare. Iſte tamen caſus in illis non continetur, & extra caſus cōtentos in priuilegijs, aut ſtylo, non poteſt plusquàm Ordinarius: vt tradunt Docto. poſt gl. ibi in cle. ne Roma. in verbo, expirare. de elect. & dixi latè in tract. de offi. & poteſtate maio. Pœnitentia. eſt bene verum ꝙ ſtylus ſacri officij multo tempore obſeruatus plura etiam tribuit q̃ in priuilegijs cōtineantur, & ille ſtylus approbatur à Rota: vt patet in deci. dccccxlvj. in antiquis, quæ eſt ſub tit. de filijs presby. dec. iiij. & de tali ſtylo ſtatur relationi maioris Pœnitentiarij, vt dicit deci. Rotæ ccccclxv. col. j. in antiquis: ſed circa caſum de quo loquimur, maior Pœnitētiarius ex ſtylo nō cōcedit plusq̃ Ordinarius: ſed in alio habet plusq̃ Ordinarius, quia poteſt tempus huiuſmodi diſpenſationis prorogare, & ita ſtylus Pœnitentiariæ ſe habet, ſed Ordinarius non, quia hoc non cauetur iure: & illa prorogatio poteſt fieri ter, & in qualibet prorogatione non ſolet concedi niſi annus, aliquando ſex meſes, & hoc ſecundùm cauſas vrgentes quæ narrantur. pro quo facit quę dicit Alex. cōſi. lxxj. ij. vol. licet ſecundùm Bal. in l. ſancimus. C. de fideiuſſ. & clarius in c. fi. in v. col. verſi. du-
11 bitabatur. † de cōſue. prorogatio nō debet excedere terminū principalem datum in conceſsione, licet poſſet eſſe tanti tēporis: quia prorogatio debet eſſe eiuſdē formæ & naturæ: vt dicit Bal. in conſi. cj. incip. Nobiles viri. in iij. vol. col. iij. & ſequitur Lanfran. in tracta. arbit. fol. 3. licet corruptè: & Hippolytus ſing. lij. quod eſt menti tenendum. Et in tali prorogatione requiruntur tria. Primum, ꝙ ſit facta intra tempus primū, iuxta l. ſed ſi manente. de præca. cum cōcor. vt per Feli. in c. præterea. in ix. col. de ſponſa. Secundum requiritur ꝙ prima cōceſsio, ſiue diſpenſatio, ſit facta ab eodē maiori Pœnitētiario, quia ſi eſſet facta prima diſpenſatio à Papa, maior Pœnitentiarius non poſſet eam prorogare, per ea quæ tradit Feli. in c. cùm olim. in iiij. col. verſ. ad x. q. de ma. & obe. ſicut etiam videmus in gratia perinde valere, quæ nō conceditur quādo gratia fuit per alium facta: vt notatur in illo libro qui dicitur practica Cācellarię, fo. 88. poſſet tamē maior Pœniten-



Pœnitentiarius, ſicut & ordinarius, hoc facere per viā nouæ conceſsionis: iuxta d. c. cùm ex eo. & tali caſu facilius eſſet cōcedere q̃ prorogare. pro quo facit glo. in c. hi qui. de pręben. eod. lib. Tertium requiſitum eſt ꝙ in tali prorogatione referatur ſaltem in effectu prima diſpenſatio, ne talis prorogatio ſit ſurreptitia, iuxta ea quæ concludit Oldr. in cōſi. ccxv. Puncta breuia. Vnum tamen non omitto, ꝙ ſi talis prorogatio fieret in medio temporis conceſsi in diſpenſatione, ꝙ
12 † tempus prorogationis curreret à data prorogationis, & nō expectaretur curſus totius tēporis in diſpenſatione cōceſsi, cùm iſtæ prorogationes ſint odioſæ & damnoſæ eccleſijs: hoc videtur probari ex adductis per Ioan. Andr. in c. cùm in cunctis. in iiij. & v. col. de elect. & ex dictis Oldra. conſi. cciij. in ij. dubio. facit glo. in verſi. cōſtitutus. in cle. hi qui. de ætat. & qualita. & glo. in verbo, poſtea. in c. prædixerat. de pœni. diſt. j. & c. veniens. de præſcrip. faciunt quæ no. Bal. in c. cùm in veteri. col. fi. de electio. & de hoc videtur eſſe glo. in terminis in verbo, ſeptennium, in d. c. cùm ex eo. ꝗ. de elect. ex quo colligitur vnum aliud notabile, ꝙ licet Epiſcopus non poſsit diſpenſationem, quam facit reuocare ſeu minuere in tempore, poterit tamen hoc facere per viam prorogationis: & ratio eſſe poteſt, quia in prorogatione concurrit voluntas diſpenſati, qui poteſt fauori ſuo renunciare: propterea ſint cauti petentes prorogationem vt petant in fine termini contēti in diſpenſatione. Et iſta omnia de plano procedunt in prorogatione diſpenſationis de nō promouendo, quæ præſeruat diſpenſato beneficia ſua ne vacēt intra tempus in diſpenſatione conceſſum: ſecus tamen eſt in prorogatione tēporis dati ad ſe conſecrandū, quia talis prorogatio non faceret quo minus priora beneficia vacent: & ſic in effectu nihil operatur, etiam ſi eſſet facta per Papam niſi illa concederetur motu proprio: vt dicit notab. Felin. in c. ad aures. vij. col. de reſcrip. & ante ipſum Ioan. Fran. Pauinus Rotæ auditor in tract. de offi. & poteſt. cap. ſed vac. fo. 17. in ij. col. ſecūdùm paruam impreſsionem, & ſequuntur Moder. in c. cùm in cun-
13 ctis. §. inferiora. de electio. † Sed iſto caſu eſſet dubium nunquid talis conceſsio motu proprio poſſet per Ordinariū vel vel maiorē Pœnitentiariū fieri Domi. in c. j. in iiij. col. verſ. ꝙ ſi motu proprio. cum verſ. ſeq. ꝗ. iſto titu. videtur dubitare, ſed ego

ego puto ꝙ ſic,quia non reperitur prohibitũ in iure ꝙ Ordi
narius non poſsit gratiam concedere motu proprio vt dicit
glo.in regula Cancellariæ xv.col.ij.imò ſi verum fateri licet
magis cõuenit illa clauſula Ordinarijs, quàm Papæ propter
maiorẽ certitudinem perſonarũ habilium ſuæ diœceſis,qua-
rum prȩſumuntur habere particularem & indiuiduam noti-
tiam:per ea quæ notan.in c.ordinarij.ĩ.de offi.ordi. & vide-
tur ſentire Feli.in c.ad aures.in xiiij.conclu.de reſcript. & in
c.in noſtra.in xxix.corre.eod.titu.dixi in regula, annali.q.x.
Sed ſummi pontifices habent notitiam in vniuerſo, & ſæpe
per relationẽ aliorum,& hoc propter multiplices eorũ occu-
pationes:& ideo hac ratiõe Ordinarij vti poſſunt dicta clau
ſula:vt notabiliter etiam cõcludit Card.in cle.ij.q.fi.de offi.
ord.& eodẽ modo dicendũ eſt in maiori Pœnitentiario cùm
ſit nedum Ordinarius,ſed maior Ordinario,vt patet in pri-
uilegijs Sixti:& nota.in cle.ne Romani.de electio. Solet etiã
14 cõcedi per breue diſpenſatio ad incõpatibilia præcipuè†ad
dignitates obtinendas in vna eccleſia ad duos menſes: item
ad duos can.& præben. ad quatuor menſes poſt pacificam
poſſeſsionem aſſequutã:& iſta diſpenſatio propterea expedi
tur per breue cũ maiori expenſa: quia per Pœnitentiariã nõ
poteſt expediri,niſi beneficia ſub eodẽ tecto ſint diſsimilia:
vt eſt canoni.& ſimplex beneficiũ, vel alia huiuſmodi ſicut
poteſt hoc facere Ordinarius:vt tradit Abb.in c.literas.in fi.
de conceſſ.præbẽ.& latiſsimè in c.extirpandȩ.§.qui vero.nu.
41.de præben.Et iſte eſt vnus caſus in quo breuia exorbitãt
à prima eorum natura. Eſt tamẽ aduertendum, ꝙ in huiuſ-
modi diſpenſatione aliquando datur habilitatio, aliquãdo
non:& frequentius ſolet denegari,& in tali habilitatione ha
bilitas diſpẽſari omni alio reſpectu adeſſe debet:iuxta tex.in
c.j.de ætat.& qualit.lib.vj.itaq; interpretatur iſta diſpoſitio
habere locum in beneficijs aliâs canonice adeptis: vt tradit
Abb.in c.dudũ.la ij.in penul.notabi.de elect.ſolùm enim ope
ratur dicta diſpoſitio vt ei pluralitas nõ noceat:vt eſt tex.in
c.non poteſt.de præben.eod.lib.& in c.ſi gratioſȩ.eod.lib.&
huic emanauit regula Cancellariæ xlix. qua diſponitur per
quancunq; ſignaturã in quacunq; gratia non induci diſpen
ſationẽ,niſi ſuper diſpenſatione principaliter ſit facta,aliâs
nihil operatur. Per breue etiã freqũter in curia,ſolet cõce-
di ſupplica-



di ſupplicatione introcluſa, ꝙ prouiſus de aliqua dignitate,
vel beneficio ponatur in poſſeſsionẽ per exequutorẽ in par-
tibus ante expeditionẽ bullarũ, nec tali caſu poteſt dari de
regulari ꝙ literis non expeditis nec de extraua.iniũctæ cùm
in talibus certa ſcientia Papæ inducit derogationẽ: vt dicit
gl.Cancellariæ in reg.xxix.col.ij.& iſto caſu breue plus ope-
ratur q̃ res iudicata,quod eſt mirandũ ex eo,quia breuia cõ-
ceduntur ſine cauſæ cognitione,& ſic poteſt res aliter ſe ha-
bere,ſed res iudicata pro veritate habetur:vulg.l.res iudica-
15 ta.& tamẽ†de ſtylo Rotæ nõ poteſt quis poni in poſſeſsionẽ
vigore executorialiũ,niſi intimẽtur prius poſſeſſori,quo nõ
parente obſeruatis quatuor terminis declaratoria ſententia
fertur cõtra eum,& licet in exequutorialibus ponatur clau-
ſula ꝙ propria authoritate poſsit capi poſſeſsio,illud intelli-
gitur ſeruatis prædictis,aliâs diceretur quaſi attentare pro-
pter reliquias quaſdã litis quæ durat quouſq; ſentẽtia ſit exe
quutioni mãdata:vt dixi in regu.de annali.q.xliij.& ita ſer-
uat Rota,ſed iſte ſtylus nõ eſt de iure,quia de iure ſtatim poſ
ſem capere poſſeſsionẽ cũ exequutorialibus:vt latè probo in
regula Cãcellariȩ xxv.& tradũt omnes in c.ſicut.& in l.à di-
uo Pio.de re iudi.ſed quia poſſet cõtingere ꝙ poſſeſſor ex ali
qua iuxta cauſa iuſtificaret poſſeſsionẽ ſuã, Rota cõſyderat
ȩquitatẽ illã,quæ ita hodie ſeruatur:vt refert Feli.in c.ad ꝓ-
bandũ.in iij.col.de re iud.& de hoc dico latiſsimè ſuꝑ regula
Cãcellariæ xxv.in fi.q.vbi tracto materiã ſignaturȩ iuſtitiȩ,
quæ nõ repetã.Tamẽ hodie per fauores facilè obtinẽtur bre
uia,ꝙ licet quis capere poſſeſsionẽ etiã ſi lis pendeat ſine vi-
tio attentatorũ,vt vidi ſæpe,quod eſt male factũ, tamẽ hoc
16 haberet excuſationẽ in beneficijs vac.in curia.†Facultas etiã
teſtãdi de bonis acquiſitis intuitu eccleſiȩ,iuxta c.requiſiſti.
de teſta.ſolet etiã per breue cõcedi, ſed ad paruã ſummã, &
tũc nõ fit cõpoſitio cum datario, quia de minimis nõ curat
prætor,l.ſi proprietarius.de dã.infe.c.ſi quæſtionis.de ſimo.
& hanc licentiã concedit etiam Pœnitentiaria cum clauſula
dũmodo ante omnia circa eccleſiã ſe exhibeat liberalẽ & nõ
indiſtinctè, ſed pro ſeruitoribus pauperibus,vel alijs etiã cõ-
ſanguineis,q honeſta ſeruitia prȩſtiterũt,aut alios pios vſus:
iuxta formã traditã in c.relatũ.el ij.de teſta.ex quo tex.com-
poſita fuit,ſeu potius extracta ad verbũ,forma teſtãdi poſita
in quin-

in quinterno Cancellariæ.Hodie tamen multi officiales cu-
riæ ratione officiorum ſuorum habent iſtam licentiã,vt ſcri
ptores milites ſancti Petri,& plures alij, tamen quando ſunt
diuites illis non ſeruatur talis facultas,ſed auferuntur ab illo
rum hæredibus bona, niſi ſpecialiter in vita impetrauerint
licentiam teſtandi,facta compoſitione cum datario, ſecun-
dùm Mod.facultatum,& qui talem facultatem non habent
17 ſpoliantur,† ꝙ iſte mos ſpoliandi defunctos bonis per dictos
collectores fuit ab antiquo ſeruatus in Romana eccleſia: vt
dicit Car.in c.niſi cum pridẽ.§.intueri.in iij.notab.de renun.
vbi ſubdit propter hãc cauſam plures viros egregios abhor-
rere prælaturam,ne priuentur libertate teſtandi : & eodem
modo ſacra Pœnitentiaria cõcedit licentiam religioſis reti-
nendi pecunias acquiſitas ex confeſsionibus, prædicationi-
18 bus,† vel eleemoſynis ad vſus ſuos, vt ex eis poſsint ſibi ve-
ſtes vel libros emere,quod etiam Ordinarius,aut eorũ ſupe-
rior illis concedere poſſent. Nam propter hoc non videntur
habere proprium cùm ex debita obedientia ſemper debeãt
eſſe parati illa dimittere ad libitum ſuorum ſuperiorum: vt
tradunt Ioan.And.Abb,& alij in c.ij. & in c.cùm ad mona-
ſterium.de ſta.mona,& idem Io.And.in regula,non eſt obli-
gatoriũ.de reg.iur.lib.vj.& hoc etiam in monialibus proce-
dit:vt tradit Abb,& Mod.in c.edoceri.in ij.col.de reſcrip,&
latius in conſi.lxxxviij.lib.j. Et idem in fratribus minoribus
dicendum eſt,vt probat latè Car.in conſi.xvij.col.fi.& Cald.
in titu.de regula.conſi.ij. cum concor. vt per Mod.in c.cùm
M.de conſt,& in §. actionis autem.Inſti.de actio, quæ quidẽ
facultas retinendi non conceditur abſolutè,ſed cum limita-
tionibus ſuis,inter quas ponuntur iſta,videlicet,*prouiſo quod
omnia quæ habuerit tempore mortis ſuæ confeßori,vel alteri religio-
ſo reuelare,& monaſterio relinquere teneatur:aliàs quòd literæ ſibi
nullatenus ſuffragentur, &c.* & non ſolùm,vt dictum eſt, ſacra
Pœnitentiaria concedit prædictis facultatem retinendi, ſed
etiam vt dictũ eſt,licentiam teſtandi,ſed non ſimpliciter,ſed
pro anima eorũ,vel proprijs vſibus, cũ limitationibus ordi-
narijs & ſolitis,& per iſtam licentiã non conceditur religioſo
vt habeat propriũ ſic,vt retineat,ſed vt in alium pium vſum
transferat & diſtribuat,eo tẽpore quo etiã ſi vellet retinere
nõ poſset,quod facilè cõceditur,arg.l.cogi.§.hi qui ſolidum.
ff.ad



ff.ad Treb.& l.in ędibus.§.ꝙ ſi filius.ff.de don.& ꝙ talis licẽ-
tia teſtandi cõcedi poſsit vltra ſtylũ inueteratũ ſacri officij:
eſt etiã hoc de iure,vt patet ex his quæ ſcribit Bal. in authẽ.
niſi rogati.ad fi.C.ad Treb.& in l.ſi quando.poſt princ. C.de
inof.teſt.& in l.certũ.C. vnde legi.pro qua opin.Socin.xviij.
fundamenta cõponit in conſi.xiij.Pręſens conſultatio.in iij.
col.lib.j.iſta tamen licentia difficilius conceditur per viã bre
uis.Nã per viam breuis illis nõ conceditur facultas teſtandi,
niſi de licentia ſui ſuperioris,& circa rem modicã,argu.eorũ
quæ ponit Egid.deci.ccxlvij.& not.in c.cæterum.de don.li-
cet ex magna cauſa in maiori ſumma aliquando fuerit di-
ſpenſatum:de quo latius tradit Abb.in repet. c.cùm eſſes. in
xviij.col.de teſta.& ibi latè Mod.& Phil.Peruſinus in rub.de
teſta.& Mod.rep.in authen.ingreſsi.C.de ſac.ſan.ecc.faciunt
19 quæ tradit Fel.in c.cùm adeò.de reſcr.† Per breue etiam con
ceditur diſpenſatio ꝙ bigamus poſsit capere ordines ſacros
& retinere beneficia,ſed ſacra Pœnitentiaria non diſpenſat
in ordinibus ſacris,ſed cùm diſpenſato per Papam indulget,
ꝙ poſsit habere duo beneficia ſimplicia compatibilia, aliâs
cùm non diſpenſato ad ordines non diſpenſat quo ad bene-
ficia,etiã cum eo qui cum duabus virginibus contraxit,etiã
20 cum illo† qui cognoſceret vxorem ſuam adulterã,quã initio
virginem ſuſcepit:quia talis eſt verè bigamus, etiam ſi eam
cognouiſſet poſt peractam Pœnitentiam reconciliatam:vt
tenet Pet.de Anch.in conſi.cxxiiij.incip.Circa bigamos.quẽ
latè refert & ſequitur Io.de Ana.in c.ſi vir.col.j. de adulte.&
hoc etiam tenet Fel.in c.ius generale.in vj.col.j.diſt.& latius
Mod.in tracta.bigamiæ.q.v.col.xl.& q.vj.col.viij. Nam licet
ſacra Pœnitẽtiaria cum iſto bigamo diſpenſet,ꝙ poſsit gau
dere clericali charactere ratione fori, ac ſi cũ vnica virgine
contraxiſſet,non tamen diſpenſat ad beneficia cùm repute-
tur in cæteris laicus:vt habetur in c.j.de biga.lib.vj.vbi etiã
voluit Io.An.Domi.& alij,ꝙ etiam Ordinarius cum bigamo
non poſſet diſpenſare ad primam tonſuram, quorum opin.
dicit eſſe cõmunẽ Card.Alex.in c.lector.xxxiiij.diſt. & ratio
iſtius opi.eſſe poteſt:quia prohibitio d.c.j.eſt conciliaris,cõ-
tra quam nõ ſolùm Epiſcopi,ſed neq; Legati de latere diſpẽ
ſare poſſunt:vt latè tradit Mod.in c.cùm inferior.& in cle.ne
Romani.de elect.Licet circa hoc ꝙ Epiſcopi poſsint diſpen-
q ſare

ſare cum bigamo in minoribus ordinibus, multi renuerunt
cõtrariũ.Nã Car.S.Sixti poſt S.Tho.& alios quos alleg.in d.
c.lector.tenet Epiſcopos in minoribus ordinibus cũ bigamo
poſſe diſpenſare:& hoc idem ante ipſos tenuit Io.antiquus,
in ſumma cõfeſſo.lib.iij.q.xij.& dicit cõiter teneri Aſteſanus
antiq.in ſumma,li.vj.ti.vij.col.fi.Ita ꝙ videntur in hoc duæ
opi.cões cõtrariæ ſed poſſunt cõcordari,ſi diligẽter perſcru
tenẽ,vt prima opi.Io.An.& ſequaciũ in d.c.j.procedat regu-
lariter propter rationẽ ſuperius dictã.Secũda verò opi.mili-
21 tet qñ diſpenſandi ſubeſt legitima & euidẽs cauſa,†quia tali
caſu poſſunt Epiſcopi & Legati diſpenſare contra cõcilium
generale:vt tradit Roma.in conſi.ccccxxvij.col.pe.& conſil.
cccxxv.in iiij.col.Et legitima cauſa erit hoc caſu ſufficiens
literatura vel nobilitas:iuxta c.de multa.de præb.& itã præ-
teritis diebus maior Pœnitẽtiarius propter hanc cauſam di-
ſpẽſauit cum d.Fab.Mignanello Senẽ. aduocato cõſiſtoriali
22 ad primã tonſurã,non obſt.ꝙ cõtraxerat cum vidua.†Solet
etiã concedi per breue licẽtia vendẽdi res immobiles eccle-
ſiæ,& hoc cõcedit̃ per triplicẽ viam,per breue ſupplicatione
introcluſa,& per reſcriptũ in forma dilectus,& per bullã ſa-
cræ Pœnitẽtiariæ,ſed per primã viam nõ ſolet concedi,niſi
ad valorẽ centũ ducatorũ,per alias verò vias datur etiã vl-
tra centum cũ iuſtificationibus ſuis, videlicet dũmodo pre-
cium huiuſmodi apud ædẽ ſacrã vel aliquem mercatorẽ ido
neum deponat̃,iuxta l.acceptum.c.de vſur.& ea quæ dicunt
Mod.in c.per veſtras.per illum tex.de do.inter vir.& vxo.&
fiunt huiuſmodi cõmiſsiones cũ clauſula,*ſi tibi cõſtiterit, quòd
alienatio prædicta ſit in euidentem vtilitatem eccleſiæ,&c.* & iſtæ
licẽtiæ frequẽtius hodie expediũtur per Pœnitẽtiariam, etiã
ad magnã ſummã,& nõ ſolùm ſi in euidẽtem vtilitatẽ fiant,
ſed etiam ſi dũtaxat in euidentẽ neceſsitatẽ quando illa ne-
ceſsitas aliunde reparari non poteſt,niſi alienãdo: quia talis
neceſsitas vtilitati æquiparatur,vt eſt tex.& ibi glo.in verſi.
neceſsitas.in cle.j.de reb.eccle.non alie.& talis neceſsitas re-
quirit̃ ꝙ ſit eccleſię nõ perſonę,exẽpli gratia,vt ſi eccleſia pa
teretur ruinã quam nõ poſſet,aliunde cum minori impẽſa,
niſi ex vẽditione huiuſmodi reparari,vel pateretur defectũ
ornamentorũ,vel vaſorũ ſacrorũ,vt dicit text.in c.aurũ.xij.
q.ij.nã tali caſu poteſt dari licentia,ſecus verò qñ neceſsitas
non ex



non ex parte eccleſiæ ſed perſonæ, vt quia beneficiatus eſt
onere debitorum grauatus & condẽnatus ſoluere,& ille non
habet bona patrimonialia:nã tali caſu licet de fructibus be-
neficij ſatisfacere poſsit,vt habetur in c.peruenit.de fideiuſ.
23 & not.Io.An.& alij.in c.grauis.de depoſi.† Non tamen hoc
poteſt facere vendendo bona eccleſiæ,vt dicit Archi.& Ioã.
And.in c.eos.ĩ.de ſen.excom.declarando tamen vt per Abb.
in c.reprehenſibilis.col.fi.de appel.per cuius dicta cõcordant̃
ea quæ dicit Feli.in c.ea noſcitur.de ſent.excom.vidi tamen
concedi ſimiles alienationes per Pœnitẽtiariam pro ſoluen-
dis debitis in dominio Florẽtinorũ,& hoc quia Clemẽs vij.
ſpecialiter cõmiſerat maiori Pœnitẽtiario propter magnas
calamitates illius dominij cauſatas ex direptionibus militũ.
Hactenus quædam exempla poſuimus,quibus colligitur ex-
periẽtia expeditionum breuium.Modò ſupereſt quædã alia
enarrare,quæ per breue expediri aliquando non poſſunt, &
interdum conceduntur. Nam in primis per breue non cõce-
duntur diſpẽſationes matrimoniales in aliquibus gradibus
24 prohibitis,†quæ tamẽ per Pœnitẽtiariã expediuntur facta
prius cõpoſitione cũ datario,aliâs non tranſeunt,qđ viſum
fuit multis ſcrupuloſis iniuſtũ aſſerentibus,nõ procul eſſe ab
hæreſi Papã exigere iſtas cõpoſitiones pro diſpẽſationibus
cõcedendis,in quo errore conſtituerũt omnes põtifices de-
functos,& ad fundandũ eorum opi.Euãgelij dicto tegũtur,
*Gratis enim accepiſtis,gratis date.* qđ procedit qñ iuſtè petitur
diſpenſatio:cæterum ſi abſque cauſa denegãda eſſet potius
diſpẽſatio,quia diſpẽſatio ſine cauſa ædificat ad gehẽnã, &
nõ immeritò diſsipatio appellat̃,vt dicit illa gl.vulg.in c.nõ
eſt.de vot.Et cauſa in diſpẽſationibus põt eſſe multiplex,vel
ad euitandum ſcandalũ,vel rixas,vel quid ſimile:vt tradunt
Doc.in c.quia circa.de cõſan.& affi.& habes exemplũ in c.ij.
& in c.duo.de deſpon.impu.tradit Roma.in conſil.cccvij.&
Pet.de Anch.in cõſi.cccxxxix.vbi de Remigio monacho lo-
quit̃,q fuit poſtea Rex Aragonũ,& ab eo ꝓceſſerũt octo ge-
nerationes Regũ:vt ibi dicit Pe.de Anc.& meminit Feli.in
c.ſi qñ.in iij.col.de reſcrip.Sed tamẽ aduerte,ꝙ licet verũ ſit
ꝙ in cõpoſitionibus exigendis hodie modus excedat̃,tamen
nõ idcircò cõpoſitiões à Papa malè capiunt̃:qa legimus iiij.
Reg.c.xij.ꝙ ꝓ peccato à Sacerdote redimẽdo dabat̃ pecunia
q 2 quæ

quæ Sacerdotũ erat:vt ibi dicit text.Et licet pro gratia Spi-
rituſſancti,quæ in impoſitione manus ſuper ægros verſaba
tur,pecunia capi non poterat:vt patet Matth.x.c.Et ſic ne-
que Papa pro cõſecrationibus,& pro his quæ in mera ſpiri-
tualitate cõſiſtunt nihil etiam capit,vbi tamen aliquis petit
diſpenſari,quia tranſgreſſus eſt legẽ licitè capit,quia hoc eſt
quid diuerſum à primo,ſicut ꝓphetia eſt quid diuerſum ab
impoſitione manus:vt probat Epiſcopus Abuleñ. ſuper c.x.
Matth.Et hoc apparet,quia etiã in veteri teſtamẽto non lice
bat pro ſanitate dãda,& ſic pro manuũ impoſitione aliquid
25 capere ſine ſcelere;vt patet iiij.Regũ c.v.†Et tñ pro prophe
tia poterat capi pecunia;vt patet Micheæ iij.c.vt patet etiã
de Balaã qui erat verus propheta:vt colligiť Nume.xxiiij.&
tñ pro pecunia veniebat ad ꝓphetandũ & maledicendũ Iu-
dæis:vt patet Nume.xxij.& xxiiij.c.& hoc qđ capit Papa nõ
capit pro lucro,ſed ꝓ eius ſuſtẽtatione:nã *qui altari ſeruit iu-
ſtum eſt vt de altari viuat*,vt dicit Apoſt.Et cõſtat ipſum poſſe
ſuadẽte cauſa neceſsitatis bona eccleſiæ capere,& pecunias
ab eccleſiaſticis exigere,vt in c.oĩs.xxij.diſt.& in c.cùm Apo
ſtolus.de cenſi.Nã & Epiſcopi peccata ſubditorũ delinquen-
tium pecunia cõponebãt:vt patet in c.ij.de pœ.ergo eodem
modo & Papa facere poteſt ſeruato modo pro culpa delin-
quẽtis,vel contra legem diſpẽſatiuè petẽtis. Infinita poſſent
in iſta materia cumulari,quæ in mea Apologia aduerſus im
pugnãtes ſummũ pontificẽ ſuper iſta perceptione latius diſ-
26 ſerui,quæ hîc inſerere eſſet extra propoſitũ. †Neque etiam
per breue regulariter cõcediť,altare portatile cũ alijs cõtẽtis
in forma cõfeſsionalis,niſi ex magno fauore,& tũc non niſi
nobilibus vel literatis ꝑſonis,iuxta c.de multa.de præbẽ.nec
tali caſu cõcediť in locis apoſtolica,ſed ordinaria tãtũ autho
ritate interdictis,licet tꝑe Leonis indifferẽter cõcedebať,præ
ſertim quia bulla fabricæ S.Petri hoc concedebat.Et hodie
etiã per ſacrã Pœnitẽtiariã cõcediť etiã cũ clauſulis in locis
authoritate Apoſtolica interdictis cum clauſula,niſi interdi
ctũ huiuſmodi Apoſtolicũ ꝓ intereſſe ſedis Apoſtolicæ ap-
poſitũ fuerit, in reliqs verò cõcordat ſtylus ſignaturæ Papę
cũ ſtylo ſacrę Pœnitẽtiariæ:quia ꝑ ſignaturã Papæ talis licẽ
tia audiẽdi miſſam tꝑe interdicti cũ altari portatili regulari
ter nõ concediť,niſi qualificato oratori cũ familiarib⁹ ſuis q





intereſſe poſſunt,ſi tñ fuerint oratores egregiæ perſonæ, vel
nobiles,aut illuſtres,tũc dať cũ clauſula in pręſentia familia-
rium domeſticorũ,aut aliarũ perſonarũ ibidẽ accurrẽtium,
dũmodo xx.nõ excedãt.Et iſta forma ſolet,vt dixi,ꝑ ſigna-
turã ſupplicationis,vel ꝑ ſacrũ Pœnitẽtiariæ officiũ cõcedi.
Sed ꝑ viã breuis nõ concediť,niſi iuxta formã quinterni cã-
cellariæ.Et eodẽ modo antiqtus dari ſolebat cõfeſsionale,ꝙ
vltra altare portatile cõtinet plenariã abſolutionẽ oĩm pec-
catorũ ſemel in vita,& in mortis articulo etiã ſi poſtea mors
nõ ſequatur ab oĩbus peccatis exceptis contentis in bulla in
cœna dñi.Et ꝙ ſepeliri poſsit in eccleſia tꝑe interdicti ab or
dinario poſito ſine funerali põpa.Si verò detur illuſtri,poni
tur clauſula cũ humili põpa.Sed principibus datur licẽtia fu
nerandi etiã tꝑe interdicti impoſiti à ſede Apoſtolica.Item
dantur etiã ad ſtationes vrbis exceptis ſeptẽ eccleſijs.Et qñ
datur cõfraternitatibus reſtringiť ad perſonas 200.cõputa-
tis viro & vxore pro vna perſona,& eſt aduertendum ꝙ hu-
iuſmodi licentia altaris cõceſſa per ſacrã Pœnitẽtiariam iu-
dicatur firmior,q̃ cõceſſa per fabricã vel archiuium,quia eſt
perpetua,ex quo Pœnitentiaria nunq̃ moritur etiã mortuo
pontifice,vt in d.cle.ne Romani.ſed illa quam concedit fa-
brica vel archiuium:nulla habita perſonarũ ratione eſt tem-
poralis durante vita pontificis.Ratio eſt,quia archiuium in
hoc cenſetur habere poteſtatem ordinariã ſicut Vicecãcella
rius,iuxta glo.in cle.ne Romani.de elect.& tamen cunfeſsio-
nale cõceſſum ab ordinario eſt temporale,ſecus ſi à Papa,vt
dicit Feli.in c.licet.in ij.col.de offi.ordi.ergo eodem modo &
illud archiuij,niſi hoc expreſſè in eius priuilegio caueatur,&
iſta facultas tranſiuit hodie in abuſum:nam antiquis tẽpori
bus non cõcedebatur niſi magnis nobilibus vel graduatis,
de quo latiſsimè dico in tracta. de ſtylo ſacræ Pœnitentia.
27 †Itẽ per breue nõ dať declaratoria,cuiuſmodi eſt illa ꝙ de-
gradatus reſtitutus per Papã nõ debeat de nouo ordinari:&
tñ hoc fit per officiũ ſacræ Pœnitentiariæ, diſtinguẽdo ſpe-
cies degradationis,vt tradit Car.Alexan.in c.accedens.in ij.
col.l.diſt.& Spec.in tit.de diſpen.§.nunc de Epiſcoporũ.verſi.
lxv.& ſequitur Firmia.in tract.de Epiſco.in vlti.parte.q.iiij.
28 †Datur tamen declaratoria religionis per vim & metum,
iuxta c.j.quod met.cau.& iſta fit commiſſaria ordinario,vel

eo legitimè recuſato viciniori Epiſcopo,qui hoc videat cita
to perſonaliter procuratore generali illius ordinis vna die ꝓ
altera,iuxta formã traditam in concilio Laterano,& conſti-
to de metu,iudex datus declarat talem non eſſe obligatũ in
genere nec ſpecie religioni,aliâs literæ ſibi non ſuffragãtur.
29 †Datur etiam declaratoria pro eo qui minor annis intrat
religionem,iuxta c.j.de regu.lib.vj.ſed ſi poſtea maior factus
etiam nõ facta profeſsione expreſſa capit ſacros ordines, in
monaſterio nõ declarat̃ talis per breue obſtã.cõſil.Cal.xv.in
tit.de regu.Nam aſſumptionẽ ſacrorũ ordinũ in monaſterio
facta cẽſetur tacitè profeſſus,vt ibi dicit Cal.Tamen per ſa-
cram Pœnitẽtiariã cõcedit̃ ita demũ ſi promotus in promo
tione ſua proteſtatus fuit,ꝙ propter huiuſmodi ordinũ ſu-
ſceptionẽ non intẽdebat in genere vel in ſpecie ſe dictæ reli
gioni obligari,& fit cõmiſſaria,& talis ꝓteſtatio releuat, iu-
xta dictũ Domi.in c.j.§.j.in ij.q.de reg.lib.vj.& Abb.in c.iij.
de reg.& Domi.in c.ij.de cog.ſpi. Poteſt etiã per breue con-
cedi declaratoria ordinis per vim ſuſcepti,ſed iſta hodie fre
quẽtius per Pœnitẽtiariam cõceditur,iuxta cõſi.j.Cal.in tit.
qui cle.vel voue. declarãdo,prout per Abba.in c.j.de cle.per
ſal.promo.quæ quidẽ cõceſsio iuſtiſsima eſt ex eo, quia vbi
eſt metus vel vis,abeſt conſenſus liber,qui in ordine & ꝓfeſ-
ſione requiritur:vt dicit tex.in c.j.de regu.& in c.ſicut xx.q.
30 j.& tradunt Docto.in c.ꝙ locum.de ſponſa.†nec talis metus
purgatur per mille annos durãte cauſa metus:vt dicit Cald.
in cõſi.j.quod me.cau.& hoc idẽ firmat Bar.in l.ſi ob turpẽ.
col.fi.ff.de cõ di.ob tur.cau.ſequitur Alex.in conſil.xlviij.lib.
iiij.cum cõcor.vt ſcribit Deci.in cõſi.ccxix.& in l.in omnibꝰ
31 cauſis.ff.de reg.iu. †Solet tamẽ cõcedi religioſis per omnes
vias,ſcilicet per ſignaturã Papæ,& per breue licẽtia ſtandi
extra propter infirmitates,vel pro ſubuẽtione parentũ,fra-
trum,vel nepotũ,& eadẽ licentia etiã conceditur per ſacrum
officium Pœnitẽtiariæ,ſed diuerſimodè:quia hodie per bre
ue reſtringitur licẽtia cum clauſula,*de licentia ſui ſuperioris &
ea durante*,ſed per officium ſacræ Pœnitẽtiariæ cõcedit̃ ſine
dicta clauſula:quia vbi eſt licentia ſuperioris ſui, religioſus
nõ indiget licẽtia Apoſtolica,& eſſet fatuus pecunias & la-
borẽ fruſtra exponere:& ita licentia olim per Pœnitentiariã
abſentibus maioribus Pœnitẽtiarijs Cardinalibus, Iuliano
poſtea



poſtea Iulio ij.& Cardinali Borgia propter eorum contẽtio-
nes.Nam Iuliano aduerſabatur Ale.vj.& Cardinali Borgia
idem Iulius ij.Hæc licentia concedebatur ſatis inaduerten-
ter,quæ tamen temporibus meis optimè eſt reformata,vt ſta
tim dicam.In primis igitur conceditur licentia cauſa infirmi
tatis, ſed non cuiuſlibet infirmitatis,nec ita ſimpliciter, vt
prius ſolitũ erat,ſed illius infirmitatis quã ſine vitæ periculo,
& animi diſpẽdio religioſus in monaſterio ſupportare non
poteſt.Iſta eſt formalis petitio quæ ibi proponitur, & ſecun-
dùm iſtum tenorem petit Miſſellus religioſus licentiã exeũ-
di ad domum alicuius conſanguinei,vel amici, vbi facilius
poſsit mederi, quàm Medicinam & conſolationem hodie,
quia monaſteria ſunt pauperrima,vel quia refriguit Chari-
tas non inueniunt infirmi in domibus fratrum, præſertim
conuentualium mendicantium qui cæteris ſunt pauperio-
res:& ideo ne infirmus deſtitutus omni humano auxilio ſic
moriatur,hoc ſalutare remedium repertũ eſt, quo Papa eo-
rũ neceſsitatibus ſubuenit ne ſoli inter duos monaſterij pa-
rietes marmore frigidiores cogantur vitã cum gemitu & in-
dignatione emittere.Cûm igitur iura omnia miſerabilibus
perſonis occurrant:vt tradunt Doct.in c.ex parte. cum ſi.de
for.compe.& cõſtat hos infirmos inter miſerabiles perſonas
32 adnumerari: †vt eſt tex.in l.j.c.quando Impe.inter pup.& vi
du.conueniens fuit:vt implorantibus tale remedium miſeri-
corditer occurramus.Nam ſicut ſolui debet iuramentũ quã-
do ſeruari nõ poteſt ſine interitu ſalutis corporalis: vt dicit
Abb.in c.ſi vero.de iureiur.ita & religionis obſeruantia ex
tali cauſa poteſt ad tẽpus relaxari:infirmitas enim tribuit iu
ſtã cauſam diſpẽſandi:vt dicit glo.neceſsitate.in cle.j.de pri-
uil.& eſt tex.in c.j.de ſtatu reg.lib.vj.& in cle.j.§. cæterũ.ver.
ſanè.& ibi gl.hoc not.in ver.rationabilis.de ſtat.mona. Imò
vult ibi prædicta gl.cõiter approbata,ꝙ eodẽ modo propter
33 inimicitias capitales† & aëris intẽperiẽ poteſt cũ talibus di-
ſpenſari, & illam gloſ.ſequitur Felin.in c.accedens.el ij.in v.
col.vt lit.non conteſt.& plura cumulant Mod. in commento
pragmaticæ,titu.de pac.poſſ.& iſta licentia ad tempus cauſa
infirmitatis poſſet concedi à ſuperioribus eorum prout ſæpe
conceditur:vt tradunt Doctor.in dictis locis.& in c.cûm ad
monaſterium.de ſtat.mo.& eſt tex.in c.monachum.xx.q.iiij.

Verùm quia ſuperiores prædicti præſertim conuẽtuales non
ea vtuntur diſcreto modo, nec curant in hoc ſequi diſpoſitio
nem canonũ, ſed propriũ eorũ arbitriũ, propterea ad ſacrũ
officium occurrunt, & quia dixi conuentuales nõ vti hac po
teſtate diſcreto modo hoc ex eo dixi, quia videmus ꝙ maior
pars religioſorũ exeuntium ſunt de iſtis conuentualibus. Nã
ex monaſterijs clauſtralium obſeruantium rarius exeũt, quia
in illis maior aliquando adhibetur diſcretio circa infirmos,
& ſeruatur modus viuẽdi, & ideo vt dixi, pauci ex illis exeũt
cûm habeatur vt plurimum ibi cura infirmorum, & ad illũ
effectum procurãt facultates colligere. Clauſtrales verò qui
communi vocabulo nõ obſeruantes appellantur, non illam
adhibẽt curam, propter nõ ordinatum modum viuendi, vi-
34 uunt enim inter ſe ſicut accipitres, adeò † ꝙ ſæpe iſti afflicti
exeuntes aſſerũt facilius in ſæculo ſaluare poſſe animas ſuas
quàm in eorũ monaſterijs ſubueniendum, igitur fuit miſe-
rorum calamitatibus, quia Deus nõ vult mortem peccatorũ
ſed vt cõuertantur & viuant, vt in c. quia diuinitatis. de pœ-
nit. diſtin. j. & ſi tales ceſſantibus infirmitatibus (prout literæ
noſtræ dicunt) nõ redierint ad monaſterium vtantur ſupe-
riores eorũ remedijs opportunis ad reducẽdũ eos ſicut redu
cunt apoſtatas. Sacrum igitur Pœnitentiariæ officium con-
cedit huiuſmodi licentiam dictis infirmis, non tamen abſolu
tè vt tempore Leonis x. ſolitum erat, ſed cum quadam limi-
tatione à me inuenta, per quã iſte aggreſſus monaſterij con-
ceditur ad tempus. Limitatio igitur quæ in ſupplicationibus
ponitur eſt talis. Prouiſo tamẽ ꝙ ceſſante infirmitate, ſtatim
ad monaſterium reuertantur, aliâs literæ huiuſmodi nullate
nus ſibi ſuffragentur, itaque licentia iſta nõ eſt perpetua ſed
35 temporalis, ſcilicet durante infirmitate. † Secundo modo cõ-
ceditur licentia religioſis ſtandi extra iſto modo, videlicet
propter ſubuentionem parentum fratris, vel neptis in extre-
ma paupertate & miſeria exiſtentium, qui aliunde ſibi de ne
ceſſarijs prouidere non poſſunt. Iſta conceſsio tempore Leo
nis per breue, & per Pœnitentiariam inaduertenter concede
batur, quia non erat limitata, nec ratione perſonarum, nec
ratione temporis. Cõcedebatur enim talis licentia, pro ſub-
uẽtione etiã cõſanguineorũ, ſine prẹfinitione temporis, ſed
hodie reſtricta fuit per me hæc conceſsio ad terminos iuris,
propterea



propterea talis expeditio hodie iuridica eſt, & neceſſaria, &
licita, in qua aliqui Theologi fortius voluerunt ꝙ etiã ſine
licentia, & inuito prælato poſſet talis religioſus monaſte-
rium exire, & parentibus in maxima miſeria conſtitutis, &
alijs quibuſcunque fidelibus egentibus ex ſuo labore ſubue
nire, adeò ꝙ poſſet capere de bonis monaſterij inuito præla
to, & eis miniſtrare. Sed licet aliqui Theologi ita teneãt per
plures bonas rationes, alij tamen voluerũt cõtrariũ, ſed illæ
diſputationes oẽs procedũt in caſibus de quibus ſuperius di
ximus, qui cõcedebantur tempore Leonis ſine taxatione tẽ-
porũ, nec perſonarũ. & ideo non attingũt caſum, de quo hîc
tractamus. Nam licentia ita moderata & iuſtificata (vt hodie
conceditur) nullã difficultatem habet apud eoſdẽ Theolo-
gos: quia nullus eorũ inficiatur, ꝙ ſi religioſus de licẽtia Pa-
pæ vel maioris Pœnitentiarij exeat monaſteriũ præſtaturus
opẽ parentibus egẽtibus, omni auxilio deſtitutis ex ſua indu
ſtria & labore, nõ ex bonis monaſterij hoc licitè faciat. Nam
in primis hoc eſt præceptũ ſecũdæ tabulæ, de quo Exod. xx.
36 *honora patrem & matrem, &c.* † Et iſte honor principaliter cõ-
ſyderatur in ſubueniendo eis in magna neceſsitate conſtitu
tis: vt declarat Chriſtus dominus noſter Mat. xv. reprehẽdẽs
in hoc Phariſæos qui contrarium ſuadebãt, & cum hoc obli
gatio naturalis cõcurrit ſecũdùm Ariſto. quẽ referũt Theo-
37 logi Exo. xx. c. cum quo lex ciuilis cõcordat: † quia ex quo hu
iuſmodi opus ſubuẽtionis fundatur in charitate & miſericor
dia, talis neceſsitas excludit omne votũ & obligationẽ, aliâs
ea quæ introducta ſunt in cultũ Dei, militarẽt cõtra charita-
tẽ, & neſciremus quid eſſet illud, *miſericordiam volo non ſacriſi-
ciũ*, ſi propter cẹrimonias regulares præſertim hodiernas, nõ
ſucurreretur huiuſmodi moriẽti, ſicut Chriſtus dixit contra
Phariſæos Matth. xij. qui arguebãt diſcipulos Chriſti famæ
pereũtes in die Sabbati colligẽtes ſpicas. Nã reſpõdet Chri-
38 ſtus: *homo maior eſt Sabbato, & Sabbatũ eſt propter hominem*. † Ita
homo eſt maior quacũque obſeruãtia & voto regulari: quia
omnia hęc ſunt propter hominẽ. nã in his in quibus eſt quis
primo obligatus, nõ poteſt cõtrariã obligationẽ ſubire. Nã ſi
religioſus ante ingreſſum religionis eſſet vni obligatus in cẽ
tum, clarũ eſt, ꝙ propter ingreſſum religionis, illa obligatio
nõ tolleretur, eodẽ modo nec tollitur illa obligatio de ſubue-
niendo

niẽdo parentibus quæ prius quàm monaſteriũ ingrederetur
39 cõtracta fuit:& ideo per ingreſſum nõ debet tolli,†ſicut vide
mus ꝙ per ingreſſum religionis nõ abſoluit̃ vir à debito con
iugali prius cõtracto.Ita eadẽ ratione neq; à debito iuris na-
turæ quod eſt alimẽtare parẽtes quam charitatẽ alẽdi parẽ-
tes in neceſsitatibus cõſtitutos legimus bruta animalia obſer
uaſſe.Nã teſte Yſidoro, ciconiæ ſic ſe affectu pio ad parẽtes
gerũt, ꝙ tãtò tp̃e filij parẽtes ſenectute cõfectos in nido nu-
triant,quãtò ab eis in ætate paruula ſunt nutriti:& maximè
quia hìc nõ agitur de auferẽdis religioſis perpetuò à religio
ne:vt quidã male opinãtur,ſed durãte dũtaxat parẽtũ neceſ
ſitate.Nã multa cõcedũtur ad tẽpus,quæ perpetuò nõ conce
40 derẽtur.arg.l.quoties.c.de prec.Impe.offe. †Præſertim quia
talis religioſus propter hoc nõ abſoluit̃ ab obſeruãtia religio
nis,quæ ſeruari poteſt in domo patris,cõſanguinei, vel ami-
ci.Nam hoc nõ eſt contra ſubſtãtiã monachatus vt maneat
extra monaſteriũ in certo loco, ſuper quo Epiſcopus & Ab-
bas poſſunt licentiam dare eſſe toto tempore vitę ſuæ:vt di-
cunt Inno.Abb.& cæteri in c.inſinuãte.qui cleri. vel vouen.
ſequitur Cardi.in cle.j.§.præmiſſa.de ſup.neg.præla.& Abb.
in c.ſicut.el j.de iureiur.& in c.ex reſcripto.eo.ti.Et quamuis
hoc ſit de iure,tamen ſacra Pœnitentiaria nõ concedit hãc
41 licentiã perpetuò.†Præterea quia illa obligatio qua quis te-
netur parentibus ſubuenire eſt ex præcepto diuino, obliga-
tio verò,ad religionem eſt inducta à conſtitutione humana
principaliter.Sed inconueniens eſt ꝙ lex humana deroget le-
gi diuinæ.Concludendum eſt igitur licentiam eſſe canoni-
cam,& ob eam cauſam,quia aliqui ſuper hoc dubitauerunt
concilium Grangenſe tales filios auxilium parentibus non
præſtãtes anathematizauit,cuius verba formalia hæc ſunt:
*Si qui filij parentes maximè fideles deſeruerint occaſione* Dei *cultus*
*hoc iuſtum eſſe iudicantes,& non potius debitum honorem parentibus*
*reddiderint,vt hoc ipſum in eis venerentur,quòd fideles ſint,anathe-*
*ma ſint.*Cuius concilij decretũ, & iſtam opinionem plures ſe-
quuti fuerũt,quos breuitatis cauſa omittimus:& licet vt dixi
tempore Leonis hæc licẽtia extandi extra,dabatur:non ſolũ
pro ſubuẽtione parentum & fratrũ ſed etiã nepotum, hodie
tamẽ hoc nõ indiſtinctè cõceditur propter doctrinã ſancti
Thomæ in quolibeto vj.tamẽ hoc ſolet cõcedi ad tẽpus,vi-
delicet



delicet pro fratre pupillo vel nepote nõ habẽte aliũde vnde
ſibi ſubueniri poſsit,vel pro decrepito, & hoc durãte pupil-
lari ætate quibus impedimentis ceſſantibus ceſſat licẽtia,&
debet ad monaſteriũ reuerti religioſus:& hoc fit propter ra-
tionẽ tex.in c.cùm quidam.§.fi.de iureiur.ęquiparando votũ
42 & iuramentũ†quæ à pari procedunt:vt dicit Abb.in c.ſicut.
el j.de iureiur.& ante ipſum Arch.in c.nõ ſolùm.xxxij. q.iij.
cum quibus concordat Bar.in l.ſi quis à liberis.ff.de lib.agn.
43 †Neque ſolet etiã cõcedi per breue licentia Doctorãdi,licet
aliquando modernis temporibus ex gratia fuerit conceſſa,
etiã cum derogatione indultorũ Regũ, & Reginarũ: quibus
fortè cauetur ꝙ nemo vigore etiã literarũ Apoſtolicarũ de-
beat Doctorari,niſi prius in aliqua vniuerſitate approbata
operã literis dederit,in qua periculũ doctrinæ ſuæ facere de-
beat:hodie verò paſsim per cõmiſsionem conceditur talis li-
centia,& cõmittitur alicui prælato in curia ad electionẽ Do-
ctorandi:qui quidem prælatus ex forma cõmiſsionis debet
ſecum adhibere duos peritos eiuſdẽ facultatis, qui aſsiſtant
examini & iurẽt de idoneitate Doctorãdi, tũc habitis votis
iuratis cõcedit laureã. Formã autẽ iſtius iuramẽti ponit Ab.
in c.propoſuiſti.de prob.& Mod.in tra.Doct. vbi latius ſingu
la pertinẽtia ad Doctoratum explicãt:& reaſſumit latiſsimè
Bar.Caſſaneus in Cata.gloriæ mundi.in x. par. Aduerte ta-
men ꝙ licet periti præfati iurẽt de idoneitate & peritia pro-
mouendi,pauci tamen hodie digni reperiuntur ad Doctora
44 tũ,vt dicit Bar.in proœ.ff.& hoc fortaſſe euenit†propter cõ-
ſuetudinẽ hodiernã ꝓpter quã dicit Roch.Cur.in rep.c.fi.de
cõſue.in xj.& xij.col.ꝙ Docto.præſidentes laureãdo poſſunt
iurare illos eſſe idoneos licet nõ ſint & excuſantur à periurio
ꝓpter cõſuetudinẽ,alle.Rom.cõſi.dcccclxvj.& alia plura de
quib⁹ ibi ꝑ eũ:ſed puto excuſari eos à pœna tẽporali nõ aũt
gehẽnali:iuxta dictũ gl.in c.deniq;.iiij.di.iſta etiã licẽtia Do-
45 ctorãdi cõceditur per Pœnitentiariã cũ eiſdẽ clauſulis.†Nec
etiã ꝑ breue cõcedit̃ ꝙ fratres mẽdicãtes poſſunt capere an-
nuos reditus ꝓ miſsis dicẽdis,& tamẽ Pœnitẽtiaria hoc cõce
dit per ea quę dicit Abb.in cõſi.lxiij.in ij.vo.ſequitur Dec.in
c.in præſentia.col.xxxvj.num.79.de probatio.plura alia per
breue nõ cõcedũtur,verùm quia ea ſolent aut per ſignaturã
Papæ,vel per officium ſacræ Pœnitentiariæ expediri, pro-
pterea

pterea omittenda dixi, cùm latiſsimè in tract.de offi.& pot.
maio.Pœnitentia.& ſtylo Pœnitentiariæ, ſingula enarraui.
46 Sufficient igitur iſta exempli gratia poſuiſſe. † Iuramenti
relaxatio ad effectum agendi parte non citata,non concedi
tur per breue,conceditur tamen per ſimplicem ſignaturam
iuſtitiæ, ac per officium ſacræ Pœnitentiariæ per viam cõ-
miſsionis,& debet quis narrare ſe inductum dolo, vel vi ad
celebrandum contractum, vel quando eſt enormiter læſus.
Nam tali caſu quia iuramentum non debet eſſe vinculũ ini-
quitatis datur abſolutio ad prædictum effectũ. Nam ex hoc
nullum parti aduerſæ infertur præiudicium ſaltim conſyde
rabile,& ideo talis commiſsio conceditur parte nõ citata:vt
dicit deci.Rotæ dcclxvij.in antiquis.& plures alij Doct.quos
accuratè congerunt Moder. in cõmento deciſionũ capellæ
Toloſanę,deci.lxij.& licet iſta opi.ſit cõmunis,contrariã ta-
men opin.amplectitur ſignatura Papæ, quæ non concedit
abſolutionem niſi parte citata:pro qua eſt deciſi. Parlamen
ti Franciæ cxl.ſed illa opin.non eſt vera, niſi quando per il-
lam abſolutionem obligatio contracta tolleretur & cancella
retur,tunc enim etiã per Pœnitentiariã non conceditur niſi
ex magna cauſa,& tunc requireretur partis citatio,ſed quã-
do petitur relaxatio non ad hoc vt contractus tollatur, ſed
vt habilitetur perſona, ſeu potius eius os aperiatur, vt non
obſtante iuramento huiuſmodi poſsit detegere fraudem &
dolum ipſius concluſionis,tunc datur parte non citata,& po
teſt dari,quia non fit præiudiciũ parti aduerſæ,cùm maneat
ſibi omne ius ſaluum ad debitum defendendũ,ita dicit Old.
conſi.cxx.incip.Ad duplicem finem.cum alijs concor. vt per
Feli.in c.j.in iiij.q.de iureiur. Et iſta quæ dicta ſunt proce-
dunt reſpectu actionis,ſecus tamen eſt reſpectu exceptionis:
nam licet abſolutio à iuramento per Pœnitentiariam detur
ad effectũ agendi,nõ tamen ad effectum excipiendi. Ita ca-
uetur in quadam formula concilij Lateraneñ. quæ modò à
paucis temporibus fuit per me ad vſum reuocata.Nam ſole-
bant maiores Pœnitentiarij à tempore Leonis abinde etiã
abſolutionem ad effectum excipiendi elargiri, & ſic in for-
mularijs tempore Ludouici Borgiæ,& Ageneñ. Cardinaliũ
& maiorũ Pœnitentiariorũ obſeruatum legimus, & cauetur
in taxis illorum temporum,& etiam quod magis mirandum
eſt tem-



eſt tempore Cardinalis Sanctorũ quatuor ſenioris, cùm eo
tempore formula concilij Lateraneñ.ædita fuiſſet hoc.Idem
concedebatur vt patet in regiſtro ſacri officij, itaque varias
videmus obſeruationes quarum quęlibet ſua ſe ratione tue-
tur.Nam patres illi antiqui concedentes abſolutionẽ ad effe
47 ctum excipiendi fortaſsis fundabatur hac ratione:† quia vi
demus facilius à iure concedi exceptionẽ q̃ actionẽ:vt patet
in c.cùm inter.cum alijs de excep.quo loco voluit Inno.& po
ſteri,ꝙ licet excõmunicatus agere prohibetur,non tamẽ pro
hibetur excipere, cùm exceptio ſit quædam defenſio,quæ
diabolo nõ denegatur.Si igitur abſolutio datur ad effectum
agendi à fortiori poteſt concedi ad effectũ excipiendi. Qui
verò contrariã partem obſeruant ſe formula concilij tuen-
tur,à qua non licet recedere,tum etiã quia videtur per licen
tiã excipiẽdi dari anſa periurijs. Nã qui petit ꝙ liceat ei con
tra obligationẽ iuratã excipere,petit licentiã contrauenieẽdi
iuramento,& hoc videtur periuriũ,ſecus verò quando petit
licentiã agẽdi,quia in ea debet prius oſtẽdere ſe lęſum enor-
miter,quod fortè nõ probabit,& pro iſta opi.facit,quia cla-
rum eſt ꝙ iuramentũ habet ſe ad inſtar,imò maiorẽ vim ha
48 bet q̃ res iudicata,† vt dicit tex.in l.ij.ff.de iureiur. Nam iure
Chriſtiano nullũ maius vinculum ad obligandũ inuenitur q̃
iuramentũ,& tamen contra rem iudicatã licet quis permitta
tur agere nõ tamẽ permittitur excipere, vt eſt text.in cle.j.de
re iudi.& tenet Feli.in c.debitores.in iiij.col.de iureiuran. &
multi ſunt caſus in quibus permittitur actio,& non permitti
tur exceptio,vt refert Io. And.in c.fi.de ordi,cog.facit tex.in
l.ſi quis fundum.c.ad l.Iul.de vi.vbi in poſſeſſorio retinendę
licet admittatur actio nõ tamen exceptio. quæ omnia in ca-
ſu noſtro multo magis militant,quia ex quo agitur de obſer-
uantia iuramenti omnis interpretatio per quã eluditur talis
promiſsio debet reijci, vt probatur in c.ad noſtrã.de iureiu.
vbi licet exceptio cõpenſationis ſit legitima ad excludendũ
creditorẽ, tamen vbi in contractu interuenit iuramentũ illa
exceptio repellitur, & cogitur quis preciſè ſoluere,& iuramẽ
tum obſeruare.Idem videmus in c.debitores.eo.tit.vbi exce
ptio vſurariæ prauitatis,quæ aliâs eſſet ſufficiẽs ad excludẽ
dum quamlibet obligationẽ,tamen vinculũ iuramenti non
tollit.Prohibetur enim iſtis caſibus exceptio, quia per eam
aperitur

aperitur nobis facilior via ad eludenda iuraméta, q cessat in abſolutione ad effectũ agẽdi tantũ:quã abſolutionem nõ præſumit quis de facili petere velle ex eo, quia ad inſtruẽdã actionẽ ſicut ad inſtruendã bellũ multæ expenſæ & alia præparatoria requiruntur:vt no.in l.purè.ff.de excep.doli.& l.ſi quando.c.de dila.cum ſi. quæ facilè ex falſa cauſa quis non ſubibit.nã taliter abſolutus cogit ante omnia corã iudice docere ſe enormiter læſum vel vi aut dolo inductũ ad iurandũ, quarũ rerũ probatio nõ ita facilè occurrit, & ideo dicit Pau. de Caſt.in cõſi.cclix.Circa primum.col.fi.in ij.vol. ꝙ iſta abſolutio ad effectũ agendi à principio nõ eſt plena, tamen ex poſt facto per probatiões factas rectas repletur, ſed exceptio nõ indiget tot apparatus,cùm ſæpe in ſola negatiua cõſiſtit quæ excludit agentẽ:quia regulariter excipiens non tenetur ſicut agẽs exprimere cauſam ſuæ exceptionis:quia nuda voluntas videtur ſufficere ad dandã & caſſandã exceptionẽ,& hoc fauore liberationis:vt dicit expreſsè Io.de Imol. in c.ſuper hoc.in ij.col.verſi.potes etiã.de renun.Vnde ſi iuramentũ non eſſet in medio quod tollit exceptionem,facilè omnia poſſent ſubuerti,nõ igitur mirum eſt ſi in iſta materia abſolutionis tam arcta fiat interpretatio,vt abſolutio cõcedatur ad effectũ agẽdi dũtaxat,& talis interpretatio eſt fauorabilis religioni & obſeruãtiæ iuramẽti,quibus rationibus fortaſſe fuit motũ cõcilium Lateranẽ.ad hoc ordinandũ. Tamẽ quicquid ſit de ſtylo Pœnitẽtiariæ inductũ eſt ſcientibus & patiẽtibus ſummis pontificibus, ꝙ detur abſolutio etiã ad effectũ excipiẽdi,cùm actio & exceptio videãtur correlatiua vel ſaltem reſpectu probationis ęquipollentia.Nã ſicut actor tenetur probare intẽtionẽ ſuã,& ita exceptionẽ reus.l.j.& ij.ff.de

49 excep. †Et hæc omnia de plano procedũt in abſolutione à iuramẽto,ſecus tamẽ eſt in abſolutione à periurio incurſo:qa talis abſolutio non datur parte non citata:vt concludit Fed. de Se.in conſi.cccj.& Anch.cõſi.cxcviij.Et hoc nõ narret iurantẽ fuiſſe enormiter læſum,nec tali caſu enormis læſio ſufficeret:vt concluſit Rota coram R.P.D.Petro Vortio in vna Parmẽ.hoc anno 1538.mota per deciſi.Anto.& Pau.de Ca. & aliorum,quos adducit deci.concilij Neapoli.cccxxij.col.fi.

50 †Et licet maior Pœniten. abſoluere nõ poſſit de iure à periurio:vt dicit Domi.in cõſi.cv.in ij.dubio, neq; etiã quilibet alius



alius ordinarius:vt dicit Alex.in conſi.xvij.in ij.col.libr.iij. Tamẽ maior Pœnitẽtiarius hoc facit ex ſpeciali priuilegio

51 Sixti & Eugenij. † Non conceditur etiã per breue diſpenſatio ꝙ vidua poſſit eſſe abbatiſſa,neq; hoc concedit Pœnitẽtiaria:quia ſecũdùm cõmunẽ opi. diſpenſare cùm corrupta ad ſolum Papam pertinet,& denegatur ordinario : vt dicit Card.poſt glo.ibi in clemen.attendentes.§.ſtatuimus. in x.q. de ſta.mona.& ante ipſum Calde.conſi.iij.in tit.de offi.vica. & tradunt Mod.in tract.de beneficio. in iiij.parte.q.vij.quibus adde Abb. hoc idẽ tenentẽ in c.cùm in cunctis in iij.col. de electio.& pro iſta opi.eſt tex.in c.fi.de biga.& tex.in c.viij. qui cleri.vel vouẽ.quem ad hoc allegat Henricus Boich in c. de biga.& cùm iſta opi.trãſit Feli.in c.meminimus.in ij.col. de accuſa.& in c.at ſi clerici.in fi.& ibi Mod.de iudi. qui aliqualiter ſuper hoc dubitãt,& iſta opi.eſt cõmunis & vera,ſecundùm quã ita concluſum fuit in caſu contingenti in concilio Toloſano:vt patet in eo libro qui appellatur capella,de

52 ci.ccxcv. †Limitatur tamen iſta cõcluſio tribus modis vltra prædictos Doct.Primò ꝙ non procedat in corrupta occulta: quia cũ tali nõ ſolùm ſacra Pœnitẽtiaria,ſed etiã qlibet ordinarius diſpẽſare poterit ſicut fit cũ homicida volũtario occulto.Ita limitat Card.Alex.in c.acutius.xxvj.diſt.vbi latius loquit.Secũdò fallit niſi de ſpeciali licẽtia Papę:vt dicit Hoſti.in ſumma de biga.§.fi.Tertiò limitat niſi diſpẽſatio fieret citra cõſecrationẽ & benedictionẽ:quia tali caſu Pœnitẽtiaria poſſet diſpẽſare ſicut ordinarius ſecũdùm Archi.in c.indemnitatibus.ꝭ.de elec.& ita tenet Lap.Zenzel.& quidã alij in d.cle.attẽdẽtes.& ſecũdùm iſtã doctri.aliãs tpe Iulij Pœni

53 tẽtiaria diſpẽſauit.† Dat etiã per breue exẽptio ad poſtulationẽ patroni petẽtis hoc in fundatione eccleſiæ ſed ordinarij,& per cõſequẽs maior Pœnitẽtiarius hoc nõ poſſet concedere:vt cõſuluit Fede.de Se. conſi.ccxlvij.Quidã Epiſcopus. licet ordinarij quo ad quędã poſſent exẽptionẽ cõcedere: vt declarat Abb.& Mod.in.c.cùm dilecti. de cõſue. & ita fortè poſſet declarari dictũ Io.Rãdiu in trac.diſpẽſationũ.articu. ix.vbi indiſtinctè voluit ꝙ Epiſcopi poſſint cõcedere priuilegia exẽptionis monaſterijs.allega.c.cùm olim.& c.ex ore.de priuile.& in c.peruenit.xvj.q.j.Alia penè infinita circa expeditiones breuiũ,& ſacri officij Pœnitẽtiariæ cõgerere poſſẽ, quæ

quæ conſultius omitto ex eo: quia de omnibus latiſsimè ſcribo in eo libro qui ſtylus Pœnitentiariæ appellatur. Et hæc circa materiam breuium enarraſſe exempli gratia ſufficeret. Reſtat modò in hac poſtrema huius rubricæ parte tertia reſcriptorum ſpeciē attingere, quæ in gratijs concedendis verſatur. Verùm quia conceſsionum plures ſunt ſpecies, inter quas gratiæ ſpectatiuę, & mandata de prouidendo, primum tenent locum maiorem etiam experientiam & doctrinā requiruntur q̄ aliæ gratiæ, propter varietatem formarū & ſtylum ſæpius immutatū, ideo de illis pauca quędam per modū compendij pro curialibus adnotabo, quæ ſuccisſiuo ſtudio per ſtationes quaſdam interrupto poſt redditū meū ad vrbe Patauij, vbi maior ſcriptorū meorum pars furto perijt congeſsit. Scripſeram enim in hac materia prius longè plura q̄ hîc modò dicā. Nam antea cōpendiū hoc expectatiuarū in tres partes diuiſim, Cuius prima pars originē earum effectus ac prærogatiuas continebat. Secunda formulas mādatorum naturā & vim enarrabat. Tertia pars circa acceſſus & regreſſus verſabatur, in quibus multa de cōmendis & penè infinita de pēſionibus miſcueram, quæ paſsim in locis vulgaribus non traduntur, verùm cū liber ille, vt dixi inter alia plura vigiliarum mearū munimēta Patauij perierit. Decreueram me amplius tam ingrato labore non torqueri, niſi clariſsimus ille vir D. Pet. Andreas Gammarus ex ordine noſtro benemeritus, & mihi multis de cauſis amiciſsimus, cui partē iſtorum laborū abiens dimiſeram præſto fuiſſet, qui me ad idē onus iterum capeſcendū cohortaretur ſic: itaq; collegi quaſdā reliquias priorum laborū ex tanta ſtrage relictas, quas apud R. P. D. Staphileum inueneram per eundem D. Petrum eidem mutuatas, q magno ſupercilio & vultu ſeuero, vt moris eius erat reſtituit: nam decreuerat, vt ipſe dicebat ſuper dicta materia ſcribere: itaq; ex his & alijs nouiter fabricatis epilogum quendam confeci, non tamen eo modo quo prius impedientibus iam publicis & domeſticis curis, quibus antea ſcholaſtico ocio fuerā omnino ſolutus, ſed ſolū materiā expectatiuarum & mandatorum per capita formarum diſtinguam, ea tantùm in decem formulas reducens quæ erunt in hac materia reſcriptorū, veluti leges decemuirales, reliqua curioſis dimittens. Sed iam rem ipſam aggrediamur.

Epilogus,



# Epilogus, ſeu compendium gratiarum expectatiuarum.

## DIVM GRATIARVM EXPECTATIVARVM.

1 *Gratiæ expectatiuæ quando ortum habuerunt.*
2 *Pontifices veteres, nullas gratias expectatiuas concedere ſolebant.*
3 *Epiſcopis in eorum Epiſcopatibus ab initio orientis eccleſiæ attributa fuit plena poteſtas.*
4 *Papa cùm ſcribebat pro aliquo beneficiando tribus præcipuè literarū formulis vtebatur.*
5 *Ioannes xxij. primus omnium ſcriptores literarum numero diſtinxit, & taxas literarum ordinauit.*
6 *Executoriæ literæ ſolùm ſunt in vſu, monitoriæ verò, ac præceptoriæ receſſerunt, niſi quādo Papa pro moniali aliqua recipienda reſcribit.*
7 *Expectatiuarum materia habet in ſe lac, lanam, pellem, & carnes, in qua tam maiores, quàm minores ſtudioſè peccant.*
8 *Illius eſt condere, cuius eſt deſtruere.*
9 *Qui ſuo iure vtitur ei iniuriam fieri non debet.*
10 *Pontifices ſummi, non ſolùm cauſas totius mundi iudicant, ſed etiam de omnibus beneficijs diſponunt.*
11 *Papa ſolus in plenitudinem poteſtatis vocatus eſt, vnde omnes ab illo poteſtatem habent, ipſe verò à Deo.*
12 *Papa ex plenitudine poteſtatis expectatiuas ad omnes menſes concedere poteſt, & collationem omnium beneficiorum orbis ſibi reſeruare.*
13 *Ordinarijs Epiſcopis quatuor menſes, ſcilicet, Martium, Iunium, Septembrem, & Decembrem ad conferendū quæcunq; beneficia Papa cōceſsit reſeruatis & affectis duntaxat exceptis.*
14 *Qui dat id, ad quod non tenetur, liberalitatem videtur exercere.*
15 *Citatus debet prius coram ordinario comparere, etiam ſi iudex particularis eodem die illum citauerit.*
16 *Legatus in quatuor mēſibus ordinarijs reſeruatis poteſt etiā conferre.*
17 *Nemo poteſt beneficium aliquod acceptare literis non expeditis, nec ante factam fulminationem proceſſus.*
*Literæ expeditæ in beneficialibus habentur loco tituli. ibidem.*
18 *Epiſcopus in omnibus menſibus beneficia ſui Epiſcopatus conferre poſſet, niſi prohiberentur.*
19 *Decreti natura adeò maligna eſt, quòd quicquid inuenit, deſtruit, & in oppoſitum reddit.*
20 *Vna dictio pro alia poni ſolet.*

r Ordinarij

21 Ordinarij melioris ſunt conditionis in beneficijs vacantibus, quàm Papa.

22 Expreſſio clauſulæ exprimendæ fieri debet in parte diſpoſitiua, aliàs non prodeſt.

23 Reualidationes gratiarum, & ſecundæ gratiæ expectatiuæ quando dari ſolitæ ſunt.

24 Sermones veriores efficiuntur, cùm ad indiuidua deſcendimus.

25 In longo opere fas eſt obrepere ſomnum.

26 Expectatiuarum & mandatorum variæ ſunt formæ.

27 Fortuna bonorum omnium nouerca.

28 Expectatiuarũ decem & mandatorũ totidem formas facit author, quas breuiter deſcripturus pollicetẽ, ac eas, ſcilicet quæ originẽ habent à iure cõmuni, quæ verò nudi facti aſſertionem continent relinquens.

29 Prima forma expectatiuæ.

30 Papa quando creat canonicum confert plenum ius in canonicatu.

31 Qua pœna puniantur canonici alteri conferentes præbendam contra mandatum Papæ.

32 Canonicatus ius quomodo ſe habet ad præbendam.

33 Quantò quis eſt dignior, tantò eſt nobilior & durabilior.

34 Illegitimus diſpenſatus nõ poteſt obtinere canonicatum in eccleſia cathedrali propter maiorem præeminentiam quam dñi canonici habẽt.

35 Canonicus creatus in eccleſia cathedrali poteſt eſſe iudex delegatus à ſede Apoſtolica,

36 Beneficium dignum, minus digno vniri non poteſt.

37 Canonicus ſine præbenda dicitur canonicus in herbis, ſicut Comes ſine reditu.

38 Creatus in canonicum ſub expectatione præbendæ debet habere diſtributiones, vocem in capitulo, & poteſt cantare in choro.

39 Concluſio primæ formæ expectatiuæ.

40 Licentia ad duo vel tria patrimonialia in Hiſpania frequentiſſimè ſolet dari.

41 Canonicus creatus non poteſt beneficium ſeruitorium acceptare, videas ibi rationem.

42 Quando quis habet gratiam expectatiuam ad largam, poteſt beneficium ſeruitorium acceptare.

43 Secundæ formulæ expectatiuæ declaratio.
Quis non poteſt obtinere duos canonicatus in pluribus eccleſijs, multò minus in eadem eccleſia. ibidem.

44 Nullus inferior, etiam ſi fuerit Legatus poteſt contra concilium, aut iura communia diſpenſare.

45 Expectans in forma ſecunda vltra duas præbendas, vna ſcilicet, in qualibe





qualibet non poteſt conſequi, niſi vnam dignitatẽ vel officium in altera illarum eccleſiarum.

46 Dignitas quæ maior dicatur poſt pontificalem.

47 Ex quo diſpenſatur cum aliquo ſuper pluralitate beneficiorum, videtur etiam diſpenſatum ſuper reſidentia.

48 Papa non intelligitur ita velle præiudicare pluribus, ſicut vni.

49 Expectatiuæ tertiæ formæ declaratio.

50 Expectatiuæ quartæ formæ declaratio.

51 Clerici literati quicquid exponunt cauſa ſtudij, dicitur expoſitum in vtilitatem eccleſiæ.
Ius canonicum diuinum appellatur. ibidem.

52 Eccleſia Dei ſolis magiſtris, nec ſola Biblia gubernari poteſt.
Doctores qui res eccleſiæ iuſtè defendunt, non minus merentur quàm Sacerdotes, qui corpus Chriſti conficiunt. ibidem.

53 Papa facilius concedit, vt quis ſit pluralis in præbendis diuerſarum eccleſiarum, quàm in dignitatibus ſeu officijs.

54 Expectatiuæ quintæ formæ declaratio.
Diſtributiones duplicatæ non dãtur ei, qui gerit vices plurium perſonarum, quia ſeruit loco vnius. ibidem.

55 Gratia & ſi ad duo incompatibilia data eſt, non ideo cenſetur diſpenſatum ſuper retentione vtriuſq;.

56 Diſtributio reſpectu eorum, quæ dantur ſecundùm merita & conditionem perſonæ fieri debet.

57 Valor & ſumma in gratijs expectatiuis ſecundùm taxationem decimæ, non autem ſecundùm communem æſtimationem conſyderatur.

58 Literæ in quibus non apparet ſeruatus ſtylus cõmunis Ro. curiæ, nec rationabilis curſus Cancellariæ de falſitate ſuſpectæ ſunt.

59 Quando Papa per literas executorias mandat vt illum, pro quo ſic ſcribit, recipi faciant in canonicum illius eccleſiæ, verba iſta quomodo intelligantur.

60 Canonici excommunicati vel ſuſpenſi, receptionem iuris & facti facere non poſſunt.
Præſentatio à patrono excommunicato fieri non poteſt. ibidem.

61 Expectatiuæ ſexta forma, ſcilicet quando expectans poteſt duo beneficia obtinere, vnum in qualibet collatione.
Cura animarum eſt ars artium, & ſalus animarum. ibidem.

62 Expectans an poterit in qualibet collatione in iſta ſexta forma, acceptare duo beneficia, non excedentia ſummam in literis expreſſam.
Obtinens tria ſufficientia beneficia, non dicitur ſufficienter beneficiatus. ibidem.

63 Septima forma expectatiuæ explicitur, videlicet quando gratiæ ex-

*pectatiuæ conceduntur prælato.*
64 *Turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.*
*Multa prohibentur fieri, quæ iam facta tenent. ibidem.*
65 *Diſpenſatio non datur in expectatiuis.*
66 *Commenda non dat verum titulum in beneficio.*
*Epiſcopis vltramontanis non datur expectatiua, & vbi conceditur, beneficia dantur in titulum. ibidem.*
67 *Octaua forma expectatiuæ explicitur, videlicet quando conceditur alicui regulari.*
68 *Ad hoc vt beneficium regulare dicatur quid ſit neceſſarium.*
69 *Gratia ad beneficium regulare alterius ordinis conceditur cum trãſlatione.*
*Expectatiua ad dignitatem conuentualem vel officium clauſtrale, non datur niſi qualificatis. ibidem.*
70 *Gratia ad beneficiũ ſæculare nõ datur monacho niſi cũ diſpẽſatione.*
71 *In vno eodemq; officio non debet diſpar eſſe profeſſio.*
72 *Nona forma expectatiuæ explicatur quæ pauperibus clericis cõcedit.*
73 *Expectatiuæ pauperibus cõceſſus potius dicuntur literæ iuſtitiæ quàm gratiæ, quæ quidem & gratioſæ dici poſſunt multis de cauſis.*
*Fruſtra precibus impetratur, quod de iure communi conceditur. ibi.*
*Executores literarum iuſtitiæ non debent eſſe in dignitate. ibidem.*
74 *Pauper obtinens penſionem poteſt expedire literas.*
75 *Penſio non dicitur titulus perpetuus, & ſpiritualis.*
76 *Obtinens beneficia vel penſionẽ xxiiij. librarum poteſt in forma pauperum literas impetrare.*
77 *Habẽs poſſeſſionem beneficij cum titulo, licet poſſeſſio non ſit pacifica non poterit in forma pauperum literas impetrare.*
78 *Habens beneficium litigioſum, ita quòd non recipit fructus poteſt in forma pauperum impetrare.*
*Promotus ad Epiſcopatum etiam poſt adeptam poſſeſſionem, ſi fructus illius recipere non poteſt, ex eo quòd alteri debeantur, priora illius beneficia non vacant. ibidem.*
79 *Tria requiruntur, vt quis reperiatur idoneus ad beneficium eccleſiaſticum.*
80 *Petenti aliquid incumbit probare ſe eſſe bonum, quia præſumptio naturæ non habet locum, niſi quando quis ſe defenderet.*
*Aetas omnis ab adoleſcentia prona eſt ad malum. ibidem.*
*Vbi agitur de periculo animæ, capitur in dubio ſiniſtra ſuſpicio. ibi.*
81 *Boni mores in clerico ante omnia requiri debent.*
*In anima mala non intrat ſpiritus ſapientiæ. ibidem.*
82 *Literatura in clericis ſimplicibus & pauperibus nõ eſt multũ neceſſaria quo ad Deum, nec quo ad mundum.*





83 *Canonici ita debent eſſe literati ſicut nobiles.*
84 *Aetatis defectus maior eſt, quàm morum & ordinum.*
*Parienti defectum in ætate tempore datæ non prouidetur de beneficio curato. ibidem.*
85 *Indecorum eſt, vt hi debeant eccleſias regere, qui non nouerunt gubernare ſeipſos.*
86 *Aetas legitima quæ intelligatur, quo ad beneficium curatum, et canonicatum & præbendam.*
87 *Illegitimi ad beneficia eccleſiaſtica abſq; diſpẽſatione ſunt inhabiles.*
*Collatio beneficij facta periurio vel infami eſt ipſo iure nulla. ibi.*
88 *Circa homicidium voluntarium cum quibus diſpenſatur.*
89 *Purus laicus incapax eſt beneficij eccleſiaſtici.*
*Habitus & diſpoſitio animi ſufficiunt, quo ad hoc vt quis clericus reputetur. ibidem.*
90 *Miles non gaudet priuilegio militari, niſi ex eo tempore, quo in numeris relatus eſt.*
91 *Clerici pauperes extra ſuam prouinciam locari non poſſunt, licet hodie ex fauore concedatur cum derogatione.*
92 *Penſio non dicitur beneficium eccleſiaſticum, nec ſpirituale.*
93 *Hoſpitalia, cùm non veniant nomine beneficij in gratijs expectatiuarum non cadunt.*
94 *Beneficium manuale non dicitur propriè eccleſiaſticum.*
95 *Cùm alicui prouideri mandatur de beneficio in aliqua eccleſiarum, ciuitatis, vel diœceſis non includitur eccleſia cathedralis.*
*Prouidẽdo in cathedrali, prouidetur in ciuitate, ſed non econtra. ibi.*
96 *Collatio beneficiorum in eccleſia cathedrali ad Epiſcopum principaliſsimè ſpectat.*
97 *Expectans ad collationem decani & capituli eccleſiæ cathedralis poteſt acceptare beneficium vacans in ea.*
98 *Diſpenſatus per Epiſcopum ad beneficia poteſt obtinere dimidiã portionem in eccleſia cathedrali.*
*De modicis & minimis non curatur. ibidem.*
99 *Plus & minus non differunt ſpecie.*
100 *Conſtitutio pœnalis dicitur eſſe fauorabilis & extendenda fauore eccleſiarum.*
101 *Rotæ authoritas magna eſt apud omnes.*
*Diſpoſitio ſimpliciter loquens minima non comprehendit. ibidem.*
102 *Pauperes expectantes quare excludantur à canonicatibus & alijs beneficijs exiſtentibus in eccleſia cathedrali.*
*Canonicum eſſe in eccleſia cathedrali magnus eſt honor. ibidem.*

103 *Taxa certa in literis pauperis olim non exprimebatur, hodie autem aliter ſit.*

104 *Valor beneficij non computatur reſpectu vtilitatis, quæ habetur in reſidendo, ſed in portatis.*

105 *Expectatiuæ decima & vltima forma, quæ pro pauperibus graduatis conceditur.*

106 *Poſſeſsio decennalis ſecundùm ius commune introducta de conſuetudindine ſufficit.*

*Beneficia omnia de iure communi cenſentur eſſe ſæcularia. ibidem.*

107 *Taxa beneficiorũ exprimit in pauperib⁹ graduatis, et nõ graduatis.*
*Beneficij ſufficientia ſecundùm qualitatem & dignitatem beneficiati conſyderatur. ibidem.*

108 *Idoneitas impetrantis pro pauperibus graduatis non inquiri mandatur.*

GRATIAS expectatiuas poſt annũ
1150. ortum habuiſſe, ex eo manifeſtã
1 cõiecturã capimus: † quia cùm circa ea
tempora decretũ Gratiani compilatum
fuerit, vt Archiepiſcopus Florẽtinus in
iij. parte Hiſtoriæ, titu. xviij. c. vj. author
eſt ſecutus in hoc gloſ. in c. poſt appella-
tionem. §. forma. ij. q. vj. in eo tamen libro tales gratiæ nõ ha
bentur. Nec inter Decretorum canones meminit Io. An. ſe le-
giſſe, tales literas fuiſſe aut cõceſſas, aut impetratas: quia tẽ-
pore Decretorũ Papa nunquàm grauabat ordinarios, dicit
Io. And. in c. duobus. de reſcrip. lib. vj. in nouel. Et hoc idem
2 affirmat Abb. Panor. in c. mandatum. col. fi. eo. tit. † Nam cõ-
ſueuerunt veteres illi ſummi pontifices Chriſtianæ religio-
nis patres non ſolùm nullas gratias expectatiuas, ſed (quod
eſt magis mirandũ) gratias de vacãtibus raro, & cũ difficul-
tate concedere, vt dicit Io. And. in rub. de conceſ. præben. in
3 addi. ad Spec. † Ea, vt opinor, ratione, quia ab initio orientis
eccleſiæ, plena poteſtas omniũ huiuſmodi iurium Epiſcopis
in eorum Epiſcopatibus fuit attributa, vt not. Inn. in c. poſtu
laſti. de iu. pat. glo. magna in c. quanquàm. de elec. lib. vj. cum
alijs cõcor. de quibus per Abb. in diſpu. Augerio. in ij. dubio
principali, in ij. col. verſi. ſecundo probatur. & in c. cùm olim.
in ij. colum. de maio. & obedien. & in c. ij. in ij. not. de reſtitu.
in integrum. Et ob eam cauſam non facilè grauabant eoſdẽ





ordinarios, arg. tex. in c. peruenit. xj. q. j. Hinc eſt, quod de iſta
materia in Decretis nõ fit mentio. Sed deinde ſucceſſu tem-
poris ſummi pontifices inceperunt expectatiuas dare, parce
tamen, & curialiter, vt not. Abb. in c. conſtitutus. in j. nota. de
reſcrip. Nam vt dicit ibi Abb. & in c. mandatum. col. pen. eo.
tit. cùm Papa ſcribebat pro aliquo beneficiando, tribus præ-
cipuè literarum formulis vtebatur, & tunc cum magna cir-
cunſpectione. † Nam vtebatur illo moderamine, videlicet
4 quatenus pro alio non ſcripſerimus, vt dicit Domi. in c. duo-
bus. col. fi. de reſcrip. lib. vj. Primò enim concedebat monito-
rias, quibus ordinarium collectorẽ monebat, vt illi pro quo
Papa ſcribebat, prouideret, per quas quidem monitorias, po
tius videbatur acquiri ius ad rem quam in re, vt tradit Pet.
de Ancha. in c. literis. de reſcrip. & hoc videtur probari in c.
dilectus. de præben. & ibi not. idem Pet. Solum enim videtur
inducere monitionem de congruo vt patet, quia illis ordina
rio præſentatis ſi monitorijs literis nõ parebat, ſecundo loco
Papa dabat præceptorias. Deinde ſi ordinarius illas etiã ne-
gligebat, executorias literas cõcedebat, per quas executor lo
co Papæ deputatus, compelleret ordinarium. Per iſtas tamen
tres ſpecies literarum nõ tribuebatur ius in re in beneficio,
vel ad illud, ſed ſolùm dabatur facultas implorandi officium
iudicis, id eſt executoris: quia ius in re acquirebatur per rece
ptionem authoritate Papæ factam, vt dicit Spec. tit. de acti.
& petitio. §. iiij. in prin. & inferius dicetur. Et iſte modus expe
5 ctandi beneficia promiſcuus erat, † & ſine aliquo ordine, do
nec Ioannes xxij. primus omniũ per regulas ſuas rem in ordi
nem redegit ſcriptores literarum numero diſtinguens, & ta-
xas literarum ordinans. Deinde Benedictus xij. & Gregorius
xj. hoc domeſticum peculium magis auxerunt, vt author eſt
Polydo. lib. viij. de inuen. rer. c. ij. A quibus veluti ab anteſi-
gnanis poſteriores omnes pontifices, regulas ſuas expectati-
uarum veluti per manus acceperũt, plura addẽdo, & formas
varias inducendo, vt ex lectione regula. Cancellariæ, & plu-
rium extrauagantium colligere poſſumus. Modernis tamen
tẽporibus, ſublatis illis antiquorum formulis executoriæ lite-
6 ræ ſunt in vſu, † vt dicit Io. de Imo. in c. capitulum. in ij. nota
bi. & And. Sicu. in c. eam te. per illum text. in iij. notabi. de re-
ſcrip. monitoriæ verò, ac præceptorię receſſerũt ab aula, niſi

eo tantum caſu, quo Papa pro moniali aliqua recipiẽda reſcribit, vt dixit Abb. poſt Io. An. in c. ex inſinuatione. de reſc. Et probatur in c. cùm dilecta. eo. tit. vbi etiam vnũ aliud eſt notandum, ꝙ quando Papa ſcribit dictis monialibus, vocat eas dilectas in Chriſto & eodem modo vocat Reginas, vt ibi not. ex illo tex. Io. de Imo. & And. Sicul. & ante ipſos hoc dixit Specu. in tit. de reſcrip. præſentatione. §. ratione formę. in prin. qui ad hoc alleg. d. c. cùm dilecta. & ad hoc Specu. alleg. Io. And. & Imo. in ij. procœmio Decretalium. inci. Gregorius. in ij. col. vbi dicunt ꝙ nullis alijs quàm Abbatiſsis monialibus & Reginis diriguntur prædicta verba in Chriſto, ſicut hodie nullis alijs diriguntur literæ monitoriæ vel præceptoriæ quàm prædictis, & licet Car. in d. c. ex inſinuatione. dixerit ſe non vidiſſe hoc ſeruari in receptiõe alicuius monialis, non tamen ex hoc infertur ꝙ non ita fiat, quia ipſe non viderit, præſertim cùm ſit tex. de hoc clarus in d. c. cùm dilecta. tenenda eſt igitur iſta opi. ꝙ ſolæ executoriæ hodie ſunt in vſu, quæ adeò iam inualuerunt quod videntur ad inſtar pluuiæ ex vbertate ſedis Apoſtolicæ emanantis: quæ in dies magis germinant, quam herba graminea, in graue ordinariorũ collatorum dãnum, & pręiudiciũ. Ex conceſsione enim earũ innumera penè incõmoda ſuborta ſunt in eccleſia Dei, quæ ſigillatim numerantur in cõcilio Baſilienſi ſub titulo, de collationibus beneficiorum, ceſſ. xxxj. Adeò enim expectatiuarum creuit vſus, quòd regulæ antiquorum pontificũ nihil ferè aliud, quàm expectatiuarum ordinationes continebãt.

7 †Nec mirum, quoniam hæc materia expectatiuarum, & beneficialis, ſecundùm Alberi. in ver. præbenda. habet in ſe lac, lanam, pellem, & carnes, id eſt abundantiam temporalium. Et ideo non ab re, varia in ea iura fuerunt condita: plures etiã quæſtiones ortæ quotidie. Ex quibus quia practici multa lucrantur in curia Romana & alibi, iſtam materiam ſtuduerunt, & ſtudent: quæ longè plus dilatata eſt quàm materia de pœnitentijs, & ſimiles, & Papa, Cardinales, & religioſi etiam pauperes, & clerici ſæculares in hac materia ſtudioſè peccant continuè. Hæc Albericus, nimirum igitur, ſi dixerũt Moder. Mediola. in c. j. in ij. col. de ele. quòd propter iſtas expectatiuas totum ius canonicum deſtructum videtur. Verùm

8 quia †eius eſt deſtruere, cuius eſt condere, ſi rectè cuncta penſentur,



ſentur, non poterunt ex hoc ordinarij collatores grauari.

9 †Quia ſcriptum eſt, nemini iniuriam facere, qui ſuo iure vti

10 tur, vt in c. cùm eccleſia. de elect. †Nam vt à primordio orientis eccleſiæ exordiar, ſatis conſtat, ad Roma. pontifices tanquàm ordinarios vniuerſales, & Epiſcopos totius orbis, pertinere, non ſolùm cauſas totius mundi iudicare, ſed etiam de omnibus beneficijs diſponere: vt not. glo. in c. felicis. §. fin. in verbo priuata. de pœn. lib. vj. & in c. ad Romanam. ij. q. vj. & in c. ſola. cum ſeq. ix. q. iij. & in c. quantò. de trãſla. Nam ſicut inferiores ab Epiſcopo non habent poteſtatem conferendi, niſi inquantum Epiſcopus tacitè concedit, & patiatur, vt in c. ex frequentibus. & c. cùm veniſſent. de inſtitutio. Ita & Epiſcopi, niſi ex Papæ conceſsione non habent conferendi poteſtatem: vt eſt tex. no. in c. multũ. iij. q. vj. Et quamuis à principio Romani pontifices plenam Epiſcopis conferendi poteſtatem dederint, multò tamen maiorem penes ſe retinuerũt: vt tradit Calde. conſi. iij. titu. de præben. argu. c. dudum. & c. quamuis. ij. de præbẽ. lib. vj. & not. Franci. Cur. in conſi. lxiiij. in v. col. Per quam rationem voluerunt domini mei auditores, de menſe Ianuario 1538. in vna cauſa Parmen. Vallium coram R. P. D. Nicolao Aragonia Epiſcopo Boſſanen. Imperatorem Vinſiſlaum, qui primus omnium ducatum Mediolani erexit, & omnimodam infeudandi iuriſditionem Duci tradidit, maiorem apud ſe, ſicut Papa iuriſditionem & poteſtatem retinuiſſe. Adeò ꝙ potuit Federicus Imperator eius ſucceſſor, loca de Corrigio Duci ſubiecta, alteri infeudare, & illa à iuriſditione Ducis totaliter eximere, prout fecit. Nam vt dixi, licet ſupremam iuriſditionẽ Duci dederit, maiorem tamen Imperator apud ſe retinuit: per quam potuit & poteſt cum quolibet inferiori concurrere: vt latè poſt alios per plura conſilia probat Brunus Aſtenſis. Ex quibus ſufficiet breuitatis cauſa conſi. xlvij. poſt Bal. in c. j. quis dica. Dux, vel Marchi. quòd ſi iſta in Imperatore admittimus, in Papa multò

11 magis concedendum eſt, †qui ſolus vocatus eſt in plenitudinẽ poteſtatis. Epiſcopi verò, & alij inferiores tantum in partẽ ſolicitudinis: vt dicit tex. in c. decreto. cum ſequenti. ij. q. vj. & in c. ad honorẽ. de autho. & vſu pal. hinc eſt, quòd Epiſcopi in ſuis diœceſibus vices Papæ gerunt, vt dicit Archidiaco. in tra. de hæreſi. c. inſuper ſciendum. quem refert & ſequitur Gaſpar

Gaſpar de Peruſio Epiſcopus Frequētinus Doctor antiquus in tract.reſeruationum.fo.1.& omnes prælati de mundo habent poteſtatem à Papa,ipſe verò à Deo,vt dicit Gul.de mōte Lau.in ſacramentali,poſt Ioan.And.in c.cùm ex eo.ad fi. de pœn.& remiſ.& ſequitur Stepha.de Gaieta, latius in ſuo etiam ſacramentali,fol.2.ex quibus poteſt reſolui illud,quod dicebam ex dictis Imo.in d.c. poſtulaſti. quòd licet Papa in beneficialibus,in quibus habet liberam & pleniſsimam poteſtatem:iuxta c.ij.de præben.lib.vj.à principio conceſſerit totam poteſtatem alteri diſponendi, ex quo tamen maiorem apud ſe retinuit,potuit ex certa ſcientia immutare, vel limitare in aliqua parte totum illud,quod cōceſsit,prout poſtea fecit:quia in hoc videtur vſus iure, & facultate ſibi data à Deo,& ab inueterata eccleſiæ primitiuæ conſuetudine,vt dicitur in dicto capitulo ſecundo ex quo Doctores inferunt,nō ſolùm Papam iuriſditionem conferendi datā poſſet in parte limitare,& ad certum tempus reſtringere,ſed etiam de iure, etiam non data,aliqua negligentia ordinariorum omnia beneficia mūdi conferre,vt dixit Abb.in c. quia diuerſitatem.
12 in v.notab.per illum tex.de conceſ.præb.†& per conſequens concedere poterit expectatiuas ad omnes menſes, & non ſolùm vnam eccleſiam cathedralem collatione priuare,& à poteſtate Epiſcopi totaliter eximere, ſed etiam collationem omnium beneficiorum orbis ſibi reſeruare, vt dictū eſt.Et de primo dicto eſt doctri.Bal.in c.ꝙ tranſlationēde offi. lega.& Doc.in c.j.ne ſede vac.& in alijs locis cōgeſtis per Modernos Aſten.in conſi.liiij.& quod fortius eſt,nō ſolùm ea,quę ſunt ſui Apoſtolatus, poteſt Papa infeudare, ſed omnes res,quæ ſunt aliarum omnium eccleſiarum, vt latius tradunt Moder. Bononi.in conſi.ij.& poſito inter conſilia Bruni in vj.col.& ipſe idem in ſuo j.cōſi.poſt Bal.in c.j.in prin.qui feu. da.poſ. Verùm cùm hæc omnia legitimè Papa poſsit facere,non tamen conceſſa vti voluit poteſtate:ſed vrbanius agens iuriſditionem, & poteſtatem ſuam omnimodam cùm ordinarijs Epiſcopis partitus eſt eis concedens per ſuas regulas Cancel
13 lariæ quatuor menſes,†videlicet Martium,Iunium,Septembrem,& Decembrem,à die datæ expectatiuarum computandos,ad conferendū quæcunque beneficia,reſeruatis,& affectis duntaxat exceptis: reliquos octo menſes ſibi reſeruans, in quibus



in quibus ordinarij propter decreta, & inhibitiones regularum,& expectatiuarum conferre prohibentur,iuxta cle.primam.§.ſecus.de conceſ.præben.& talis menſium partitio facta per regulam faciem habet honeſti: quia conueniens, & rationabile videtur,quòd Papa,qui eſt dominus,& creator, vt dixi,beneficiorum,& habet pleniſsimam poteſtatem eorū omnium,quæ ſunt ſub cœlo,vt dicit Bal.in prooe. Gregoria. propter eius maiorem poteſtatem,ſibi partem maiorem mēſium retineret.argu.c.ſi à ſede. de præben.lib.vj. & in alijs
14 quatuor menſibus concurret cum ordinarijs.†Nam qui dat id,ad quod non tenetur, liberalitatem videtur exercere, vt tradunt Moder.in c.relatum.de præben.poſt gl.ibi,& eſt tex. notabi.in cle.ſi dominum.de reli.& ve.ſancto.& in c.j.de dona.Dedit igitur poteſtatem ordinarijs in illis quatuor menſibus accumulatiuè,non autē priuatiuè.Itaque erit locus præuentioni,vt dicit Io.Monach.in c.ſi eo tempore. de electi.lib. vj.de quo Bal.meminit in c.j.in princip.qui feu.da.poſ.Et in hoc conſiſtit poteſtas iſta accumulatiua: quia ſi Papæ collatio in illis quatuor menſibus erit anterior collatione ordinarij,illas præualebit.Sicut in ſimili dicit glo.nota.in c.j.de in-
15 ueſti.in marit.fact.†Quod ſi iudex feudi,qui eſt iudex particularis,citat aliquem, & iudex ordinarius vniuerſalis citat eundē,non ſolùm ſi ordinarius præuenit,debet citatus prius coram eo comparere.Sed quod notabilius eſt in dubio quando vtraque citatio eſt facta eodem die, debet citatus prius coram ordinario comparere.Ita eſt ibi gloſ.quam pro ſingulari notat Cardina.in c.ſuper literis.de reſcript.& Andre.Sicul.in rubri.de offic.delega.& in c.ſtuduiſti.nume.45. de offic.lega.& alibi ſæpe,& iſta dignitatis & poteſtatis prærogatiua non ſolùm habet locum in Papa, ſed etiam in Legato,
16 †qui eius vices gerit, qui etiam poteſt in quatuor menſibus ordinarijs reſeruatis conferre, & erit etiam locus præuentioni, prout in vna cauſa iudicarunt Domini, vt refert D. Pet. Andre. Gammarus auditor in tracta. Legati.lib.iij. q. iij.& ita nouiſsimè reperio conſultum per D.Franciſ.de Ripa virum doctiſsimum in lib.j.reſponſorum,cap.xv.per plures rationes de quibus ibi per eum.Non obſtante quodam conſilio Socin.cclx.qui tenebat contrarium.ratio illius deciſionis fuit,quia ex quo Legatus nō poterat in mēſibus Papę conceſsis,

conceſsis,expectantibus prouidere,ne eluderentur expectā-
tes,fruſtarentur,& deciperentur, authoritate ſedis apoſtoli-
cæ fuit viſum, Legatum poſſe in reliquis illis quatuor menſi-
bus prouidere,& cōcurrere cum ordinarijs,ſicut Papa,cuius
perſonam Legatus repreſentat,ne poteſtas Legato conceſſa
videretur inanis,vacua & ſine aliquo effectu.Et iſta,quæ di
cta ſunt,procedunt,quando Papa ſcienter prouidet, & hac
intentione,vt præiudicetur ordinarijs,ſecus verò in dubio.
Vnde ſi intra illos quatuor menſes, vel in aliquo eorum con
curreret data expectatiuarum,& fulminatio proceſſus, non
propter hoc cenſeretur derogatum illi regulæ, quatuor men
ſium ex quo per prius virtute illius fuit præſeruatum ius or-
dinariorum,quo caſu conceſsio principis ſubſequens, vide-
tur facta ſine præiudicio illorum,iuxta ea,quæ notat Feli. in
c.cauſam.per illum tex.de reſcript.& in c.ſuper eo. de offic.
deleg.ſolet enim ſemper capi interpretatio in eam partem,
vt minus præiudicet ordinariæ iuriſditioni,vt eſt tex. nota-
bilis in c.ij.de religio.domi.quem habui in punctis diſputa-
tionis ſecretæ auditoratus mei à reuerendis dominis meis
coauditoribus die xvj.Iunij 1529. Nam vt dicit ibi glo.eccle
ſiaſticus,ordo cōfunditur,ſi Epiſcopis iuriſditio data nō ſer
uat̄,c.peruenit.xj.q.j.vt dixi latè in c.j.poſt gl.ibi de reſcri.&
prędicta procedūt,etiā ſi gratia principis fiat motu proprio
vt tradit Iaſ.in l.ſi mihi,& tibi.§.in legatis.in ij.lec.ff.de leg.j.
& latius Deci.in conſi.ccxcij.col.j.vt dixi in regula Cancella
riæ.de iure quæ nō tol.in vij.q.& hæc ratione idem erit di-
cendum in expectatiuis,quæ ſolent concedi motu proprio,
vt dixit Ioan.And.in c.ſi motu proprio.de præben.li.vj.poſt
alios,quos refert Abb.in c.j.in xij.col.verſi.argumentū opti-
mum.de iudi.propter rationē gloſ.poſitæ in vltima parte re-
gulæ prærogatiuarū Iulij.Ex quibus infertur, ꝙ fulminatio
proceſſuum in expectatiuis domini noſtri Papę Paul.iij.quę
fuit facta die 1.Ianuarij 1537.non debet trahi ad datam ex-
pectatiuarū,quæ fuit cal.Septē.Ex quo ſequitur iſte magnus
effectus,ꝙ collationes ordinariorū, quæ factæ fuerunt à cal.
Septem.vſq; ad cal.Ianuarij,valent,& tenēt,per ſupra dicta,
17 & per regulā,quæ diſponit,†ꝙ nullus poſsit acceptare aliqđ
beneficium,vel illud aſſequi literis nō expeditis,nec ante fa-
ctam fulminationē proceſſus:quia gratia principis ante cō-
fectas



fectas literas eſt informis,& imperfecta. Et ideo ante expe-
ditionē literarū valet prouiſio ordinarij,quę nō valeret lite-
ris expeditis,ex eo,quia gratia Papæ per cōfectionē,& expe
ditionē literarū perficitur:& quæ in vtero erat,per expeditio
nē literarū in mundū producitur.Et deinde per dationē cer-
torū executorum roboratur,& quodā modo pubeſcit , iuxta
deciſi.cccclviij.inci.Cùm ſecundùm. in nouis.Hinc dicitur,
ꝙ in beneficialibus literæ expeditæ habentur,loco tituli, vt
no.Cōpo.in c.conſtitutus.ad fi.de reſcr.& Io.An.in c.j.de lit.
conteſt.lib.vj.Feli.in c.in noſtra.in verb.titulus. de reſcrip.&
Milis in verſi.gratia.Et ideo ſolet per vnam bullam inhiberi
bullatoribus,& alijs officialibus,ne literas ſuper gratijs expe
ctatiuis,anteq̄ proceſſus deſuper decreti fuerint,aut fulmina
ti,partibus tradere præſumāt,faciūt ad hoc no.per Archi.&
Io.An.in proœ.lib.vj.& per Dominos de Rota deci.cccxxxij.
incip.Licet Ro.Cu.Cùm ergo expeditio literarū,& fulmina-
tio proceſſus in gratijs expectatiuis Pauli fuerit facta cal.Ia-
nua.certè videtur,ꝙ beneficia,quę in antea vacauerint,etiā
in mēſe Apoſtolico potuerūt validè cōferri per ordinarios.
Ex quo illa expectātes tūc acceptare,ſeu aſſequi nō valuerūt
vt dixi.Nā licet Papa ſit generalis ordinarius orbis , quo ad
18 beneficia,†Epiſcopus tamē eſt etiā generalis ordinarius Epi
ſcopatus ſui,adeò,ꝙ poſſet cōferre in omnibus mēſibus niſi
prohiberetur,vt dixi,quia eſt pręordinator in cūctis,vt dicit
deciſi.clxvij.inci.De collatione,&c.in no. Et tenēdo hāc par
tē poteſt dici,ꝙ nō ob.decretū irritans appoſitū in dictis gra
tijs expectatiuis,per quod decernit irritū,& inane &c. Quia
reſpondetur,ꝙ illa verba reſtringuntur ad habilitatē litera-
rū,quaſi dicat,ex nūc,id eſt,literis expeditis,& decreta fulmi
natione proceſſuū,& nō antea,qn̄ literæ ſunt adhuc infor-
mes,& inefficaces.Recipiūt igit̄ verba illa decreti reſtrictio-
nem de habilitate.argu.l.vt gradatim.ff.de mune.& hono.&
eorū,quæ no.Bar.& Moder.in l.j.§.nūciatio.ff.de ope.no.nū.
facit gl.in c.j.de conſt.in verb.omnibus.& in c.dilecto.de ſen.
excom.lib.vj.Et quod eleganter ſcribit Domi. conſi.cxxxiij.
in iiij.col.vbi dicit, ꝙ decretū appoſitū in gratia nō afficit,
niſi beneficiū cadēs in illa:quia intelligitur modificatū ſecū-
dùm modificationē gratiæ.Pari modo pōt dici in iſto caſu,
vt tale decretū expectatiuarū dicatur eſſe potēs,& habile ad
produ-

producendũ ſuũ effectum,ſtante potentia, & habilitate literarũ,quo ad earũ effectus,acceptationis ſcilicet,& ſimilium.
Nec fulminatio,quę poſtea ſequuta eſt,retro trahitur ad datã literarũ, ſtantibus collationibus ordinariorũ,c.quamuis,
de reſcr.lib.vj.cũ alijs,de quibus ſupra.Et pro hac parte inclinant multi in caſu,qui iã eſt in facto,licet nõnulli teneãt cõtrarium,quo ad beneficia,quæ vacarunt de menſe Octob.
vſq; ad cal.Ianua.Quia cùm prædicti menſes ſint Apoſtolici,licet expectantes ante fulminationẽ ꝓceſſuũ nõ potuerint
acceptare,per rõnes,& motiua,de quibus in parte affirmatiua:tamẽ ſecũdùm eos,ligatæ erãt manus ordinariorũ in dictis mẽſibus Apoſtolicis ꝓpter decretũ appoſitum in gratijs
huiuſmodi.Quod quidẽ decretũ,licet medio tp̄e nullũ attulerit cõmodum expectantibus,impediũt tamẽ ordinarios in
mẽſibus Apoſtolicis à data predictarũ literarũ.Hęc eſt enim
natura decreti,quia per illud videtur ſuperior habere pro illicito,& nullo,quicquid fieret in cõtrariũ,ſecũdùm Panor.in
19 c.dilecto.in iiij.col.de præben.†Nã eſt tã malignãtis naturæ,
quod quicquid inuenit,deſtruit,& in oppoſitũ ducit:vt habetur in deci.j.vt lit.pen.in antiq,Præſertim quia in quacunq;
diſpotiſione decretũ videtur dare formã,ſecũdùm Bal.in l.j.
ff.de lib.& poſth.& ſequit̃ Feli.plura ponẽs in c.cùm acceſsiſſent,de cõſti.& in c.cùm dilecta.de reſcri.Et factũ cõtra formã eſt nullũ ipſo iure.vulg.c.cui de nõ Sacerdotali.de prębẽ.
lib.vj.Tamẽ vtcunq; ſit,in iſto cõflictu rationũ, inclinarem
ego magis in primã partẽ affirmatiuã, in fauendo collationibus ordinariorũ,quę ſunt fauorabiles,& ampliãdæ,vt dicit gl.in c.j.in verbo,proceſſus.ad fi,de reſc.li.vj.& gl.in verbo,Epiſcopi.in c.ſi cõtra vnũ.de offi.deleg.li.vj.& in cle,ij.de
of.ord.quã in hoc dicit eſſe notabilẽ Panor.in c.ſi quis cõtra
clericũ.in ij.col.de fo.cõpe.& ita reperio ſeruatũ tẽpore Iulij
Papæ ij.vt adnotauit d.Laur.Card.Sanctorũ quatuor.Non
obſtãt ea,quæ dicta ſunt in contrariũ,videlicet,decretũ ſtatim à data literarũ ligare manus ordinariorũ,quia hoc non
eſt verũ ante expeditionẽ literarũ propter rationẽ ſuperius
dictã.Reſpiciunt ergo literæ expeditæ actũ de futuro: videlicet,fulminationẽ proceſſuũ,qua mediãte , conſequũtur robur & perfectionẽ ſuã.Decretũ igit̃ irritãs,quod ſortitur naturã diſpoſitionis,ſup̄ qua interponitur, erit etiã ſuſpenſum

in euentũ



in euentũ futurũ,vt probat̃ in cle.j.in prin.de cõceſ.prębẽ.iũcta gl.in verbo,ex tũc.quæ exponit dictã dictionẽ, ex tunc,
20 prout ex nũc,†& ecõuerſo,nec eſt mirũ quòd vna dictio pro
alia ponatur,vt patet in l.ij.c.de his quę ex pub.rat.mut.pec.
ac.li.xij.vbi verbũ,cõmodauit,ponitur pro mutuauit,qđ eſt
longè diuerſum:& tradũt Doc.in c.ſuper eo.de offi.deleg.&
in c.cùm dilectus.de cõſuet.& ita iſtã dictionẽ,ex nũc, exponit Pet.de Anch.in conſi.ccxix.inci.Mirũ prima facie,&c.Sic
igitur in propoſito eſt dicendũ,ꝙ licet in dictis literis ponatur dictio præfata cũ decreto irritandi,illa tamẽ reſpiciẽt,&
reſoluẽtur in tẽpus futurũ,in quo fiet fulminatio proceſſuũ,
& ſecundùm hoc dictio,ex,nõ inducet,aut ſignificabit cauſam proximã,& immediatã:iuxta l.j.§.ex incẽdio. & ibi Bar.
ff.de incen.ru.nau.& in l.non dubiũ.c.de legi.vbi hoc notãt
Moder.& in c.inter dilectos.de fi.inſtru. ex quibus infertur
vnũ aliud videlicet,ꝙ beneficia vacãtia in menſibus Apoſtolicis non erunt reſeruata Papæ,eo ipſo,ꝙ cõcedit gratias
expectatiuas,ita quòd ordinarij nullo modo poſsint de illis
diſponere: ſed quatenus huiuſmodi gratiæ concernunt eorum collationes:& eo caſu tũc demum impediũt ordinarios
in conferẽdo,& non aliâs,quando ſint plenè,& perfectè expeditæ,vt ſuperius eſt dictum.& iſto modo poſſunt cõcordari plures deciſiones contrariæ de quibus in antiquis deciſio.
ccccxxij.& ccccl.& dccccxxxiiij.cùm alia Biſig.xxiij.de q̄bus
dixi in regula,de publicandis,& cũ miniſterio dixi quatenus
huiuſmodi gratiæ cõcernãt eorũ collationes,&c.Nã ſi nemo
expediret gratiam expectatiuam ad collationem alicuius ordinarij, ille poſſet conferre in menſibus etiam Apoſtolicis.
Nam nihil eſt quod impediat, cùm habeat manus liberas , &
per nullã reſeruationẽ,aut decretum , ſeu aliquas literas Papales impeditas.Nam de iure communi poteſtas ordinariorum in conferendis beneficijs ſuarum collationum, non reperitur limitata,ſeu reſtricta ad certos menſes. Sed quandocunque contingit vacare , ea conferre poſſunt , dummodo
non differant per ſex menſes,iuxta diſpoſitionem cõcilij Lateranenſis,c.licet.de ſuppl.negli.prælat.& in c.nulla.de con-
21 ceſſ.præben.†& in hoc melioris ſunt conditionis,quàm Papa,qui ſi beneficia vacãtia in curia non conferat intra mẽſem à die vacatiõis numerãdũ,illi,ad quos collatio pertinet,

poſſunt

poſſunt illa conferre,c.ſtatutū.de præben.in vj. licet ille tex.
non habeat locū,quando Papa etiā reſeruaſſet illa poſt mē-
ſem,prout fecit Bonifacius,per ſuā extrauagantem,quæ in-
cipit,Piæ ſolicitudinis. & Ioan.xxij.per aliā,quæ incipit,Ex
debito.& hodie indiſtinctè ordinarius non poſſet cōferre,ſi
verū eſt,quod vulgo dicitur per dictā extraua.piæ,illud c.ſta
tutum.fuiſſe reuocatum,vt dicit deci.cclvj.incip.Licet iuxta
ordinationem.in no.& Gemi.conſi.lxxviij.tamen ſuper hoc
dubitant Moder.Peruſini in nouo tract.reſeruationum.in j.
parte,in vj.effectu,vbi multis rationibus probant d.c.ſtatu-
tum.non fuiſſe reuocatū,reſpondens ad d.deci.& alia allega
ta.Et tenēdo illam opin.aſſumptum ſuperius factum ſubſi-
ſteret,de quo aliquid dixi in regula, de triennali. in illa q.de
reſeruatione facta in curia, & quod dictum eſt ſuperius de
menſibus Apoſtolicis,idē,& fortius dicendum eſt in menſi-
bus alternatiuis,aliquibus ordinarijs conceſsis, qui non ſtan
tibus ibidem expectatiuis habent omnes menſes ad confe-
rendum,licet alternatiuis menſibus conferant,in quibus pa-
ri modo nō eſt locus expectatiuis,niſi illis ſpecialiter in eiſdē
derogetur,faciendo mentionem de menſibus alternatiuis in
parte diſpoſitiua gratiæ, iuxta no.in c.j.& c.cùm ordinē.de
reſcrip.& videtur expreſſum in cle.j.§.fi.de præben.vbi pro-
22 batur,†quòd expreſsio clauſulæ exprimendæ fieri debet in
parte diſpoſitiua,aliâs non prodeſt.Ad quòd etiam facit qđ
ſcribit Lap.allega.xv.iuxta meum ordinem, & d.Anto.in c.
cùm noſtris.de conceſſ.præben.de clauſula,amoto quodlibet
illicito detentore &c.& Felin.in c.in noſtra.in xj.& latius in
xxxvj.corre. de reſcript. & declarat notabiliter Gemina. in
conſi.lxxxvj.tamen circa hoc non audeo firmare pedes,pro
pter illa quæ dico in regula,de quatuor menſibus. Et ſcripſit
ſuper hoc latam deciſionem d.Guliel.quamuis de prædictis
23 nihil attigerit. † Vlterius non omitto vnum, quod licet tē-
pore Iulij non darētur reualidationes gratiarum, neque ſe-
cundæ gratiæ expectatiuæ,tamen tēpore Leonis,& Clemen
tis contrarium vidi obſeruari. Et ideo quando gratia ſecun
da expectatiua in ſe habet ad inſtar deſcriptorū,vel aliquam
diſpenſationem, tunc ponitur data iſto modo: & ſub data
currenti,quæ perinde valeat, ac ſi ſub data calen. Septemb.
literæ expeditæ fuiſſent attento, ꝙ aliam gratiam expecta-





tiuam à nobis non obtinuit. Quando verò nō habet ad in-
ſtar,videlicet diſpēſationē,tūc ſemper dicitur,*& ſub data ca-*
24 *len.Septemb.Ponti.noſtri,anno,&c.* †Et quia, vt inquit Philo-
ſophus,veriores efficiuntur ſermones noſtri:cùm ad indiui-
dua deſcendimus,quem refert And.Sic.in cōſi.iiij.Illud offe
ram,&c.col.j.lib.iiij.Ideo expeditis euidentioribus, quędam
particularius circa iſtam materiam expectatiuarum,& man
datorū de prouidendo per exempla,& formulas quaſdā diſ-
ponam:in reliquis referendo me ad ea, quæ dicam in regu-
lis expectatiuarum,quæ hîc non ſcribam,ne dos debita illis
25 ſubtrahatur.Non ꝙ ſperem in ſingulis ſatiſfacere. †Nam in
longo opere fas eſt obrepere ſomnum,vt Flacus ait. Præſer-
tim cùm iſte labor humeris meis ſit longe impar:ſufficiet igi-
tur mihi in magnis voluiſſe, & primos (vt inquit ille) ædere
vagitus.Reliquum ſupplebit poſteritas magis docta,quæ fa-
cilè inuentis addet meliora.Interim verò ſi quid minus accu
ratè dixero,veniam promerebor,dum in tantis occupationi
26 bus iſta tentauerim.Sed iam rē ipſam aggrediamur.†Varias
apud antiquos iuris peritos,pręſertim Cancellariæ Apoſtoli
cæ abbreuiatores legimus expectatiuarum,ac mandatorum
formulas,quarū aliquas ſuccinctè attingit Hieronymus Pau
lus Hiſpanus noſter,& antiquus literarum Apoſtolicarū cor
rector,in eo libro,qui vulgo practica Cancellariæ Apoſtoli-
cæ appellatur,vbi licet multa vtilia obſeruauerit, in multis
tamen defecit:& ea, quæ notatu ſunt digna plerūque nuda,
& ſine authoritate,vel ratione dimiſit.Deinde do.Io.Bapti-
ſta de S.Seuerino, vulgo Caccialupus appellatus, ſuper iſta
materia aliqua notabilia collegit,in quodā Epilogo, quē fe-
cit de notis gratiarū,licet pręuētus morte, vel propter occu-
pationes imperfectū,& ſine aliquo ordine reliquerit. Poſtre-
mò memorabilis vir Laurentius Puccius Cardinalis Sancto
rū quatuor,qui in hoc genere laboris ætatem cōſumpſit, &
reliquos omnes ſuperauit:& in qua materia,vt ipſe tūc mihi
auditori ſuo referebat,plusquàm ducenta millia ducatorum
lucratus fuerat.Lōge plures gratiarū formulas cōgeſsit, for-
taſsis plures,quàm Sibillæ folia:& ea per formularia,& para
phraſes dimiſit, ad quæ perlegenda nō ſufficeret vita homi-
nis.Nō tamē habuerunt ſuā decoctionē:nā dū animū ad cō-
ponendā illā rerum ſarcinam,& immenſam formularum ſyl-

uam applicare conſtituit:iam negotia ſedis Apoſtolicæ gra-
uiora tantùm virum obruerāt,quibus factum eſt vt machi-
na illa formularũ,nuda ſine authoritatibus iuris, vt decreue
rat,manca, & ieiuna remanſerunt. Cogitauerat tamen ali-
quando ſummus ille vir,vt dicebat,ſe velle receptui canere,
& per ætatem excuſationẽ petere,& totã illam cõgeriem ad
quoddã breue compẽdium, quod manuale abbreuiatorum
27 nũcupabat redigere.†Sed vt eſt bonorũ omniũ fortuna no-
uerca,acres illos,& illuſtres cogitatꝰ,ac librorũ immẽſam ſe-
riẽ,calamitoſa vrbis direptio,ac deinde inuida mors interru
pit,& penitus aſſumpſit,adeò vt vix vnus,vel alter liber ſu-
pereſt.Et ideo ego ne per mediũ profundũ,vt ita loquar, in-
cedere videar,& opus quaſi deſperatũ,vitę lapſu imperfectũ
dimittã,vt præfatis cõtigit,cõſtitui apud meipſum ex con-
28 gerie adnotationũ mearũ † decẽ formulas in totũ deligere,
decẽ concernẽtes gratias expectatiuas, & totidẽ mãdata de
prouidẽdo,quas R.D.V.recipere dignabitur,veluti decẽ illa
talẽta,quæ in Euãgelio Lucæ xix.fidelis ille ſeruus obtulit.
Et hæ quidẽ decẽ formulę,breuiter & ſuccinctè à me deſcri
bent,plures alias dimittẽs,quæ vidẽtur penè improbabiles.
Non enim facilè quis omnes literarũ formas colligere,& pro
bare poterit.In quibus ſi per occupationes plurimas, quibus
diſtineor in aliquo defecero,dabit veniã mihi materiæ dif-
ficultas,& labor ingẽs cui me oĩno impẽdere ſentio:tum etiã
quia hæc omnia in ſtylo curiæ cõſiſtunt,in quo ignorantia
videtur tolerabilis,quia in facto cõſiſtit,vt no.Doct. per illũ
text.in c.ex literis.de cõſti.& ſæpiſsimè in vrbe talis ſtylus
variatur,vt dicit Feli.in c.Rodulphus.in xv.col.verſ.vbi aũt
didici &c.de reſcri.nihilominus tamẽ licet in prædictis faci-
lè quis excuſationẽ mereatur,diligẽtiam adhibui, ne in ali-
quo euidẽter errarem,ea omnia,quæ ſtylum cõcernunt cum
reuerendiſsimo tunc domino meo Laurentio Cardinali Sã-
ctorum quatuor,viro proculdubio in his rebus ſingulariſsi-
mo,ac cum alijs viris practicis cõferendo,ſecutus in hoc Iu-
riſconſultum,in l.ij.§.fi.ff.quis or.in poſ.ſer.ibi,conſulẽdo pe
ritiores,&c.& in l.ſi auiam.C.de ingenu.ma.ibi,ſi cum peri-
tioribus tractatum habuiſſes,facilè cognoſceres. Et ob eam
cauſam decreui, formulas tantùm gratiarum expectatiua-
rum,& mandatorum de prouidendo, quas probare potui
deſcribere



deſcribere,quæ originem & fomentum habent à iure com-
muni.Reliquas,quæ nudi facti aſſertionem continent, do-
minis abbreuiatoribus relinquens:quæ res vt maturius fiat,
incipiam à quadam formula literarum vſitata apud noſtros
Hiſpanos,quæ licet non fuerit cæteris antiquior, eſt tamen
illis frequentior,quorum intuitu libuit,eam primam ponere.
29 †Prima igitur forma eſt,quæ vſitatur in Hiſpania, videli-
cet,qñ creat quis canonicus in certa ecclesia,ſub hac forma,
*Canonicatum eccleſiæ Valentinæ cum plenitudine iuris canonicalis,
tibi authoritate Apoſtolica conferimus,& de illo etiam prouidemus:
Præbendam verò ac dignitatem perſonatum, adminiſtrationem vel
officium eiuſdem eccleſiæ,necnon præſtimonia præſtimoniales,portio-
nes,aut ſimplicia beneficia in ciuitate,& dioceſi vnius, duorum vel
plurium &c. Quorum quidẽ præſtimoniorum fructus &c.* Circa iſtã
formam notãda ſunt aliqua euidẽtialia,quæ erũt cõmunia
& neceſſaria ad alias formas infra dicendas.Et deinde quę-
dam particularias erunt circa iſtam formã adnotanda,quæ
non erunt communia cùm alijs,ſed eam tantùm concernẽt.
30 †In primis igitur illud meminiſſe oportet,ꝙ Papa quando
creat canonicum,confert plenum ius in canonicatu, ſed ta-
liter creatus non dicitur conſecutus ius in præbenda,ſed ad
præbendam,vt in c.fi.de conceſ.præben.libr.vj.Adeò quòd
propter illud ius poteſt euincere præbẽdam alteri collatam,
tanquàm ſibi debitam agendo,vt poſſeſſori auferatur,& ſi-
bi conferatur:vt tenet Ioan.Andr.& Domi.in c.ſi ſoli.de cõ-
ceſsio.præben.& Inno.in c.inter cæteras.de præben.& for-
mam petitionis ſcribit Specula.titu.de actio.& petitio.§.iiij.
31 † Et qua pœna puniantur canonici,alteri conferentes præ-
bendam,ponunt Docto.in c.ſtatuimus.de maio.& obedien.
& habetur in c.dilectus.el ij.de præben.Redeundo igitur ad
propoſitum,dico ꝙ per creationem in canonicum non ſo-
lum dat ius in canonicatu,ſed facit verum canonicum, licet
expectet præbendam, adeò quòd interim poſſet capere di-
ſtributiones quotidianas,vt tradit Ioan.Franciſ.Paui.Rotæ
auditor,in tracta.de ſede vacan.fol.11.col.iiij.poſt Innocen.
in cap.cùm M.de conſtitu.& Bald.in Margarita, in verbo,
canonicus.verſic.ij.& in l.fina.in fine.C.de alluuio.ſequitur
Ioan.Firmia.in tracta.de Epiſcopo.in tertia parte primi lib.
numero 22.Nam per creationem canonici acquiruntur ea,

quæ ſunt diuini, & eccleſiaſtici officij,ſicut cãtare in choro, & alia ſimilia exercere,c.dilecto.de præbend.adeò ꝙ poterit dare vocem in electione Epiſcopi,licet non habeat præbendam:vt dicit Inno.in d.cùm M.& ſequitur Firmia.in d.trac. Et in iſta creatione canonicatus tantùm cõfertur quoddam ius ſpirituale,& incorporeum,quod non cadit in laicum, ſi-
32 cut præbenda.† Nam habet ſe ius canonicatus ad præbendam,ſicut anima ad corpus,præbenda verò, quia eſt quid merè temporale,poteſt cadere in laicum,conſyderando eam de per ſe:ſed quando eſt annexa canonicatui,habet ſe ad canonicatum,ſicut corpus ad animã:vt in ca.ſi quis obiecerit. iij.q.iij.& tunc dicitur ius ſpirituale,ratione canoniæ,cui eſt annexa.Et dicitur ius ſpirituale indiuiduum, vt eſt text.notabilis in c.dilecto.de præben.Et tunc habent inter ſe coniũctionem tanquàm anima & corpus,vt dixi,vel vt dicit Car. in cle.fi.q.xv.de præben.ꝙ habet ſe præbenda ad canoniam tanquàm filia ad matrem,& eſt deciſio. ccccxxvj.& Biſigna. deciſio.xj.tit.de conceſ.præben.& tradunt Moder.poſt gloſ. & Abb.in c.cùm M.de conſtitu.& in c.maioribus.de pręben. Et licet ita ſit canonicatus,tamẽ quia ſe habet vt anima,dat
33 ius magis firmum.†Quia quantò quis eſt dignius,tantò eſt nobilius & durabilius:vt no.in c.quædam.de iureiuran.Hoc patet,quia ſicut anima ſine corpore durat,corpus verò ſine anima diſſoluitur:ita & canonicatus ſine præbenda operatur in canonico plures effectus iuris,quos præbenda nõ inducit.Primus effectus poteſt cõſyderari vltra prædicta:quia videmus,ꝙ creatus in canonicum,dicitur habere quandam ſingularem præeminẽtiam inter cæteros inferiores clericos, propter quam dicitur habere dignitatem.vt dicit glo.pe.in verbo,vltrix.in c.ſi canonici.de offi.ordi.lib.vj.quam multũ commendat Feli.in c.paſtoralis.in iij.col.ver.not.tex.de offi. delega.Nam canonicus in eccleſia cathedrali eſt nomen maximi honoris,& præeminẽtiæ,vt dicit Domi.in c.quãuis.in prin.& in §.quãquàm.in iij.no.de præb.lib.vj.& in c.j.de fil. presby.eo.lib.& Feli.in c.ſuper his.in prin.de accu.& Inn.in c.fraternitatem.de ſepul.ſequuntur Mod.in trac.de benefic. q.xlv.iij.partis.Adeò ꝙ dicuntur collaterales Epiſcopi:vt dicit Bald.in l.j.C.de petitio.bono.ſublato.lib.x.Et ideo voluerunt domini in deciſione ij.tit.de fil.presbyte.in nouis.quòd illegitimus



34 †illegitimus diſpenſatus nõ poteſt obtinere canonicatum in eccleſia cathedrali propter maiorem præeminentiam,quam dicti canonici habent.Et adeò iſta præeminentia eſt conſyderabilis,ꝙ multi Reges ſe canicos aliquarum eccleſiarum cathedralium creari procrearunt,vt Rex Angliæ,Rex Franciæ in eccleſia ſancti Hilari:vt refert Abb.in c.extirpandæ. §.qui verò.de præben.& reaſſumunt Moder.in tract.electio. fol.18.Et ideo dicit Abb.in c.cauſam.in v.col.nume.9.de iudic.quòd propterea canonicatus in eccleſia cathedrali conferuntur cõiter ciuibus optimi ſtatus & conditionis,qui dedicant ſe ſtudio literarum,& præ cæteris honorantur.Eſt bene verum quòd licet habeãt dicti canonici in eccleſia cathedrali maximum honorem,& quandam effigiem,& ſimilitudinem dignitatis,non tamen propriè poſſunt dici in dignitate cõſtituti,vt patet in c.ſtatutũ.in prin.de reſcri.lib.vj.& ibi latè dixi:ſed largo modo ſecũdùm quid dicũtur in dignitate,vt dicit Feli.in c.paſtoralis.in iij.col.de offi.deleg.& vltra ipſum Imo.in c.relatum.el ij.in iiij.col.de teſta.& in c.du-
35 dum.el j.col.j.de elect.& ideo videmus†ꝙ ratione illius præeminentiæ,& quaſi dignitatis,creatus canonicus in eccleſia cathedrali poteſt eſſe iudex delegatus à ſede Apoſtolica,ſicut ſi exiſteret in dignitate:vt patet in d.c.ſtatutum.& ibi te-
36 net Domi.in ij.q. †Et pari modo licet ſecundùm ſtylũ curię nõ poſſit vniri beneficium dignũ minus digno.Et ſic parochialis non poſſet vniri ſimplici beneficio,poſſet tamẽ vniri canonicatui:quia propter dictã præeminẽtiam reputatur dignius:vt probat in c.ſuper eo.de præb.lib.vj.& iſte eſt primus effectus creationis in canonicũ.Nec obſt.ſi diceretur,ꝙ tex.in d.c.ſtatutũ.debet intelligi de canonicis cũ plenitudine iuris canonicalis,id eſt actu præbẽdatis, vt verba cũ effe-
37 ctu intelligantiuxta c.relatũ.de cle.nõ reſi.†Pręſertim qa canonicus ſine præbẽda eſt ſicut Comes ſine reditu:& Epiſcopus ſine Epiſcopatu,q vocãtur nulla tenẽtes,& abuſiui:& canonici ſine prębẽda dicunt canonici in herbis,vt dicit Imo. in d.c.relatũ.& deci.xxv.tit.de præb.in no.inci.Si legatus.& reaſſumit Iaſ.in l.id qđ apud hoſtes.col.fi.ff.de lega.j.Nã illa procedunt quo ad cõſequendũ effectus plenæ dignitatis.Secus verò quo ad effectũ delegationis:quia iſtis canonicis ſic creatis ſine ſpe futuræ præbendæ,cauſa committi poteſt, vt

dicit prædicta deciſio.xxv.& tenet expreſsè Andr. Sicu.poſt Cal.in c.cùm M.in lviij.col.de cõſti.& tali caſu ſolùm canonicatus ſine præbẽda ſufficit.Hinc eſt,ꝙ ſi in aliqua eccleſia ſit conſuetudo quòd dignitas nõ conferatur niſi canonico, poterit cõferri canonico creato ſine præbenda,vt dicit Do. in c.ſi is cui.§.& ſi.de præb.lib.vj.Et iſte ſit ſecundus effectus creationis in canonicũ, quẽ intelligas in canonico ſæculari: ſecus eſſet in creatione canonici regularis, vt latius dixi in d.c.ſtatutum.poſt Do.Tertius effectus iſtius creationis in canonicum reſultat ex his quæ tradit Io.Fran.Paui.quondam egregius auditor Rotæ,poſt Doct.in c.dilectus.el ij.de præb. & in d.c.cùm M.in illo ſuo docto tract.de offi.& pote.capit. ſede vacã.in v.euiden.princip.aliâs eſt fol.11.col. iiij. ſecun-
38 dùm paruam impreſsionẽ:vbi dicit,†ꝙ creatus in canonicũ ſub expectatione præbẽdæ,debet habere interim diſtribu-butiones.Ratio redditur per Ioan.Bapt.Caccialu.in quibuſdam ſuis notis gratiarum:quia per huiuſmodi creationẽ acquiruntur ei ea,quæ ſunt diuini & eccleſiaſtici officij,hic eſt quòd poteſt cantare in choro,& habere ſtallum in eo,& vocem in capitulo,& quolibet aliud diuinum officium exercere.Ita dicit ille & fuit prius dictum Inn.in d.c.cùm M.quem refert & ſequitur Io.Firmia.in trac.Epiſco.in iij.parte primi libri.nume.22.Adde quòd hoc idem ei conceditur in litera executoria,quæ illi datur ex mente,& verbis tex.in c.pro illorum.de præben.circa fi.& not.Archi.in c.hi qui.de præbẽ. lib.vj.& ideo ſi vocem habet in capitulo,poterit dare vocẽ ſuam in decretis alienationum per capitulum,& canonicos, & intereſſe alijs tractibus eccleſiæ cum canonicis præbẽdatis,vt dicit Inno.in d.cùm M.ſuper verbo,canonicos.in fine. & quod dictum eſt de diſtributionibus quotidianis, procedit etiam in alijs cõmunibus reditibus,& ſuperexcreſcentibus fructibus,vt tradũt Mod.in d.c.cùm M.Et hoc non habet hodie dubiũ propter clauſulã illã,quæ nunc de ſtylo apponitur in literis,videlicet,*cum plenitudine iuris canonicatus*,vt tradit Domi.in c.fin.§.illis.de conceſ.præben.lib.vj.Quia illa clauſula importat prædicta iura,& perceptionem quotidianarum diſtributionum,ſecundùm Anto.de Butr.in dicto c. pro illorum.& in c.cùm M.allegat dictum §.illis.& idem tenet Federi.de Senis conſil.ccxc.incipien.Quia in præſenti.poſt Innocen.



Inn.quem ibi allegat,aſsignans rationem:quia intereſſe tra-
ctibus,prædicta omnia capere,& exercere, dicuntur eſſe fru
ctus poſſeſsionis,ſeu quaſi poſſeſsionis canonicatus, vt etiã
vltra ipſum dicit Ioan.And.in addit.magna ad Specul.in ti-
tu.de teſte.§.nunc videndum.ſicut etiam beneficia conferre,
inter fructus computatur,vt dicit gloſ.in c.cùm olim.de ma-
io.& obediẽ.Cùm igitur creatus in canonicum habet quaſi
poſſeſsionem iuris canonicalis,ſequitur, ꝙ debet habere hu
iuſmodi fructus,cùm ſit verus canonicus.Et iſta omnia pro-
cedunt poſtquàm fuit receptus ad poſſeſsionem, & militant
de iure communi.De conſuetudine tamen fortè in pluribus
eccleſijs ſeruatur cõtrarium:quia videmus,quòd antequàm
creatus in canonicum conſequatur præbendam,non partici
pat de diſtributionibus, nec permittitur exercere ſuperius di
cta,& propterea vocãtur canonici in herbis, prout dicta de-
ciſio.xxv.nec retinẽt perpetuo illum canonicatum collatum
per Papam, ſed vacante præbenda diſtincta canonicali, &
collata dicto expectanti,ille conſequitur nouum canonica-
tum intra numerum, & primus redit ad Papam,prout dicit
deciſio cl.incipien.Si Legatus.in nouis:& talis conſuetudo,
de qua eſt dictum, habet faciem honeſti,ſecundùm Domi-
nos in d.deciſione,& d.Anto.in d.c.cùm M.& Imo. in clemẽ.
fina.in ij.col.de præben.Hinc eſt, quòd in regulis reuocato-
rijs gratiarum facilè huiuſmodi creationibus & receptioni-
bus in canonicum derogatur,vt apparet in regula D.N.Pau-
li Papæ iij.ſecundùm quam reuocaui creationem,& rece-
ptionem in canonicum in eccleſia ſanctę Mariæ maioris Va
leriani, & canonizaui gratiã factam de eodem canonicatu
per eũdem dominum noſtrum Epiſcopo Sezenateñ.vt alibi
dixi latius.Et iſta in vniuerſum dicta ſufficiant pro introdu
ctione dicendorum, redeo igitur ad formam, qua Hiſpani
39 noſtri vtuntur. †Dico igitur,quòd vigore iſtius formæ lite-
rarum poteſt expectans conſequi in eadem collatione vltra
præbendam, & dignitatem,præſtimonia etiam plura, quæ
aſcendunt ad ſummam expreſſam in literis , & ratio eſt,
quia licet præſtimonia , quæ conceduntur clericis in titu-
lum, dicantur eſſe, & ſunt beneficia eccleſiaſtica ſaltem lar-
ge, vt notat Ioan.Andre.in c.poſtulaſti.de reſcrip. & Ioan.
Calde.in c.in noſtra. eod. titu. & tradit notabili. Domini.in

 conſi.

conſi.lxxxix.incip.Vacante Archidiaconatu.in fi.col.tamen
ex quo nullum habent ſeruitium annexũ, nec aliquod onus,
& quia mille teneri poſſunt abſque aliqua diſpẽſatione, ideo
non poſſunt dici propriè beneficia eccleſiaſtica, ſed quædã
ſtipendia, de quibus non eſt neceſſe facere mentionem in re-
ſcripto beneficiali, ſecundùm Io.And.in c.vnico. de rer.per.
mu.lib.vj.prout etiam ſentit Old.conſi.cxxxix.aliâs cxliij.in
titu.de reſcrip.Nam præſtimonia ab initio fuerunt inſtituta
pro ſtudentibus, & pro ſubſidio contra infideles, ideo plurali
tas eorum, vt dixi, non eſt prohibita in diuerſis eccleſijs, ex
quo conſiſtunt in ſola temporalitate, & nullum ſeruitium ſpi
rituale habent annexum.Cadunt igitur, & comprehendun-
tur in huiuſmodi literis per ſupradicta, dummodo non ſint
præſtimonia patrimonialia: nam alia non includuntur, quia
ſunt de iurepatronatus laicorum, quibus Papa in dubio non
videtur derogare velle, niſi exprimat, iuxta gl.in c.ij. de præ-
ben.lib.vj.in verbo, collatio.quæ dicit, ꝙ ſæpius reperitur re
ceptum in curia, Papam non conferre beneficia vacantia,
etiam apud ſedem, quando illa pertinent ad præſentationẽ
laicorum.Et hoc, ne illi retrahantur à fundatione, & dotatio
ne beneficiorũ, vt dicit alia glo.in c.cùm dilectus. de iurepa-
tro.In Hiſpania tamen datur expectatiua, ſi ſpecialiter peti-
tur ad vnum, & aliquando ex fauore ad duo beneficia patri-
monialia in diuerſis eccleſijs, in quibus expectãs eſt filius pa-
trimonialis, & tunc derogatur iuripatronatus laicorũ, etiam
in totum, quando ſcilicet eſt pro vno patronorum, filio vel
40 nepote vnius ex patronis, ſecundùm ſtylum curiæ.†Et fre-
quentiſsimè hodiernis temporibus per ſacrum officiũ Pœni
tentiariæ datur licentia ad duo, vel tria patrimonialia, ſecũ
dùm antiquam formam.Inſuper ſciendum eſt, ꝙ licet cano-
nicus creatus poſsit acceptare præſtimonia, præſtimoniales
portiones, aut ſimplicia beneficia, quæ omnia idem ſignifi-
cant, & important, dummodo illa non ſint patrimonialia, vt
41 dixi, †non tamen poterit acceptare aliquod beneficium ſer-
uitorium, obſtante regula Cancellariæ, quę habet decretum
irritans.Ratio illius regulæ poteſt eſſe iſta, ne canonicus, qui
habet deſeruire in eccleſia Cathedrali, diſtrahatᷣ ab ea pro-
pter onus, & ſeruitium, quod imminet beneficio ſeruitorio.
Sæpe enim qui ad vtrunque feſtinant, neutrũ bene peragũt,
l.nemo.



l.nemo.c.de aſſeſſo.cum alijs iuribus, per gloſ.ad hoc notabi
lem in c.accuſatus.in verbo, offendiculũ.de hæreti.lib.vj.Ad
hanc rationem bene facit text.in c.extirpandæ.§. qui verò.
de præben.ibi dum dicit, *cum oporteat eum in maiori eccleſia de-*
*ſeruire.* Iſta ratio, ne ſcilicet diſtrahatur à maiori eccleſia, ceſ-
ſat penitus in præſtimonijs, cũ illa vt ſæpius dixi, nullũ onus,
aut ſeruitium habeant annexum.Ideo conceduntur canoni-
cis creatis.Imò in pluribus eccleſijs Hiſpaniæ ſunt ſtatuta, ꝙ
præſtimonia obtineri nõ poſsint niſi per canonicos præben
datos, vt illi ex hac copia redituũ ſint magis honorabiliores.
Et ideo talibus ſtatutis in huiuſmodi literis derogatur ex-
preſsè, dũ dicitur, *nõ obſtantibus cõſtitutionibus, &c.* illis præſer-
tim, quibus caueri dicitᷣ expreſsè, ꝙ nullus in ciuitate, & dio-
ceſi prędictis pręſtimonia, pręſtimoniales portiones aut ſim-
plicia beneficia obtinere poſsit, niſi in ſupradicta eccleſia
fuerit canonicus, actu præbẽdatus, aut aliâs in ea perpetuus
beneficiatus exiſtat, quib⁹ illis aliâs &c.ſpecialiter, & expreſsè
derogamus, quæ derogatio eſt neceſſaria in eccleſijs, vbi ex-
tant alia ſtatuta.Ex quo eſt notandũ, quia ex eo, ꝙ in dictis
ſtatutis dicitur de canonicis actu præbendatis, videntur per
iſta verba excludi iſti canonici creati nondum actu præbẽ-
dati: aliâs ſi nõ eſſet in ſtatuto illud verbũ, actu præbenda-
tus, nõ eſſet neceſſaria aliqua derogatio, quia canonici crea-
ti dicuntur veri canonici etiã ante conſequutã præbendam,
& cõprehenduntur appellatione canonicorũ, ſecundùm Io.
An.& Domi.c.ſi is cui.ver.ſed et ſi.de præb.lib.vj. cũ alijs iu-
ribus, & rationibus, quæ adducã inferius, in tertia forma. Et
ꝙ dictũ eſt, gratiã expectatiuã nõ concedi ſub prædicta for
ma canonico creato ad ſimplicia beneficia ſeruitoria, conce
ditur tamẽ de facili prouiſio de vacanti beneficio ſeruitorio
cũ diſpẽſatione, vel de reſidẽdo in maiori eccleſia, dũmodo
in dicto beneficio ſeruitiũ cõſuetũ nõ negligatur.Quæ clau-
ſula importat, vt per aliũ poſsit illi deſeruire, vt no.in cle.j.de
præb. & ibi dixi. Vlterius ne aliquid remaneat intactum, eſt
aduertendũ, quòd licet in prædicta formula creationis in ca
nonicũ, detur facultas præbendã capiendi indiſtinctè, debet
tamẽ reſtringi de iure, niſi illa prębenda fuerit Sacerdotalis,
quia illa ſub huiuſmodi formula nõ cadit, niſi dicatur, vt no.
Cal.cõſi.xiij.ti.de præb.ꝑ rationẽ, de qua ibi ꝑ eũ.Poſtremò
circa

circa prædicta vnũ aliud eſt notãdũ,ꝙ licet creatus in cano-
nicum nõ poſsit vigore illius clauſulæ, *necnon ſimplicia benefi-
cia,&c.* acceptare ſimplex beneficiũ ſeruitoriũ per ea,quę ſu
42 perius dicta fuerunt:†illud tamen nõ procedit, quãdo quis
haberet gratiam expectatiuam ad largã, in aliqua collatio-
ne,ſine creatione in canonicũ,quia tunc poteſt ibidem acce-
ptare beneficium ſeruitoriũ,& nõ præſtimonia. Et ſic de di-
recto cõtrariũ eius, quod dictũ eſt in canonico creato:ratio
diuerſitatis eſt,quia in creato in canonicum,ceſſat illa ratio,
ne videlicet diſtrahatur à maiori eccleſiæ canonicus,& quia
acceptando beneficium ſeruitoriũ,nõ poteſt vigore illarum
literarũ acceptare ibidem præbendã,vel dignitatem in eccle
ſia cathedrali,neque etiã collegiata,ex quo literæ nõ exten-
duntur tali caſu,niſi ad vnũ in illa collatione, iuxta dictum
Hoſt.in c.cùm dilectus.de iurepatro.arg.c. mandatum.cũ ibi
not.de reſcrip.Cùm igitur iſto caſu ceſſet ratio coniecturata
illius regulæ,quæ diſponit de beneficijs ſeruitorijs non acce
ptandis, ceſſare etiam debet illius diſpoſitio. Nam licitũ eſt
arguere à ratione coniecturata alicuius diſpoſitionis,qualis
eſt iſta,licet illa ſpecificè non ſit expreſſa,vt eſt tex.melior de
iure in l.milites agrum.in prin.ff.de re mil.quẽ ad hoc excla-
mat Rom.conſi.xxxij.in ij.col.& conſi.c.in prin.Bal.in l.ma-
ximum vitium.c.de lib.præte.& bona glo.in l.quamuis.c.de
fideic. Et iſta gratia ad largã licet in hoc ſit proficua in alio
tamen eſt damnoſa,quia vigore illius nõ poſſunt præſtimo-
nia acceptari ex eo, quia de illis in literis ad largam nulla fit
mentio,& quia ceſſat hoc caſu ratio,quæ militat in canoni-
cis creatis,prout ſuperius tetigi.Et attentis prædictis rationi
bus,poſſet nõ abſurdè attentari,quòd ſi canonicus Cartha-
ginẽſis iam exiſtens actu præbẽdatus expediret ad collatio-
nem Epiſcópi Carthaginenſis ad largam vigore talium lite
rarũ,fortè poſſet acceptare præſtimonia, ſed non beneficiũ
ſeruitoriũ. Quia ex quo iam eſt canonicus, videtur ꝙ poſsit
conſequi pręſtimonia,ad hoc vt ex illis commodius,& hono
rabilius poſsit ſuſtentare honorem ſui canonicatus in eccle-
ſia cathedrali.ad quod facit bona gl.in c.vnico.§.ſanè.in ver
ſi.abſq; penuria.de ſtat.regu.lib.vj.& qđ habetur in c.vacã-
te.de pręb.Sed nõ poterit acceptare beneficiũ ſeruitoriũ per
rationẽ ſuperius dictã,ne diſtrahat à maiori eccleſia, & licet
illud



illud videatur ſatis iuri cõſonum, cõmuniter in contrarium
practicatur,& minimè mutanda ſunt &c.per rationem,quã
43 ſuperius ſcripſi. † Sed iam ſecũdam formulam attingamus,
quæ magis ex voluntate , & arbitrio Papæ concedi poteſt,
quàm ꝙ iuridica videatur. In ea enim creatur quis canoni-
cus in duabus eccleſijs hoc modo, *Vnum Valentinum,& vnum
Carthagineñ.eccleſiarum canonicatus , cum plenitudine iuris cano-
nici, Apoſtolica authoritate tibi conferimus,&c. Vnam verò Valen-
tiñ.& aliam Carthagineñ.prædictarum præbendas,necnon dignita-
tes,perſonatus,adminiſtrationes,vel officium alterius earundem ec-
cleſiarum,etiam ſi per electionem,&c.* Exemplo igitur iſtius for-
mulæ apparet,potius hanc formulã eſſe voluntariam,quàm
iuridicã:vt probatur in c.ſanctorũ.lxx.diſt.vbi dicitur quem
nõ poſſe obtinere duos canonicatus in pluribus eccleſijs , &
multo minus in eadẽ eccleſia,vt probatur etiã in cle.fi.de prę
ben.Vbi eſt expreſſum,ꝙ adeptus in certa eccleſia dignitatẽ
habentẽ præbendam annexam,perdit primã prębendã,quã
obtinebat ibidẽ,& etiã canonicatũ annexũ prębẽdæ,vt vo-
lunt ibi Docto.& clarius Moder. Peruſini in c.cùm in eccle-
ſia.in gl.iij.in fi.eo.ti.li.vj.ratio redditur in c.quia nõnulli.de
cleri.nõ reſi.ne per huiuſmodi retentionẽ pluriũ dignitatũ,
vel canonicatuũ vnus occupet ſtipendia plurimorũ, cùm vix
quis vni officio vel eccleſię deſeruire poſsit.Talis igitur mul
titudo,& pluralitas præbendarũ eſt canonibus inimica,diſ-
ſolutionis materiam,& euagationis occaſionẽ inducit , cer-
tumque cõtinet periculũ animarum,vt dicit tex.in c.quia in
tantum.de præben.Verùm,vt dixi hæc omnia conſiſtunt in
voluntate Papæ, qui in iſtis beneficialibus poteſt quadrare
rotunda quadratis, & quadrata rotundis, vt dicit Hoſtieñ.
in c.cùm veniſſent. de iudic.& poteſt has formas , & ſimiles
contra iura concedere, prout communiter videmus ſimiles
in Rota diſcuti,quas præſertim Leo x.cõcedere ſolebat.Pro-
pterea eam hîc volui inſerere. Et licet Papa hoc poſsit, nul-
lus tamẽ inferior poſt Papã huiuſmodi formã poſſet conce-
dere: quia nõ poteſt diſpenſare ſuper pluralitate prębenda-
rũ,nedũ in eadẽ eccleſia,ſed neq; in diuerſis,prout atteſtatur
Domi.in d.c.ſanctorum.dicens ꝙ hoc cõmuniter tenent om-
nes, & ꝙ ſic ſeruat curia.alleg.Inno.in c.fi.de cleri.nõ reſidẽ.
Et hoc in ratione fundatur,quia illa retẽtio eſt prohibita nõ
ſolùm

ſolùm per concilium generale, de quo in d.c.quia nonnulli.
44 ſed etiam per ius commune, de quo in d.c.ſanctorum. † Et
tamē conſtat, nullum inferiorem, etiā ſi fuerit Legatus, poſ-
ſe contra concilium, aut iura communia diſpenſare, niſi ſibi
ſpecialiter concedatur: vt in cle.ne Romani.de elec. & not.in
c.j.de biga.lib.vj.& tradunt omnes in c.at ſi clerici.§.de adul
terijs.de iudi. Hoc tamē declaratur procedere, quādo ipſi ca-
nonicatus, vel præbeñ.ex ſtatuto, vel conſuetudine require-
rent reſidentiā: quia vt dicit Hoſti.in c.ſuper inordinata.de
præbē.ſicut in pluribus caſtris, quorū quodlibet requirit cer-
tos homines ad ſui cuſtodiam, nō poteſt quis obtinere locū
pluriū. Ita neq; quis præfici poteſt duabus, vel pluribus præ-
bendis, requirentibus reſidentiā, niſi accedente diſpenſatio-
ne Papæ, ſecus ergo, ſi non requireret reſidentiam: quia tūc
poſſunt licitè obtineri, ſi conferantur per inferiorem. Et hoc
modo debet intelligi opi.Inno.in c.cùm iam dudum.de prę-
ben. Iſto enim caſu inferior poterit diſpenſare. Vel quando
vna ex illis præbendis eſſet tenuis, & minus ſufficiens, ſecū-
dùm Io.An.in c.literas.de conceſ.præben. Quem hoc modo
intelligit, & declarat Panor.in d.c.cùm iam dudū. In diuerſis
eccleſijs, ideo dixi, quia nō poſſet inferior diſpēſare, vt qs in
eadem eccleſia habeat duos canonicatus. Et ſic duo confor-
mia, licet in difformibus poſsit: vt puta, ꝙ ſub eodē tecto qs
habeat dignitatem, & canonicatū cū præbenda: vt declarat
Abb.in c.extirpandæ.§.qui verò.de præbend. Pari modo va
let in hoc conſuetudo: vt probatur in c.cùm in eccleſia. & in
c.ſi is cui.de præben.lib.vj. Et ibi hoc colligit Philippus Peru
ſinus. Sed non valet circa duo cōformia, vtputa duas digni-
tates, vel prioratus: vt in c.j.de conſue.eo.lib. Idem puto de
duobus canonicatibus ſub eodē tecto, per hoc quod ſequi-
tur. Ratio diuerſitatis eſt, quia per diſpenſationē in diuerſis
eccleſijs, vel in eadē eccleſia circa difformia, nō frangitur nu
merus in eccleſia, nec illi tollitur ſuffragiū canonicorum, ſed
circa conformia læditur eccleſia, & frangitur numerus. Vl-
terius circa hanc formā aduertendū eſt ad aliqua. Et primò
dum in ea cum myſterio dicitur, *necnō dignitatem &c. alterius*
45 *earundē eccleſiarum.* † iſta verba hoc importat, quòd vltra
duas præbendas, vnā ſcilicet in qualibet nō poteſt expectans
in hac forma, nec ſub quarta, de qua infra conſequi, niſi vnā
digni-



dignitatem, vel vnum perſonatū, aut adminiſtrationem, vel
officiū in altera illarū eccleſiarum. Quod clarius ſpecificatur
in dicta quarta forma, dum in ea dicitur, *in vna ipſarum, &c.*
Etiā debet intelligi, ꝙ aliquod prædictorū non habet præbē
dam annexā, quia aliâs conſequeretur duas prębēdas in ea-
dem eccleſia, quod eſt prohibitū de iure, etiā quando altera
eſt annexa: vt probatur in cle.ſi.de præben.& no.Io.An.in d.
c.literas.de conceſ.præben. Ex quo apparet, ꝙ duæ præben-
dæ ſunt magis incōpatibiles ſub eodem tecto, etiam ſi altera
earum ſit annexa, q̄ ſit dignitas cum eccleſia parochiali, quę
eſt annexa præben.in eccleſia cathedrali, vt probatur in c.
ſuper eo.de præben.lib.vj. Licet aliquādo diſputādo publicè
ſuſtinui contrarium tam Romæ, q̄ Patauij: licet illę diſputa-
tiones cum alijs ſcriptis meis furto perierint. Et hoc quod eſt
dictū, verum eſt, & procedit, niſi in literis aliud diceretur, per
quod appareret Papā intellexiſſe de duabus prębendis obti-
nendis ſub eodē tecto: quia tunc nō eſſet recedendū à verbis
Papæ, c.ſi Papa.de priui.lib.vj.l.nō aliter.ff.de lega.iij. Secun
dò debent intelligi illa verba, *de dignitate, &c.* dummodo ali-
quod illorū, id eſt dignitas, vel adminiſtratio &c. nō ſit maior
poſt pontificalē ibidē, quæ expreſsè in literis excipitur. Et ra-
tio eſt, quia tales dignitates, quæ ſunt, vel reputātur maiores
poſt pontificalē, ſunt per regulas iſtas Cācellariæ reſeruatæ.
Conſtat autē, ꝙ huiuſmodi literæ nō extendūtur ad digni-
tates, & beneficia ſpecialiter, atq; generaliter reſeruata vel
affecta ſecundùm dominos de Rota in deci.ccccxcix.incip.
Nuncius apoſtolicus.in no.& vltra ꝙ ad hoc ſunt plura con-
ſilia Roma.cccxlij.& clx.& Cald.in titu.de præben.conſi.ix.
quæ in alia quæſtione allegaui. Eſt & de hoc regula Cācella
riæ expreſſa, ad quod bene facit tex.in c.ij. de præben.li.vj.
46 Sed iſtud, quod dicitur de dignitate debet † ſanè intelligi dū
modo dignitas huiuſmodi poſt pontificalem valorē decē flo.
au.ſecūdùm cō.æſti.excedat, iuxta regulam iij. Cancellariæ.
Aliâs ſi eſt infra dictum valorē, includitur in literis quamuis
reputetur ibidē maior poſt pontificalē. Nam ex quo talis di-
gnitas nō cenſetur reſeruata, certè cadit ſub expectatiua, &
poteſt acceptari, argu.eiuſdē, quod legitur, & notatur in l.j.
§.ſi ſtipulanti.ff.de ver.obli.& in l.cùm prætor.ff. de iudi.iū-
cto c.nomine.de præſump. Neſcio tamē ſi Rota hoc admitte-
ret, quia

ret,quia literæ nõ diſtinguunt: ergo nec nos diſtinguamus,
l.iij.cum glo.ff.de offi.præſi.l.de precio.de public. præſertim
quia iſto caſu ne talis dignitas comprehendatur, concurrit
duplex ratio,non ſolũ æſtimatio valoris, & etiam præroga-
tiua eccleſiæ cathedralis de qua in c.quãuis.de præben.li.vj.
Vnde licet vna ratio ceſſet,militat tamen alia, in qua poteſt
ſuſtineri diſpoſitio, vulga.§.affinitatis.Inſti. de nupt.& iſta
prærogatiua eccleſiæ cathedralis,nõ ſolùm in dignitate pri
ma,ſed in alijs canonicatibus,& dignitatibus multum cõſy-
deratur,vt eſt dictum ſuperius in prima forma,& latius dixi
in c.ſtatutum.de reſcrip.lib.vj. Quæ autem dicatur dignitas
maior poſt pontificalem,in hoc debet attendi cõſuetudo,&
reputatio illius eccleſiæ:vt notatur in c.deliberatione.de of-
fi.lega.lib.vj.& ponit Rota deci.clxxiij.inci. De theſauraria.
in nouis.aliâs deci.viij.titu.de præbend.Et illa verba, *dum-
modo non ſit maior poſt pontificalem*, arguunt in eccleſia plures
adeſſe dignitates: quia non poſſet aliqua dignitas dici ma-
ior,niſi aliæ eſſent minores, & ideo ſi in eccleſia non eſſet
niſi vnica dignitas, non intelligeretur de ea illa regula: vt
tradit Gemi.in cõſi.xxxvj.facit quod dicit d.Gundiſaluus in
tracta.legati.in ix.q.primæ partis,col.xx.in prin.Nam prout
aliâs dixit Rota in vna cauſa cameriatus eccleſiæ Neapo-
litañ.quæ eſt vnica regula prædicta debet intelligi tãtùm in
caſibus expreſsis,& ita adnotauit tunc d.Melchior Baldaſi-
nus doctiſsimus aduocatus.Et per hæc remanẽt declarata il
la verba, *necnon dignitatem,&c.* alterius earũdem eccleſiarum
ſi quis autẽ voluerit in qualibet eccleſia,vbi creatus eſt cano
nicus habere dignitatẽ,oportet,ꝙ prius obtineat diſpenſa-
tionẽ ad duo vel tria incõpatibilia.Et demũ circa principiũ
gratiæ ſuæ expectatiuæ dicatur iſto modo,videlicet, *cũ quo
dudũ,vt duo incõpatibilia beneficia,etiã ſi dignitatis,perſonatus,ad-
miniſtrationes,vel officia forent,& ad eos &c. ſi tibi aliâs canonice
conferãtur,recipere,& inſimul retinere liberè,& licitè valeres,apo-
ſtolica fuit authoritate diſpenſatũ,præmiſſorum meritorũ tuorũ &c.*
Et iſto caſu nõ dicitur,dignitatẽ alterius earundẽ,ſed earun
dẽ eccleſiarũ,fit aũt talis narratio diſpẽſationis iam obtentę
cũ miniſterio: quia aliâs virtute gratiæ ad duo incompati-
bilia nõ cenſetur diſpenſatũ ſuper retentione vtriuſq;:vt eſt
caſus no,in c.non põt.§.cùm no.de præbẽ.lib.vj. Quid autẽ
ſi vtraque



ſi vtraq; dignitas in caſu præmiſſo,requireret reſidentiã,an
ſuper illa cenſeatur diſpenſatũ virtute taliũ literarũ, dico ꝙ
47 ſic:vt tenet gl.in c.ſi qs in clero.vij.q.j.† quæ dicit ꝙ ex quo
diſpenſatur cum aliquo ſuper pluralitate beneficiorũ,ſeu prę
bendarũ,videtur etiã diſpenſatum ſuper reſidẽtia. Ratio hu
ius eſt,licet gl.illa nõ declaret,quia quãuis diſpenſatio ſit ſtri
cti iuris, & ſtrictè interpretanda,c.j.& ij.de fil.presby.lib.vj.
nihilominus extẽditur ad conſecutiua,ſeu depẽdentia ex eo
ſuper quo eſt diſpenſatũ,ſecundùm Panor. poſt glo.ibi in c.
quia intãtùm.de præben.Vbi per hoc infert,ꝙ ſi diſpẽſatur
cum minori,vt poſsit habere eccleſiã curatam, videtur etiã
diſpenſatũ,vt nõ teneatur,ſe facere promoueri ad Sacerdo-
tiũ intra annũ,iuxta diſpoſitionem c.licet canon. & c.cõmiſ
ſa.de electio.lib.vj.Idem tenet ipſemet Panor.in c.cùm in cũ
ctis.§.cùm no.de electio.& in c.ad aures.de reſcrip.& Mod.la
tè in c.poſtulaſti.de reſcri. Poſtremò ſciendũ eſt,ꝙ ideo ap-
ponũtur illa verba,videlicet, *etiam ſi per electionẽ quis cõſueuerit
ad illam aſſumi*: quia aliâs nõ includeretur dignitas electiua,
nõ expreſſo modo electiuo,c.cùm in illis.§.j.de prębẽ.li.vj.&
48 in cle.j.eo.ti. † Ratio eſt quia Papa in dubio nõ intelligitur
ita velle p̄iudicare pluribus,ſicut vni:quia melius præſumĩt
prouiſum eccleſiæ per cõſilium plurimorũ,q̃ vnius, c.prudẽ-
tiã.de offi.deleg.per quem tex.voluit ibi Abb.& Mod. ꝙ per
clauſulã generalẽ nõ cẽſeatur derogatũ cõcilio generali pro
pter prædictã rationẽ.Eſt bene verũ,ꝙ circa hoc, an digni-
tas electiua cõprehendatur vel non, fuerũt aliquæ opi.quas
refert Cald.tit.de præben.cõſi.xij.& xxiiij.& tradit Feli.in c.
49 in noſtra.de reſcr.† Tertia forma,quia ea raro curiales vtũ-
tur,breuiter abſoluetur & eſt,quãdo creat̃ canonicus in vna
eccleſia tãtum cũ reſeruatione præbendæ cõferendę per cer
tũ executorẽ deputatũ,ſub hac forma, *canonicũ in eccleſia Va-
lentina cum plenitudine iuris canonici tibi authoritate apoſtolica cõ-
ferimus,& de illo etiam prouidemus: Præbendã verò,&c.necnon di-
gnitatem perſonatum,adminiſtrationem,vel officium,etiam ſi ad il-
lum,illam, vel illud, conſueuerit quis per electionem aſſumi,&c.*
Hæc forma colligitur ex text.cum ibi notatis in c.ſi poſtquã
de præben.lib.vj. Sed pro intelligentia iſtius formæ,& alia-
rum eſt aduertendũ vnum, quod peritioribus eſt ſatis notũ,
ſed alijs fortè incognitum:ꝙ vbi quis eſt creatus canonicus,
duo

duo tãtum ibidem aſſequi poteſt,præbendam ſcilicet in ec-
cleſia cathedrali,ſed non in collegiata,item dignitatem,per-
ſonatum,vel officium, ſiue adminiſtrationem in eadem ta-
men eccleſia cathedrali,dummodo maior poſt pontificalem
ibidem non reputetur,extra cathedralem nullum canonica
tum acceptare poteſt,quamuis paratus ſit dimittere digni-
tatem debitam ſibi in cathedrali vigore harum literarum,
& eſſe contentus vno beneficio,quamuis minoris valoris.Et
hoc propter formam literarum, quæ ad illa duo ibidem, &
non alia,ſeu alibi ſe extendunt. Quæ quidem forma exactè
ad vnguem eſt ſeruanda,c.cùm dilecta. cũ ibi notatis de re-
ſcrip.maximè in beneficialibus,c.quamuis.& c.cui de non.de
præben.lib.vj.An autẽ creatus canonicus in Hiſpania poſsit
vltra illa duo obtinere præſtimonia,dictũ fuit in prima for-
50 ma. † Quarta forma exemplificari poteſt, quando creatur
quis canonicus in tribus, aut pluribus eccleſijs hoc modo,
*Vnum in Orioleñ. & vnum in Valeñ. ac vnum in Concheñ. maio-
ribus eccleſijs canonicatus,&c. Necnon vnum in qualibet eccleſiarũ
prædictarum præbendam, ac dignitatem,vel perſonatum aut officiũ
in vna ipſarum,&c.* In iſta forma poſſunt repeti ea, quæ dicta
ſunt in præcedentibus formis circa declarationem verborũ:
quia habent inter ſe quãdam ſimilitudinem, excepto, ꝙ illa
forma eſt magis pinguis,quia comprehendit plures canoni-
catus,& præbendas: ſed vnam tantummodo dignitatem in
vna ipſarum eccleſiarum,prout in forma dicitur:in qua,vel
ſecundùm quam,non deberent concedi literæ, niſi pro ma-
gnis nobilibus,aut magnis literatis.arg.c.de multa.in fi.de
præben.& glo.in c.cùm adeò.de reſcrip.quæ vult,ꝙ ſimplici
clerico ſufficiat tale beneficium, quod non ſufficeret nobili:
ſicut de dote dicit Bar.in l.ſi conſtante.in iiij.col.ff.ſolu.mat.
Ratio poteſt eſſe, quia cùm tales communiter ſint dediti vel
ſtudio,vel laudabilibus curis,& negotijs,nedum vna præbẽ
da,ſed vix multæ eis ſufficiunt.Et ideo ſecũdùm qualitatem
perſonarum beneficia concedenda ſunt.arg.l.plenum.§.equi
tij.ff.de vſu & habi.& quod per illam legẽ cumulat Feli.in c.
cauſam.in xij.col.de reſcript.& Moderni Bono.in repe.rub.
51 C.de proba.in v.& vj.col.†Hinc eſt, ꝙ tales literati,quicquid
exponunt cauſa ſtudij,dicitur expoſitum in vtilitatem eccle
ſiæ, ſecundùm Domi.per illum text.in c.cùm ex eo.de elect.
lib.vj.



lib.vj.quod eſt verum,quando ſtudium eſt Theologiæ,vt di
cit Bal.in repe.l.j.ff.de leg.j. Et tali caſu relictum pro ſtudio,
cenſetur pium,vt ibi dicitur,& ſequitur Iaſ.in l.j.col.fin.C.de
ſac.ſan.ecc.& pro illis videtur tex.in c.ſuper ſpecul.de magi
ſtra.& c.fi.ne cle.vel mo.& ita poteſt intelligi tex.in d.c.cùm
ex eo.dum ibi dicitur, ꝙ eccleſia Dei quam maximè indiget
viris literatis,non aſinis ferratis,vt vtar verbis Io.Monachi
antiq.Card.& dum dicit de literatis adde etiam magnis no
bilibus, per quos eccleſia defenditur, & ſubleuatur, vt dicit
glo.in c.conſtitutus.in ver.impotentia.de app. & Abb. in c.
de multa.de præben.& ibi eſt tex.Et licet dictum Bal.in d.l.j.
loquentis de magiſtris Theologiæ prima facie nobis blan-
diatur,tamen tex.in cle.fin.de magi.indiſtinctè loquitur etiã
52 de Doctoribus legum, †& canonũ:qui etiam neceſſarij ſunt
eccleſiæ,vt patet in c.j.de conſang.& affini. & quod ibi not.
Docto.Adeò ꝙ cum ſolis magiſtris eccleſia regi nõ poſsit,ſi-
cut etiã dicit Hoſt.in ti.de pœn.& remiſ.§.qui cõfitendũ.col.
ix.ver.iij.ꝙ cum ſola Biblia nõ poſſet etiã eccleſia ſancta Dei
gubernari,ideo neceſſarij ſunt tales Doctores,quiquidem ſi
res eccleſiæ iuſtæ defendent,vel docendo inſtruxerint, non
minus merentur quàm proprij Sacerdotes qui corpus Chri-
ſti conficiunt, vt dicit idem Hoſtien. in prœmio ſummæ:
imò magis merentur quàm fratres prædicatores & alij reli-
gioſi:vt dicit Albe.in l.ab Anaſtaſio.C.manda.& tradit An-
dre.de Iſernia in prooemio Feud. allegat illud Danielis.xij.c.
*qui ad iuſtitiam inſtruunt multos,fulgebunt ſicut ſtellæ in regno Dei.*
referunt Mod.in l.j.per illum tex.ff.de iuſt.& iur. Nam ius ca
nonicum diuinum appellatur,vt in c.j.de iura.cal. cum con-
cor.vt ſcribit And.Sicu.in c.filius.in iij.nota.de teſta. & dixi
latiſsimè in c.ij.de conſtitu.lib.vj.& reaſſumunt Moder.in c.
eccleſia.de conſti.Concludo igitur,quòd tex.in d.c. de mul-
ta.largius diſponens circa literatas perſonas,quod debet in-
telligi non ſolùm de Theologis,ſed etiam de Iuriſperitis, vt
ibi in repetitione mea latius ſcribo, & ideo videmus quòd
domini mei auditores Rotæ,licet principaliter Theologi nõ
ſint,ſolent tamen expedire expectatiuas in iſta forma,& me
ritò eis conceditur,per ea,quæ de præfatis dominis meis la-
tè dixi in prooemio regularum,ſimiliter ſolent expedire ab-
breuiatores de Parco maiori,& alij magni viri,cæteris autẽ

hæc forma non eſſet concedenda, per illud quod dicit text. in c. quia in tantum. de præb. Ideo vlterius circa hanc materiam non inſiſto. Hoc ſolùm ex hac forma noto, qđ facilius
53 concedit Papa, vt quis ſit pluralis in præbendis diuerſarum eccleſiarũ, quàm in dignitatibus, perſonatibus, ſeu officijs, ex quo in hac, & præcedentibus formis conceditur dignitas tantùmodo in vna eccleſiarum, cùm tamẽ in qualibet cõcedatur canonicatus, & præbenda. Ratio eſt, quia plures præbendæ in diuerſis eccleſijs non ſunt ita incõpatibiles, prout ſunt plures dignitates, aut perſonatus, vel officia. Patet quia in iſtis per aſſecutionem pacificam ſecundæ, vacat primum ipſo iure, c. de multa. cum ſimi. Quod non eſt in præbendis, nam per receptionem ſecundæ non vacat prima ipſo iure, licet quando tenentur ſine diſpenſatione ſaltem Epiſcopi, poteſt fieri, vt illas taliter obtinens cogatur ad renunciandũ vni: vt dicit Domi. in c. j. de conſue. lib. vj. ex mente Ioan. de ſancto Georgio, alleg. notata per Innoc. in c. cùm noſtris. de conceſ. præb. & quod notatur in c. ſi eo tempore. de reſcript. lib. vj. Illud autem, quod dictum eſt per receptionem ſecũdæ præbendæ non vacare primam ipſo iure, debet intelligi in præbenda diuerſarum eccleſiarum: ſecus in vna, & eadẽ eccleſia, vt probatur in cle. ſi. de præben. Ex quo apparet quòd iura plus abhorrẽt pluralitatem in eadem eccleſia, quàm in diuerſis & ex hoc infertur, ꝙ ſi eſt diſpenſatum cum aliquo ſuper pluribus dignitatibus obtinendis non intelligitur de dignitatibus eiuſdẽ eccleſiæ, niſi hoc exprimatur. Quia iſta prohibitio habet ſpecialem qualitatem, de qua ſpecificè eſt mentio facienda. argu. l. item apud Labeonem. §. ædictum. ff. de iniur. Et ita tenet Ioan. And. in c. de multa. de præben. Pe. de Ancha. & Francus in c. j. de conſue. lib. vj. quod eſt notandum ad illud, quod dixi in præcedentibus formis, & ad alia ſimilia. Vidi inſuper aliquas gratias auditorum, & etiam cõclauiſtarum, qui in duobus expediuerũt in canonicos creatos, & in tertia ad largam, in qua ex quo ſunt graduati, poſſunt acceptare vnum cuiuſcunque taxæ. Et hic eſt caſus in quo certa taxa non exprimitur, ſicut neque in canonicatu, & præbenda, ac dignitate, perſonatu, vel officio, quãdo gratia eſt in canonicum creatum, ſecus quando datur ad
54 largam vt inferius ſubijciam. † Quinta forma eſt, quando creatur



creatur canonicus in vna & alia datur ad largam ſub his verbis, *Canonicatum eccleſiæ Valentineñ. &c. necnon beneficium eccleſiaſticum cum cura, vel ſine cura, etiam ſi Decanatus, vel Archipresbyteratus ruralis, ſeu vicaria, vel capellania perpetua &c.* Iſta forma multùm frequentatur, ideo pro eius declaratione ſciendum eſt primò, quòd vigore talium literarum poteſt expectans conſequi tria diuerſa beneficia, videlicet duo, vbi eſt creatus canonicus, & tertium vbi habet ad largã, prima duo ſunt præbenda, ſcilicet & dignitas, aut perſonatus, vel officium in cathedrali dummodo non ſit maior poſt põtificalem, vt in ſuperioribus dixi. Et illa duo habentur loco vnius attento ꝙ in pluribus eccleſijs ſeruãt de conſuetudine vt quis non poſsit aſſumi ad dignitatem, perſonatũ vel officium ibidem, niſi ſit canonicus prębendatus, vt patet ex notatis per Io. And. & Domi. in c. ſi is cui. de præbẽ. lib. vj. conſequenter habentur loco vnius, vt dixi, ad quod faciunt notata per do. Anto. in c. cùm olim. de re iudic. vbi tenet, quòd ſi quis gerit vices plurium perſonarũ, puta canonici, & præpoſiti, non debet habere duplicatas diſtributiones, quia ſeruit pro vno, & habetur loco vnius. Pro quo Panor. ibi allegat bonum tex. in c. vnico. de cleri. nõ reſi. lib. vj. Et quod ſcribit Fed. de Senis, conſil. cx. inducendo vt ibi per eum: & ex prædictis ſumitur ratio, quare eſt, ꝙ canonicus creatus poteſt vigore literarum cõſequi ibidem dignitatem, perſonatum, vel officium: & tamen niſi in literis aliud exprimatur nõ poteſt aſſequi ſimplex beneficium, quod eſt minus quàm aliquod præmiſſorum. Hæc, inquam, eſt ratio, quia licet ſimplex beneficium ſit compatibile cum canonicatu, & præbenda, etiam in eadem eccleſia, vt vult Cardina. conſil. iij. incipien. Domina, &c. Et ſimiliter præbenda cum dignitate, tamen negari non poteſt quin obtinens duo priora ſit magis pluralis, quàm eo caſu, quando obtinet præbendam cum dignitate in eadem eccleſia: ex quo, vt dixi, iſta duo habentur loco vnius. Et ſic primo caſu notatur maior pluralitas, quàm in ſecũdo. conſtat autem quòd iura abhorrent pluralitatem etiam compatibilium, vt ſunt plura ſimplicia, quãdo quodlibet illorum per ſe eſt ſufficiẽs, maximè in eadem eccleſia, vt vult gloſ. in c. dudum eccleſia. in verſicu. retineri. de electio. facit tex. in c. ſanctorum lxx. diſtin. & in c. quia in tantum. de

præben. Nec valet hoc caſu argumentũ de maiori ad minus,
videlicet ſi poteſt conſequi dignitatẽ: ergo multò fortius be-
neficium ſimplex, quia dico, ꝙ huiuſmodi argumẽtatio ceſ-
ſat in literis ad beneficia, quarum forma exactiſsimè ſeruã-
da eſt, c. quamuis, & c. cui de non. de præbẽ. lib. vj. & propter-
ea creati canonici in Hiſpania poſſunt vltra præbendam, &
dignitatẽ conſequi vnum, duo, vel plura præſtimonia vſque
ad ſummã deputatam: & quia iſtud exprimitur in literis quo
ad partes Hiſpaniæ, prout in prima forma latius dixi, idem
etiam eſſet extra Hiſpaniam, quãdo creatus canonicus im-
petraret ibidem etiam ad largam ad alium collatorem. Quo
caſu poſſet conſequi ibidẽ tria, videlicet, præbendã, item di-
gnitatem, & aliud beneficium cum cura, vel ſine cura, & hoc
etiam propter tenorem literarum, qui ſemper ſeruãdus eſt, &
diligenter inſpiciendus, vt ſupra, facit c. porrò. de priuil. cum
vulg. Eo tamen caſu, quo virtute huiuſmodi literarum aſſe-
queretur dignitatem, expiraret gratia, quo ad beneficiũ cu-
ratum duntaxat in illa, vel alia collatione & ecõtra, propter
clauſulam, quæ apponitur in fine literarũ, V*olumus autẽ, quòd
quàmprimum, &c.* c. j. de conſuetu. lib. vj. iuncto cap. de multa,
55 Nam propter hoc † ꝙ datur gratia ad duo incompatibilia,
non cẽſetur diſpenſatum ſuper retentione vtriuſque, vt pro-
batur in c. non poteſt. §. cum not. de præben. lib. vj. Niſi diſpẽ-
ſatio prius obtenta narretur poſt principium literarum, vi-
delicet, *cum quo dudum, &c.* vt dixi ſuperius in alio propoſito,
& in alia forma, verſi. ſi quis autem &c. Prædicta procedunt
quo ad beneficia, quæ poteſt conſequi canonicus creatus in
ea collatione, vbi eſt creatus canonicus. In alia autẽ, in qua
habet ad largam, ſi eſt graduatus, aut de magnis nobilibus
datur ad vnum cuiuſcunque taxæ. Aliâs apponitur taxa per
regulas deputata, & datur maior ſumma in curato, aut digni
tate, vel perſonatu. Nam & in iſtis exprimitur ſumma in col-
latione ad largam, aliâs non, propter onera illis incumbẽtia,
iuxta notata in c. de monachis. Item in recompenſationem
laborum, quos ſuſtinent: & quia magis debet incedere hono
ratus, ex quo eſt in dignitate, vel officio honorabili conſti-
tutus: iuxta notata in c. ſtatutum. in princip. de reſcri. lib. vj.
& per Inno. in c. cùm omnes. de conſtitu. Vbi dicit, quòd in-
56 ter canonicos, † vbi præbendæ non ſunt diſtinctæ, reſpectu
eorum,



eorum, quæ dantur pro veſtimentis, & alijs neceſſarijs, debet
fieri diſtributio, ſecundùm merita perſonæ, & conditionem
cuiuſlibet: quia plus debet dari Doctori, vel nobili, aut in di-
gnitate conſtituto, quàm ſimplici clerico, & idiotæ. Et ideo
dicit Bal. in l. ſed & ſi quid. ff. de vſur. quòd Abbas debet cæ-
teris melius indui. Bene facit gloſſ. in c. conquerente. de cleri.
non reſiden. & in c. clericus ab inſtanti. xxj. q. j. iuncta gloſ. in
c. cùm adeò. de reſcript. quæ volunt, quòd in conſyderanda
ſufficientia beneficij attendatur nobilitas & dignitas clerici.
Cùm ergo propter curam & dignitatẽ grauẽtur maioribus
laboribus, & expenſis, cõueniens fuit releuare eos in maiori
ſumma. arg. l. eum qui. ff. de iureiur. & c. cùm ſecundùm Apo-
ſtolũ. de præb. ibi, *Qui ad onus eligitur repelli non debet à mercede.*
57 cum multis alijs concor. ibi in glo. † Poſtremò ſciendũ eſt, ꝙ
ſumma & valor in gratijs expectatiuis conſyderatur ſecun-
dùm taxationem decimæ, non autem ſecundùm communẽ
æſtimationem, prout in literis exprimitur, ꝙ reſpicit commo
dum, & fauorem expectantium, vt poſsint habere beneficia
pinguiora. Nam beneficium, quod ſecũdùm cõmunem æſti-
tionem eſt valoris centum, & viginti ducatorum, ſecundùm
taxationẽ decimæ eſt octoginta. Creuerunt enim beneficia
per induſtriam beneficiatorũ, & ideo diligentia, & induſtria
eorum non debet eſſe illis, vel ſucceſſoribus damnoſa, l. ſi. c.
de alluuio. cum alijs per gloſſ. nota. in c. cùm clerici. de pact.
Sed quid ſi per iniuriam & inaduertentiam ſcriptoris, qui
ſcripſit bullam reperiretur ſcripta ſumma, ſeu valor, non ſe-
cundùm taxationem decimæ, prout ſolitum eſt ſcribi, ſed ſe
cundùm communem æſtimationem & expectãs acceptaret
beneficium, qđ ſecũdùm taxationẽ decimæ caderet in ſua
gratia, excederet tñ ſecũdùm cõmunem æſtimationẽ, an ta
lis erronea expreſsio ſibi præiudicaret, & certè caſus eſt da-
bius. Videtur enim prima facie dicendũ, ꝙ error huiuſmodi
nihil officit veritati, prout in ſimili expreſſè dicit text. in l. ſi
in noĩe. c. de teſt. & clarius in l. errore. c. eo. ti. dicitur, ꝙ error
ſcribẽtis veritati nõ nocet. Et ideo dicit ibi Bal. ꝙ ſi errat in
eo, quod pertinet ad officium ſcribẽtis, puta in dictione, tũc,
præſumitur error ſcribẽtis, qui non debet parti nocere: & ita
videtur dicendũ in hoc caſu: quia ad officiũ ſcriptoris Apo
ſtolici ſpectat ſcribere ſummã, prout ſcribit in regulis Can-

 cellariæ,

cellariæ,circa regimen expectatiuarũ,quæ pro maiori parte
nõ ſunt de dandis:quia cõcernũt modum, & formam expe-
ditionis literarum, & reſpiciunt officiales, & nõ iudices.Ni-
hilominus his non obſtantibus,puto ꝙ talis erronea expreſ-
ſio noceat expectãti,ita ꝙ teneat ſtare ſummæ in literis ex-
preſſæ,& nõ in regula Cancellariæ.Et hoc erit ei minus dã-
58 noſum,ne aliâs careat his in totũ. Nam †certũ eſt eo ipſo,ꝙ
producũtur literæ,in quibus nõ apparet ſeruatus ſtylus com
munis Rom.curiæ,nec rationabilis curſus Cãcellariæ in hu-
iuſmodi literis ſeruari conſuetus,illæ de falſitatæ ſuſpectæ
ſunt,nec eſt eis fides aliquatenus adhibenda,vt tenet Panor.
in cap.ex parte.ij.de offi.deleg.& in c.j.vt lit.pen.per gl.ordi.
& approbatã in c.porrecta.de confir.vtil.per quæ conſuluit
Romañ.conſil.ccclxxvj.inci.Quæſtio eſt.ꝙ ſi in expectatiua
deficiunt illa verba,de quibus in c.cùm in illis.de præb.li.vj.
videlicet, *Ad collationem præſenta.electionem ſeu &c.* Et tãquàm
de falſitate ſuſpectæ fides nõ adhiberetur,ex quo illa verba,
ſecũdùm ſtylum Cancellariæ,ſunt cõſueta apponi.Igitur in
propoſito ne talis gratia reijciat in totũ tanquàm ſuſpecta
iudicanda erit ſecundùm valorẽ expreſſum in gratia. Et ita
aliâs fuit iudicatũ in Rota.Reliqua ſuper expreſſione valo-
ris quæ deſyderari hîc poterũt,petẽda ſunt ab his,quę latius
dixi in reg.de valore exprimẽdo.Hactenus dictũ eſt de qnque
principalibus formis expectatiuarũ in canonicum creatum
cum declarationibus opportunis ad vnãquanque.Reſtat ſo
lùm declarare quædã verba, quæ apponũtur in executorijs
expectatiuarum,videlicet,inquantũ per literas executorias
59 mãdat Papa certis executoribus,†vt illũ pro quo ſic ſcribit,
recipi faciant in canonicum illius eccleſiæ quæ verba ꝙ ca-
nonicos creatos per Papã intelliguntur de receptione facti,
ſcilicet quantùm ad ea quę in facto conſiſtunt,hoc eſt,vt aſ-
ſignentur eis locis in capitulo,& ſtallum in choro cum pleni
tudine iuris canonici.Et de iſta receptione, prout in facto
conſiſtit loquitur text.in c.capitulum.de reſcript.& in c.eum
cui.de præbend.lib.vj.Differt autem ab alia receptione quæ
poteſt dici receptio iuris & facti,prout quãdo mandat Papa
capitulo alicuius eccleſiæ,vt illum pro quo ſcribit, recipiant
in canonicum,& in fratrem,& conferant ei ius canoniæ,&
fraternitatis.Differt enim iſta ſecũda à prima in aliquibus.





Et primò,quia receptus per ſecundam cauſat ius à recipiẽte,
& ſic cenſetur ordinaria,non Apoſtolica authoritate rece-
ptus,c.cùm aliquibus.de reſcr.lib.vj. quod eſt vtile ſcire pro-
pter illud quod dicitur in c.hi qui.& in c.ſi à ſede.de præbẽ.
lib.vj.cum ibi not.per Doct.Secundò differt in alio,quia per
præſentationem literarum in forma ſecunda non afficitur
præbenda.Imò canonici,quibus ſic ſcribitur,poſſunt occur-
rente vacatione,eam alteri conferre,& tenebit collatio,c.di-
lectus.el ij.de pręben.Niſi vigore talium literarum,fuiſſet ille
iam in canonicum receptus,& admiſſus, vel in literis conti-
neretur decretum irritans,aut ſi executor ad compellendum
inhibuiſſet,quibus caſibus,vel aliquo ipſorum cenſetur affe
cta præbenda,aliâs minimè:vt eſt caſus in c.ſi ſoli.de conceſ.
præben.At quando ſcribitur primo modo,etiam antequàm
recipiatur ille ad ea,quæ ſunt facti, afficitur præbenda pro-
pter canonicatũ,quẽ habet ex creatiõe Papæ.c.ſi poſtquàm.
de præb.lib.vj.Et intra mẽſem ligatæ ſunt manus ordinarij,
cle.vnica.§.ſecus.de cõceſ.præb.iũctis his,quæ ſcribit Card.
60 Zabar.cõſi.ciiij.incip.Poſt redditum.in fin. †Tertiò differt,
quia ſecundã receptionem, quæ eſt iuris,& facti,nõ poſſunt
facere canonici excõmunicati,vel ſuſpenſi.Primã no. ſic,ex
quo in nudo facto cõſiſtit ſecũdùm Fed.de Sen.cõſi.ccxc.in-
cip. Quia in præſenti.faciunt no.in c.ſi celebret. de cle.exc.
Et iſta ratione dicimus,ꝙ acceptatio,& optio facta ab excõ-
municato valet:quia cõſiſtũt in facto.Prouiſio autẽ, quia eſt
iuris,ab illo facta non tenet: vt eſt deciſio.cxcv.inci.Accepta
tio facta.in no. & deciſi.cxxvj.inci.No. ꝙ excõmunicatus.in
antiquis.Quod eſt verũ,niſi ille,cui executor excommunica-
tus prouidet,hoc ignoret,nã tali caſu valeret receptio,proui
ſio,& ſimilia:vt eſt deciſi.cxxviij.in antiq.vt ibi dicitur, non
inſpicitur perſona,quæ prouidet,ſed cui prouidetur.Et eodẽ
modo præſentatio,quia habet adminiculũ iuris,fieri nõ po-
teſt à patrono excõmunicato:vt in deciſi.clxj.& ccccxxvij.
in antiquis.Quod procedit in clerico,qui variare nõ poteſt,
ſecus eſt in laico: quia illa eſt merè facti: vt me præſente,te-
nuit Rota in vna Zamoreñ.corã R.P.D.Io.Clerici de menſe
Martij 1533.Et quod dictũ eſt, canonicos executores, quãdo
ſunt excõicati,nõ poſſe aliquẽ in canonicũ,nec patronũ prę-
ſentare fortè procederet:qñ illi eſſent publicati, & declarati:

ſecus verò ſi ſimpliciter excõmunicati eſſent propter extrauagantẽ Martini, de qua in pluribus locis meminit Feli.præſertim in c.ad probandum.de re iud. Quartò,& vltimò, quia ſecunda receptio debet fieri à canonicis collegionaliter congregatis in capitulo. Primam verò poſſunt canonici vt ſinguli,& ſic ſeparatim, ſecundùm Inno.in c.bonæ.lo ij.de poſtu.præla.& Archid.in c.ſi capitulum.de conceſ.præben.lib.vj.illa enim receptio, vt ſæpius dixi, eſt executio nudi facti, conſequenter poteſt fieri per canonicos ſingulariter,& ſeparatim, per illud, quod dicit glo.in c.j.in ver.tract.de reb.eccle.nõ alie.lib.vj.per quæ clarè conſtat, quid importent illa verba, *in executorijs recipi in canonicum,&c.* Vltra formas prædictas in canonicum creatũ ſunt & aliæ formæ expectatiuarũ
61 habentes diuerſos modos,& diuerſos effectus.†Sexta igitur forma in ordine eſt, quando in duabus collationibus datur ad largam, videlicet, *Vnum, vel duo beneficium, ſeu beneficia, etiam ſi alterũ cũ cura, aut decanatus,&c. ſeu dignitas vel perſonatus,&c. dummodo dignitas ipſa,&c. ad venerabilium fratrum noſtrorũ,&c.* Expectans in iſta forma poteſt obtinere duo beneficia, vnũ in qualibet collatione, ad ſummam in literis expreſſam, etiã ſi alterũ ſit curatũ, prout dicitur in literis. Quæ verba exprimuntur cũ myſterio, quia aliàs curatũ non includeretur, c.cũ illis.in prin.de præben.lib.vj.Et ꝙ in curatis maior, quàm in alijs idoneitas requiritur, dixi in regula, de idiomate, præſertim in q.xj.& aliquid in j.q. Et hoc manifeſta ratione apparet, quia cura animarũ eſt ars artiũ,& ſalus animarũ.c.pe.de æta.& qualita.Itẽ illa verba important & aliud, quia poterit acceptare ambo ſimplicia, vnum qualibet ad ſummam, quæ datur in ſimplicibus, ꝙ innuit dictio implicatiua, etiã, quæ de ſui natura idẽ implicat in alio caſu, ſecũdùm gl.in cle.j.in verbo, etiã.de ſequeſtr.poſ.& Do.lxv.in iiij.col.Dicit̃ inſuper in huiuſmodi literis ad largã, qđ poſsit acceptare canonicatũ,& præbendã in cathedrali, vel collegionata eccleſia. Aliàs ſi hoc nõ diceretur in literis, nõ poſſet cõſequi præbendam, quia illa nõ includitur appellatione beneficij in materia ſtricta, ſecũdùm Arc.& Mod.in c.cui.de nõ.de prçb.lib.vj.per illud, quod dicitur in c.quamuis.eo.ti.lib.vj.& ſic iſto caſu non habet locũ tex.in c.tua nobis.de ver.ſig. cũ ibi not. Contrariũ tamẽ voluit Cald.cõſi.xxxj.ti.de præb.niſi dicamus prędicta



dicta procedere quãdo nõ ſit mẽtio de beneficijs eccleſiæ cathedralis, ſecus ſi diceret, *duo beneficia etiam in eccleſia cathedrali,* quia tali caſu includeretur canonicatus, vt dicit Cald. Tamen in omnẽ euentũ capiet canonicatus aliarũ eccleſiarũ inferiorũ, vt in c.ſi eũ.& c.dudum. de præb.lib.vj. & in c. ſi.de præb.ſequitur Cald.in d.conſi.xxxj.& ſequitur latè Fel. in c.in noſtra.in xxxix.corr.de reſcr.Item dicitur, *de dignitate perſona.adminiſt.vel officio, dummodo aliqua dignitatum prædictarum in metropolitana, vel alia cathedrali poſt pontificalem maior, aut collegiata principalis non exiſtat.* Iſta verba apponũtur etiã cum myſterio, quia ſi hoc nõ exprimeretur in literis, nõ poſſet conſequi aliquã dignitatem, quæ in materia reſtringibili nõ includitur appellatione beneficij, vt no.in c.cùm in illis. de præb.lib.vj.Item, ideo dicitur, *dummodo in cathedrali maior, aut collegiata principalis &c.* Iſta verba ponuntur alternatiuè iſto reſpectu, quia ſi dignitas principalis in collegiata haberet ſecundam ſedem in cathedrali, & ſic nõ reputaretur maior poſt pontificalem, certè nõ caderet in literis huiuſmodi, quia ex quo in illis dicitur alternatiuè, vt ſupra licet talis dignitas nõ ſit maior in cathedrali poſt pontificalẽ, eſt tamen principalis in collegionata. Sufficit autem alteram partem alternatiuè eſſe veram, c.inter cæteras.cum concor. ibi in gl. de reſcrip.Vnde licet ceſſet vnum impedimẽtum, vt quia nõ eſt maior poſt pontificalẽ in cathedrali, remanet tamẽ aliud, quia eſt principalis in collegiata. Et ideo alio impedimento remanente, remanet prohibitio.arg.tex.in §.affinitatis.Inſti. de nup.& in l.ventri.§.in bonis.ff.de priui.cre.cum ſimi.Dicitur etiam de integra, vel dimidia portione, quando in eccleſia ſunt integræ, vel dimidiæ portiones, prout ſunt in Hiſpania.Item poterit acceptare beneficiũ ſeruitorium, licet in literis de ſeruitorio non exprimat, de quo latius dixi in prima
62 forma.†Reſtat vnum dubium, nunquid habens expectatiuã in iſta forma, poſsit in qualibet collatione acceptare duo beneficia non excedentia illam ſummam, puta duo ſimplicia quadraginta ducatorum.Inſimul Ioan. And.in c.quamuis. el j.de præben.lib.vj.tenuit, ꝙ poſsit plura minuta beneficia, vſque ad illam ſummam.Pro qua opinione facit ille text.dũ dicit, *Si alicui vſq; ad certam ſummam prouideri mandamus ei, non in penſione, ſed in beneficijs eccleſiaſticis tantùm volumus prouideri.*

Pondero,

Pondero,dũ in plurali dicit,*in beneficijs*, ergo intelligit ad mi nus de duobus reg.pluralis loquutio.de reg.iur.lib.vj.cũ vulga.propterea ſatis eſt,ꝙ non excedant illam ſummã, quãuis ſint plura,quia pluralitas videtur tolerabilis propter tenuitatem beneficiorũ,arg.c.eam te.in fi.de ætа.& quali. & ideo ſolet dici,ꝙ obtinens tria inſufficientia beneficia, non dicitur ſufficienter beneficiatus,vt dicit deci.ccccxlv.incip.Si Legatus.in nouis.& not.in c.is cui.de præben.lib. vj. contrariã opinionem tenet Hoſti.in c.cùm dilectus. de iurepatro. quæ ſeruatur in practica,& habet æquitatem, & rationem in ſe, quia non eſt de intentione Papæ,velle grauare eundem collatorem in pluribus beneficijs,niſi aliud exprimat,c.mandatum.de reſcrip.& ideo ſi hoc caſu acceptaret duo in eadem collatione,conſumeret gratiam in primo acceptato,c.ſi clericus.cum ibi not.de præb.lib.vj.& hoc quatenus primum ſibi debeatur:aliâs dimiſſo illo,poterit aliud acceptare,dummodo primum acceptauerit,cũ proteſtatione ſolita,vt moris eſt ſecundùm Archid.in c.ne captandæ.de præben.lib.vj.& ponunt domini de Rota deciſio.cxlij.incip.Nota ꝙ vbi eſt. in antiquis,& Domi.conſi.lxxviij.in ij.col.& in c.cùm in multis.de reſcri.lib.vj.Nihilominus iſta opinio non procedit in præſtimonijs, & beneficijs ſimplicibus in Hiſpania, per ea quæ dixi in forma prima,de qua domi.Guliel.aliqua dixit in quadam deciſione poſita inter extrauagantes. Sunt & aliȩ formæ expectatiuarũ,quæ variantur ex perſonis eorũ,qui-
63 bus cõcedũtur,prout apparet ex infraſcriptis.†Septima igitur forma eſt,quando gratiæ expectatiuæ concedũtur prælato,qui ſi habet poſſeſſionem pacificam ſuȩ eccleſiæ,& Epiſcopatus,& vult habere beneficia in titulũ,oportet ꝙ in literis ponatur diſpenſatio:videlicet,vt illa beneficia poſſit obtinere,& tenere vna cùm ſuo Epiſcopatu:aliâs ſine dicta diſpẽſatione nõ daretur gratia Epiſcopo ad beneficia in titulũ,quia illa cũ Epiſcopatu cenſerentur incompatibilia. Hinc eſt,ꝙ beneficia promoti ad eccleſiam vacant poſt conſecrationẽ,& adeptã poſſeſsionem,c.cùm in cunctis.§. cùm verò. de electio.& in c.poſt electionem.iuncta glo.in verbo,confirmationem.de conceſ.præben.Si ergo Epiſcopus per promotionem eijcitur à prioribus beneficijs,quæ ante promotionẽ obtinebat: certè multò minus admittitur ad alia de nouo obtinen-



64 obtinenda in titulum,ſine diſpẽſatione.†Quia turpius eijcitur,quàm non admittitur hoſpes,c.quemadmodum. de iure iur.Et multa prohibentur fieri quæ iam facta tenent,l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Hac igitur de cauſa ponitur in literis diſpenſatio,quæ datur iſto caſu,ex quo eſt
65 neceſſaria ad effectũ gratiæ:†Licet aliâs in expectatiuis non detur diſpenſatio:quia cùm ſint omnes motu proprio, non bene ſonat diſpenſare motu proprio. Nam ad poſtulationẽ partis conceduntur diſpenſationes: ſed ſi dantur dicta beneficia prælato in commendam, nõ eſt neceſſaria diſpenſatio, ſed ſatis eſt,quòd dicatur,vt poſsit tenere illa beneficia vnà cum Epiſcopatu,vel cum eccleſia magna cui præeſſe dignoſcitur.Simile eſt quando Cardinali prouidetur de beneficio regulari:quia ſi datur in commendam, ſatis eſt,ꝙ dicatur,ꝙ poſsit illud tenere,vnà cum alijs beneficijs,quæ obtinet:aliâs ſi datur in titulum,tunc debet poni in fine diſpenſatio:vt il-
66 lud poſsit obtinere. †Ex quibus apparet, ꝙ commenda non dat verum titulum in beneficio.Pro quo bene facit tex.in c. dudum,eccclеſia.de electio.vbi dicitur,ꝙ quamuis nõ liceat alicui regulariter duas eccleſias habere in titulum cõferentẽ ius in eis:tamen licitum eſt habere vnam in titulum,alteram verò in commendam.Ergo patet,ꝙ commenda nõ dat verũ titulum,de quo tamen latius dico in reg.de idiomate.in v.q. & latiſsimè ſuper regu.de triennali.q.iiij. Vbi hoc limito, & declaro multis modis.Epiſcopis autem vltramontanis nõ datur expectatiua, quando tamen conceditur, tunc beneficia dantur in titulũ cũ diſpẽſatione,& nõ in cõmendã,vt ſupra.
67 †Octaua forma,quãdo cõceditur gratia expectatiua alicui regulari,dicitur iſto modo,*Volentes itaq; tibi præmiſſorum meritorum tuorũ intuitu gratiam facere ſpecialem, beneficiũ eccleſiaſticũ cum cura,vel ſine cura,per monachos talis monaſterij, talis ordinis gubernari cõſuetũ,cuius fructus,&c.*Iſta forma extenditur ad beneficium regulare,prout ſonẽt illa verba,per monachos gubernari cõſuetũ,& ad hoc vt debeatur tale beneficiũ huiuſmodi expectãdi oportet,ꝙ fiat mentio de illo modo præmiſſo, vt ex hoc colligatur, gratiã ſuã ad ſeculare curatũ nõ extendi, nõ ſolũ,quia in gratia illud nõ exprimitur:ſed quia neceſſaria eſt ad tale beneficium diſpenſatio pro monachis, & fratribus mendicantibus, cum quibus diſpenſatur ad vnum tale

tale duntaxat, ad duo cum difficultate præter q̃ in Anglia,
vbi datur ad vnum ſæculare cum cura,vel ſine cura,non ta-
mẽ ad dignitatẽ perſonatũ,adminiſtrationẽ,vel officiũ. Sed
fratribus ſancti Io.Hieroſolymitanis &c.non datur diſpenſa
tio ad obtinendũ beneficiũ ſæculare, vel alterius ordinis re-
gulare.Nã & beneficia illorũ nõ dantur clericis ſæcularibus,
niſi in titulum.Eſt tamẽ circa hoc vnũ aliud notandum:quia
videtur,ꝙ quando cõceditur ſimpliciter gratia regulari, de
primo beneficio vacaturo,non oporteret fieri mentio de re-
gulari,quia eo ipſo ſecũdùm qualitatẽ perſonæ,pro qua ſcri
bitur intelligitur de tali,ſicut videmus in gratia cõceſſa cleri
co ad beneficia vacatura,ꝙ in ea nõ includitur beneficiũ ſo
litũ regi per laicũ,ſecũdùm Rotã deci.lxvij.tit.de reſcr.in an
tiq.Nã beneficia,quæ cõferri debẽt,debẽt intelligi ſecũdùm
qualitatẽ perſonæ,vt dicit Gemi.in c.fi.§.j.circa fi.de offi.de
leg.li.vj.& reaſſumit latè An.Sicu.in c.poſſeſsiones.in ij.no-
tabili,de rebus eccle.nõ alienã.& alibi ſæpe,& tenet Felin.in
c.in noſtra.in xxij.cor.de reſc.& vt dicatur beneficiũ regula
68 re,debet intelligi,†ꝙ per xl.annos continuè, & pacificè ab
vno:vel pluribus monachis,in eo extitit gubernatũ,vt eſt ca
ſus in c.cùm de beneficio.iuncta glo.in verb.modũ.de prębẽ.
li.vj.ſatis eſt ergo,ꝙ per ſpatiũ tanti tẽporis fuerit guberna-
tũ per monachos,licet primæuus ſtatus illius fuerit ſæcula-
ris,id eſt per antea fuerit beneficiũ ſęculare.Curſus enim tẽ-
poris quadraginta annorũ tribuit ſtatum de beneficio ſæcu-
lari in beneficiũ regulare,& de regulari in ſæculare,ſecundũ
dominos de Rota deci.xxxij.incip.Fuit dubitatum in nouis.
per tex.in d.c.cùm de beneficio.per quem dicit eleganter in
ſimili Pet.de Anch.conſi.clxij.inci.In quæſtione eccleſię &c.
ꝙ eccleſia probatur nõ curata, ſi à quadraginta annis citra
collegiata fuit,tanq̃ non curata.Et ſic poſtea cõtinuè ſit poſ
ſeſſa,dato,ꝙ antea probetur,fuiſſe curata : quia,vt dixi,cur-
ſus tanti temporis tribuit ſtatum beneficio.De quo tamen vi
dendum eſt latè per Feli.qui ſtudio pertinaci voluit amplia-
re tex.in d.c.cùm de beneficio.in c.in noſtra.in iiij.corre.de
reſcript.Et eſt aduertendum,ꝙ ante clauſulam non obſtante
ſolet in tali expectatiuæ dici,videlicet, *Decernentes te, quàm-
primum vigore præſentium huiuſmodi beneficium fueris pacificè aſſe-
cutus, de primo monaſterio ad primum monaſterium illius ordinis
transferẽ.*



69 *transferẽ.&c.* †Datur igitur gratia ad beneficium regulare
alterius ordinis,cum tranſlatione,id eſt,vt ad illud monaſte-
rium,ad cuius collationem beneficium aſſequitur, transfera-
tur.Quia rationi non congruit,vt homines diſparis profeſ-
ſionis,vel habitus,ſimul in eiſdem monaſterijs ſocientur di-
cit tex.in cle.j.de electio.Et eſt notandum.ꝙ regularibus non
datur licentia ſe transferendi, niſi ad parem, vel arctiorem
ordinem. Et tunc conſueuit addi de licentia ſuperioris, niſi
cauſa infirmitatis, vel ſubuentionis parentum,aut inimici-
tiæ capitalis cum ſuperioribus,vel niſi monaſteriũ ſit reda-
ctum ad ſtrictiorem viuendi modum,vt hęc omnia latiſsimè
probo in tract.meo,de offic.& poteſt.officij ſacræ Pœniten-
tiariæ,& in Apologia ad S.D.Paulum,contra ſuperiores or-
dinum conuentualiũ reſponſiua ad aliam eorum accuſatio-
nem contra prędictum officium,cuius regentis officium in-
dignè gero, dico etiam latè in præcedenti tracta.breuium.
Item non datur clericis ſæcularibus, neq; religioſis eiuſdem
ordinis expectatiua, ad dignitatem conuentualẽ vel officiũ
clauſtrale,niſi qualificatis,& illis ad vnum tantùm conuen-
tuale,ad clauſtrale nõ datur,niſi tantùm regularibus ſecun-
dùm aliquas formas,in quibus dicitur, etiam ſi alterũ clau-
70 ſtrale &c.†Sed ſi datur gratia monacho ad beneficium ſæ-
culare,quod raro fit maximè curatum, oportet, quòd prius
habeat diſpenſationem, vt tale beneficiũ obtinere poſsit.Et
tunc effectus dictæ diſpenſationis debet poni in principio li
terarũ ibi, *ex iſtis,& cui nos dudum &c.* Sine diſpenſatione au-
tem tale beneficium obtineri nõ poteſt,quia monachus mor
tuus eſt mundo,licet Deo viuat,c.monachus.& c.placuit.xvj.
q.j.& in l.Deo nobis.c.de epi.& cler. ſed per aſſumptionẽ ad
eccleſiam ſæcularem maximè curatã,reſuſcitatur.Et iſta re-
ſuſcitatio eſt miraculoſa, ergo vt reſurgat, & ciuiles actus
exerceat,opus eſt diſpenſatione.Et ita per iſtã rationem te-
net deci.Rotæ.cccclxxxiij.inci.Collatio.in nouis.& Egidi.de
Bella.conclu.dccxiiij.incip.Collatio.Sed vt dixi, non ſolent
concedi literæ regularibus ad beneficia ſæcularia,neq; trãſ-
eunt per cãcellariam,arg.tex.in c.in noua actione.xvj.q.vij.
71 †Dum dicit,in vno eodemque officio non debet diſpar eſſe
profeſsio, dicente Moſe, de quo habetur in cle.j.de electio.
*Non arabis in boue,ſimul & aſino.* Idem homines diuerſæ pro-
feſsionis

feſsionis in vno officio ſimul nõ ſociabis.Et ideo in expecta
tiua pro monacho,ſi petatur ad duo beneficia ſęcularia,vel
regularia,ponitur clauſula, videlicet, ad vnum beneficiũ ſui
ordinis in titulũ.Eadem ratione prohibetur,ne prioratus ali
quis ſiue adminiſtratio committi alicui, vel conferri poſsit,
niſi expreſsè profeſſus fuerit ordinẽ monachalem: vt eſt ca-
ſus in cle.ne in agro.§.ſanè.ij.de ſtatu monach.& ponit Egi.
di.concluſi.lxxvj.incipit,Non expreſsè profeſſus,&c. Et hoc
niſi habeat diſpenſationem,vt dixi in regularibus, reſpectu
ſæculariũ beneficiorũ,vel niſi concedantur literæ in forma
cupientibus proficiſci,in qua cõceditur clerico ſęculari bene
ficium regulare in cõmendam vſq; ad ſex menſes,à die paci
ficæ profeſsionis computandos: & deinde in titulũ cum op-
portuna habitus aſſumptione,& profeſsionis regularis emiſ
ſione,quaſi iam deſtinatione animi cẽſeatur religioſus, per
illud,quod dicit gl.fi.c.ij.de inſtitu.& deciſio. Rotæ cccxij.in
72 antiquis,& l.pen.ff.de teſta.mili.†Nona expectatiuæ forma
dicitur pauperum clericorũ expectantium,quæ taliter cõce-
di ſolet,videlicet, *Dilecti filij &c.precibus inclinati, mandamus,
quatenus de vita,& cõuerſatione ipſius* N.*qui vt aſſerit &c.*Nono
pono iſtã formam,hîc extenſæ,ad longũ,quia ſtatim reaſſu-
mam,ſingulas eius partes declarãdo,quid importent, & cur
ita ſcribatur in iſta forma,quæ poſt annũ non datur:vt vult
regula,niſi vlterius proroget, prout ſoliti ſunt facere aliqui
pontifices.Pro cuius euidentia ſciendũ eſt, ꝙ huiuſmodi lite
ræ,quæ concedũtur pauperibus clericis ad beneficia, potius
73 dicuntur literæ iuſtitiæ,q̃ gratiæ. †Quia iuſtum,& rationa-
bile eſt,clericum beneficiari,ex quo deputauit ſe ſeruitijs di-
uinis,& non habet aliud beneficium,ſecundùm Io. Andr.&
Domi.in c.ſi pauper.de præben.li.vj.iuſtum eſt ergo,vt dixi,
clericum pauperũ beneficiari,quia cum ſit miles cœleſtis mi-
litiæ,vt dicit tex.in c.degradatio.de pœnis.li.vj.& gl.in l.mi-
les.ff.de re iudi.certè nõ debet proprijs ſtipendijs militare,c.
cùm ſecundùm.de præben. & ideo per illum text.dicunt ibi
Docto.quod licitè pauper clericus locat operas ſuas ſpiritua
les ad hoc,vt inde viuat, ſecus ſi habet beneficium, de quo
poſsit viuere:facit glo.in c.ſignificatum.eo.titu. Iſtæ eædem
literæ appellantur in forma communi ſecundùm Panor.in
c.poſtulaſti.in iij.notabili,de reſcrip.quia olim Papa non ſo
lebat grauare ordinarios in collatione beneficiorum, nec
conceden-



concedebat literas gratioſas, ſed ſcribebat contra ordinato
res,vt ipſi prouideret illis,quos promouerant ad ordines ſi-
ne titulo,vt patet.c.Epiſcopus. & c.non liceat.de præben. eo
ꝙ ad obtinendum eccleſiaſticum beneficium, eos debebant
idoneos reputare,quos ad ordines ſuſceperunt,c.accepimus.
de æta.& qualit.appellatur etiã in forma ſpeciali, vt eſt deci.
cvj.in no.& ccccłxiij.in antiq.& Milis in verb.gratia. nu.28.
appellantur etiam in forma,cùm ſecundùm Apoſtolũ, quia
ſunt ſuper illo dicto Apoſtoli fundate,*qui altari ſeruit, &c.*d.
c.cùm ſecundùm.de præben.Prædictis ergo de cauſis huiuſ
modi literæ ſunt appellatæ de iuſtitia: poſſunt tamen aliquo
reſpectu dici gratioſæ,vt ponunt Moder.in d.c.poſtulaſti.&
potiſsimè ea ratione,inquantũ conceduntur magis vni,q̃ al-
teri,puta exiſtẽtibus in curia. Licet enim collator ordinarius
neceſsè habeat,conferre beneficium,non tamen magis ne-
ceſsitatur iſti,quàm illi,& ideo ſi conferat vni,vel alteri,gra
tiam illi facit,& dicitur erga illum liberalitatem exercere,vt
dicit pulchra glo.in c.relatum.de præben.& tenet Zenze. in
extrauag.xxij.ſuſcepti.in verbo,gratię.Eſt ergo gratia,& li-
beralitas in cui dando,vt dicit glo.pulchra,in c.fi.de offi.vi-
ca.lib.vj.& in c.quamuis.in verb.penſionem. de præben. eo.
libr.& ſequitur Alexan.in conſil.cxc.col.penulti.lib.ij. Lanfr.
in tracta.arbit.in iij.col.Et ideo hac de cauſa in principio li-
terarum dicitur,*dilecti filij talis clerici ſupplicatiõ.inclinati,&c.*
Ad oſtendendum,quòd per conceſsionem talium literarum
fit gratia illi,pro quo ſcribitur.Aliâs,ſi conceſsio eſſet omni
no neceſſaria verba illa non præmitterentur, quia fruſtra
precibus impetratur, quod de iure communi conceditur,l.j.
c.de theſau.libr.x.l.j.ff.ad Municipa. & in l.ſi quando.c.de
inoffi.teſta.& eſt vlterius conſyderandum, quòd iſtæ literæ
iuſtitiæ ſiue in forma pauperum poſſunt etiam alijs reſpecti
bus dici gratioſæ.nã cùm Papa ſolutus ſit legibus iuxta vul-
ga.c.propoſuit.de conceſſ.præb.certè tales literas nõ aſtrin-
gitur de iure cõcedere,cùm poſſet remittere impetrãtem ad
ſuum ordinarium, dicitur igitur in hoc Papa gratiam con-
cedere in quo non aſtringitur: & hoc ſentit Abb.in c.non-
nulli. in primo notabili,per illum text.de reſcript. Item poſ-
ſunt dici iſtæ literę gratioſæ quia ſicut in executoribus datis
per literas merè gratioſas non requirũtur qualitates,c.ſtatu-
tum.iſto

tum. iſto titulo .ita neq; requirũtur in executoribus datis in
forma pauperum, quod tamen procedit quando literæ diri-
guntur ordinario extero,qui non tenebatur aliâs ordinato
prouidere, & tunc huiuſmodi literæ pauperũ dicuntur gra-
tioſæ,& in talibus non habet locum d.c.ſtatutum.ſecus quã-
do dictæ literæ pauperum diriguntur ordinario,qui aliâs de
iure prouidere tenentur,quia tunc literæ tales dicuntur veræ
iuſtitiæ,vt declarat notabiliter deci.vij.tit.de reſcri.in antiq.
circa fi.& hoc ſequitur Gemi.in rep.c.poſtulaſti.de reſcrip.&
Ioan.Bapti.de ſancto Seuerino in notis gratiarum.Ex præ-
dictis ergo colligitur,quare ſtatim poſt principium literarũ
dicuntur illa verba videlicet,*qui vt aſſerit,beneficium eccleſiaſti
cum aliquod non obtinet*, quia,vt patet ex præmiſsis non proui
detur in iſta forma,nec concedũtur literæ clericis beneficia-
tis,cùm non poſsint tunc dici pauperes,aliâs literæ diceren
tur ſubreptitiæ.arg.c.ſignificantibus.de offic.delega.ibi,*cùm
nobilis eſſet,& diues,pauperem ſe dixit*. Item propter aliud dicũ-
74 tur illa verba,*beneficium aliquod eccleſiaſticum nõ obtinet*,† quia
vt patet,ſi obtineret penſionem,nihilominus poſſet expedi-
re literas,in hac forma, eo ꝙ penſio non dicitur beneficium
eccleſiaſticum,licet quantùm ad religioſos cedat loco bene-
ficij,ſed regulariter non dicitur beneficium eccleſiaſticum,
ex quo cõſiſtit in ſola tẽporalitate,neque aſsignatur in titu-
lum,vt ponit Domi.in c.quamuis.in fi.princ.de præb.lib.vj.
& dixi in regu.de infirmis reſignantibus.Imò plus dicit de-
ciſio Rotæ inci.Nota quod pauper.nu.210.in antiq.ꝙ taci-
turnitas penſionis non reddit gratiam pauperis ſubreptitiã,
licet ſit aſsignata in titulum de authoritate epiſcopi, ex quo
non eſt penſio perpetuo aſſignata,& conſtituta iure benefi-
cij,ita quòd trãsferatur de perſona in perſonam.Itam tenet
alia deciſio.xj.incip.Vtrum intitulatus ſub titu.de præben.
75 in antiq.† Vt dicitur ꝙ penſio nõ dicitur titulus perpetuus,
& ſpiritualis,quia moriente eo,cui eſt aſsignata expirat.Hoc
etiam ſentit Old.conſi.clxviij.incip. Ad primam quæſtioné.
vbi tenet,ꝙ ſoluens penſionem,dicitur beneficiatus,nõ eam
recipiens ex quibus videtur concludendum, ꝙ obtinens pen
ſionem poteſt expedire literas in iſta forma pauperum, de
iure communi. Domi,tamen in c.poſtulaſti.ad fi.de reſcript.
quem refert ibi,& ſequitur Feli.in iij.declaratione, tenet cõ-
trarium,



trarium,motus iſta ratione:quia Papa intendit per conceſ-
ſionem harum literarum ſolùm ſubuenire,& opitulari pau-
pertati clerici.Sed ex quo habet penſioné de qua viuit,certè
ſatis eſt prouiſum eius paupertati,ſicut ſi eſſet ipſi aſsignatũ
patrimonium pro titulo:vnde iſtis caſibus videtur ceſſare ra
tio propter quam conceduntur literæ.Si enim volens expe-
dire literas in forma pauperum,exprimeret ſe habere patri-
monium ſufficiens,aut penſioné congruenté,certè vel nul-
latenus haberet gratiam in iſta forma,vel nõ ita de facili,&
pro iſta opi.bene facit tex.in c.clericos.j.q.ij.qui loquitur in
literis de iuſtitia ſecundùm Doct.ibi,& prohibet habẽti ſuf-
ficiens patrimonium occupare ſtipendia,& beneficia eccle-
ſiæ,quæ dicũtur eſſe panis pauperum,tandem propter præ-
dictas opi.Docto.& rationes, hincinde facta eſt vna regula,
76 qua cauetur,† ꝙ obtinens beneficia xxiiij.librarum,aut alte
rius ſimilis monetæ,& ſimiliter percipiés penſioné annuam
ſimilis valoris,& ſummæ ſuper fructibus,poſſunt in cõmuni
forma pauperum literas impetrare:ita tamen, ꝙ per aſſecu-
tionem alterius, alia dimittere teneantur & penſio ceſſet,&
expiret.Et iſta regula eſt multum æqua & iuridica,in quan-
tùm primò diſponit,ꝙ obtinens beneficium,vel penſionem
vſque ad ſummã prædictã,non excludatur ab impetratione
literarum in cõmuni forma pauperum, & poſtea vult,ꝙ per
aſſecutionem alterius,alia dimittere teneatur,quod eſt con-
ſonum,& conforme iuri cõmuni,vt not.in d.c.ſi pauper.per
rationé,quæ ibi exprimitur,ſed quia ceſſat cauſa, ceſſat &c.
Vlterius pro declaratione dictæ regulæ notandũ eſt dum di-
cit,ꝙ non habentes poſſeſsionem beneficiorum in quibus ſe
ius habere aſſerunt,& ſuper quibus litigant cuiuſcũque valo
ris annui,poſſunt in communi pauperum literas impetrare.
Vult ergo regula,in hac parte,prout innuunt verba prædi-
77 cta à cõtrario ſenſu,† ꝙ habens poſſeſsionem beneficij cum
titulo,licet dicta poſſeſsio non ſit ipſi pacifica,vt quia litigat
ſuper titulo beneficij,talis non poterit in hac forma literas
impetrare:ratio eſt,quia ex quo percipit fructus,ſatis eſt ꝓ-
uiſum eius paupertati:& ſic ceſſat cauſa,propter quam con-
ceditur gratia in hac forma,prout in ſimili de habente pen
ſionem tenet Domi.in d.c.propoſuiſti.quem ſuperius retuli.
Præterea regula in illis verbis nõ requirit pacificam poſſeſ-

V ſionem,

ſionem,prout facit text.in c.de multa.de præb.c.cõmiſſa. de
elect.lib.vj.c.licet Epiſcopus.de præb.eo.lib.& extrauag.exe.
crabilis.in quorũ iurium caſibus non ſufficit poſſeſsio turbu
lenta & litigioſa,vt in eis notat̃,& ponit deciſio Rotæ xxx.
vj.incip.Nota,ꝙ vbi aliquis.in antiq.& lxj.in nouis.ſed ſim.
pliciter dicit de non habẽtibus poſſeſsionẽ beneficiorum,vt
poſsint impetrare in iſta forma. Ergo vult à cõtrario ſenſu,
ꝙ habentes poſſeſsionem,non poſsint,licet poſſeſsio non ſit
pacifica,ſed turbulẽta,per rationem de qua ſupra,& arguẽ.
78 do à dicta ratione,infero, † ſi poſſeſſori beneficij mouet̃ lis
ſuper ſua poſſeſsione,ita ꝙ non percipit fructus beneficij,li.
cet incumbat poſſeſsioni,poterit nihilominus impetrare in
forma pauperũ,quia tunc ex quo nõ percipit fructus,perin.
de eſt ac ſi poſſeſsionẽ nõ haberet per illud, qđ dicit gl.in c.
ſi tibi cõceſſo.in verb.vacare.de præb.lib.vj.vbi vult per illũ
tex.ꝙ promotus ad Epiſcopatũ,etiam poſt conſecrationem,
& adeptam poſſeſsionẽ,ſi fructus dicti Epiſcopatus nõ per-
cipit,vt quia ex cauſa aliquo tempore alteri debentur,quod
ꝑpter hoc priora eius beneficia nõ vacãt,ſed poſsit ea inte.
rim retinere.Quod etiam tenet Roma.conſi. cccxxxv.incip.
Circa primum.& alio conſi.cccxlv.Ex prædictis patet decla
ratio ad ea,quæ dicuntur in prima parte procemij literarũ,
in iſta forma,in quibus ſubſequenter dicitur,*& quem per cer-
tos examinatores ſuper hoc à nobis deputatos de literatura examina-
ri fecimus diligenter,&c.* Circa iſtam particulam ſciendum eſt,
ꝙ ſub illis verbis,*de literatura examinari fecimus,* continentur
79 tria,† quia examinatores examinant de tribus, videlicet,ſi
bene legit,ſi bene cõſtruit,& ſi bene cantat. Quorum ſaltem
duo debent concurrere,ſecundùm Domi.in c.ſi pauper.vbi
ſubijcit,ꝙ quo ad partes Gallicanas,plus ponderant cantum
quàm conſtructum.Hoc autem prius induxit Gregorius xj.
per quandam ſuam regulam,vbi voluit, quòd in Vaſconia,
& Hiſpania requirerentur ad minus duo ex iſtis tribus com-
petenter interuenire,licet malè ſe haberet in cantu.Itaque ſa
tis colligebatur quòd in alijs prouincijs requirebatur ad mi
nus ſufficienter cantare. Et idem ſtatuit Benedictus xiij.Et
poſtea ſequuti ſunt alij ſucceſſores aliqua addentes, prout
temporis opportunitas ſuaſit.Facta autem examinatione in
præmiſsis,& eo reperto idoneo ad beneficium eccleſiaſticũ
obtinen-



obtinendum, rurſus Papa mandat in eiſdem literis ſolerter
inquiri de vita laudabili,& honeſta illius clerici,& de eius cõ
uerſatione.Dignoſcitur autem vita laudabilis ex operibus,
& abſtinentia vitiorum,ſecundùm Panor.& Car.in cle.cùm
ei quem.de conceſ.præbẽ.Nec ſufficit iſto caſu præſumptio
naturæ,vt in c.vnico.de ſcruti.& in c.fina.de præſum. Nam
ex quo agitur de aliquo promouendo,& beneficiando pro-
bari debet bonitas,vt dicit Cardina.in dicta clemẽ.& ſequi-
80 tur Decius in c.ij.in ij.col.de electio.† Et hoc regulare eſt, ꝙ
quando quis aliquid petit, probare debet ſe eſſe bonum, &
idoneum.Et præſumptio naturæ,de qua in dicto ca.vnico.
& in l.merito.ff.pro ſocio.non habet locum,niſi quãdo quis
ſe defenderet,vt dicit Barto.poſt gloſ.ibi,in l.qui iuraſſe.§.ſi
pater.ff.de iureiurã.ſequitur Decius in l.ſi emancipati.in iij.
notabi.c.de colla.Et tunc bene conſonat,quod dicitur in c.
ij.xij.q.j.quòd omnis ætas ab adoleſcentia prona eſt ad ma-
lum.Et ideo mandat etiam inquiri Papa de honeſta conuer
ſatione,quia pręſumitur pro aliquo,vel contra ipſum ex cõ-
uerſatione,cap.inter.iuncto cap.cùm in iuuentute.de purga.
cano. iuxta illud, *Cum ſancto ſanctus eris,&c.* Et præſertim in
homine qui tractare debet ſpiritualia, cuius conuerſatio, ſi
mala eſt,inducit laqueum,& periculum animæ . Et ob eam
cauſam requiritur,ꝙ cõuerſatio bona probetur, quia etiam
in dubio non præſumitur bona,quia vbi agitur de periculo
animæ,capitur in dubio ſiniſtra ſuſpicio: quia illa videtur
eſſe tutior.Et iſto caſu receditur à præſumptione.l. merito.
vt in notabili caſu tradit Pet.de Ancha. in conſi.lxxix.circa
ſi.cum multis concor.vt ſcribunt Moder.in c.in pręſentia. de
proba.in xij.notabi. Et eſt notandum circa præmiſſa, ꝙ li-
cet quatuor requirãtur in promouẽdo,videlicet,ſciẽtia,ętas,
mores,& ordo,vt dicit glo.in c.ſi pro clericis.in verb.alijs.de
præb.li.vj.tamẽ in iſta forma mãdatur inquiri primò de lite
ratura,deinde de moribus, vt patet ex præmiſsis. De ætate
autem,& ordinibus,nulla fit mẽtio.Sed anteꝗ̃ de ætate dica
mus,vnũ eſt admiratione dignũ,ꝙ prius de literatura inqui
ri mandatur,cùm in clerico ante omnia requiri debẽt boni
81 mores,† deinde ſcientia,iuxta illud Pſal. *Bonitatem, & diſci-
plinam doce me.* Prius ergo Propheta bonitatẽ petijt,ſine qua
diſciplina,ſeu ſciẽtia perfectè acquiri nõ poteſt:quia in ani-
 mam

mam malā non intrat ſpiritus ſapientiæ,nec in corpore ſub-
dito peccatis,vt dicit Propheta,Sapien.c.j.*Initium igitur ſa-
pientiæ,timor Domini*,Prouerb.c.j.Quo ad illum igitur timorē
ex qua ſapiētia procedit,requiruntur boni mores. Apparet
igitur ex iſtis,ꝙ inconſyderatè mādatur in iſta forma prius
82 de literatura inquiri,quàm de moribus.† Præſertim quia li-
teratura quo ad Deum,nec quo ad mundum in ſimplicibus,
& pauperibus clericis,non eſt multū neceſſaria,vt dicit Inn.
in c.j.de ſumma Trini.vbi dicit,ꝙ ſufficit iſtis clericis paupe
ribus,ꝙ tantùm ſciant,ſicut ſimplex laicus,vel aliquātulum
plus,circa ſacramēta,circa quæ quotidie verſant.Ita ibi In-
nocen.quem in hoc multum commēdat Bal.in rub.de ſum.
Trini.& pro ſingulari ſequitur And.Sicu.in tract.de præſtā.
Car.in x.q.j.partis.in ij.& iij.col.Et ideo dicebat gl.ſingul.in
83 l.ſocietas contrahitur.in gl.ij.per illū tex.ff.pro ſocio.† ꝙ ad
canonicatus ita debēt promoueri literati,ſicut nobiles,quā
glo.pro ſingulari cōmendat An.Sicu.in conſi.lvij. Præclarè
ſcribit.in viij.col.li.ij.Apparet igitur ex iſtis,in clericis paupe
ribus magis attendēdos mores,q̄ literatura:quia in iſtis cleri
cis,ſicut in regularibus,qui pauperes etiam ſunt,magis attē-
ditur vita immaculata,q̄ ſcientia:vt dicit Bal in l.athletæ.§.
de ruſticis.in fi.ff.de excu.tu.Sed vt video,ſecūdùm iſtā for-
mam,*de moribus vltima ſiet quæſtio*,vt ait Satyri.De ætate etiā
84 eſt mirandū,ꝙ in iſta forma non fiat mentio.† Cùm tamen
valdè maius ſit,pati defectum in ætate, quàm in moribus:
vt probatur in c.ſi eo tempore.de reſcrip.lib.vj.Vbi patienti
defectum in ætate tempore datæ,non prouidetur de benefi-
cio curato,ex quo de tali defectu non fuit facta mētio in li-
teris,quāuis poſtea ſuperueniat vltima ætas,vt ibi,& tamen
poteſt prouideri ſi non eſt in ſacris.Eſto ꝙ de ordinum defe
ctu non fuerit in literis facta mentio,d.c.ſi pro clericis.Con-
ſequenter apparet, ꝙ maior eſt defectus ætatis, quàm ordi-
num:vt in prædictis iuribus,& per glo.in c.j.de æta.& quali.
in vj.Sed ſaluando formas huiuſmodi literarum,poteſt dici,
ꝙ tacitè mādatur inquiri etiam de ætate,per illa verba,quę
in literis ſequuntur,videlicet,*aliudq; canonicum ei non obſiſtat*,
85 per quę importat̄ legitima ætas.† Quia indecorū eſt,vt hi de
beant eccleſias regere,qui nō nouerūt gubernare ſe ipſos,c.
86 indecorū.de æta.& qua.& c.ſup inordinata.de præb.† Legi-
tima



tima autem ætas intelligitur xxv.annorū, quo ad beneficiū
cum cura,c.cùm in cūctis.de elect.& not.in c.ſi eo tempore.
de reſcrip.lib.vj.Sed quo ad beneficium ſimplex ac canoni-
catum & præbendam,extra tamen cathedralem eccleſiam
ſufficit ætas maior ſeptēnio,vt no.in c.ex eo.de elect.lib. vj.
Licet quo ad canonicatus,& præbēdas eccleſiæ cathedrales
fuerit ordinatum per Grego.xj.quod non conferantur, niſi
habentibus annos xiiij. prout atteſtatur deciſio Rotæ.ccc-
xxiiij.incipi.Suppoſita.in nouis deciſio.Et hodie eſt regula
Cancellariæ,nu.17.in qua diſponitur,ꝙ canonicatus, in ca-
thedrali non dentur, niſi habentibus xiiij.annum comple-
tum,aliâs prouiſio ſit ipſo iure nulla,quam regulam ad hoc
allegant Moder.in tract.de autho.& præemi.magni Conſil.
fol.6.In collegiatis verò diſponitur in dicta regula, ꝙ cano-
nicatus non dentur minori decem annorum, declarando vt
per Alexā.in conſi.lxxv.in ij.col.lib.iiij.Secundò important
prædicta verba,ſcilicet,*aliudq; canonicum nō obſiſtat*:vt ille pro
87 quo taliter ſcribitur ſit legitimè natus:† quia illegitimi ad
beneficia eccleſiaſtica abſque diſpenſatione ſunt inhabiles,
c.j.& ij.de fil presby.lib.vj.Tertiò quòd non ſit periurus,in-
famis,ſeu aliâs criminoſus.Nam licet collatio beneficij facta
talibus valeat mero iure,vt tenet Lap.in addi.ad conſi.Fed.
50.& Car.in c.querelam.de iureiur.per c.inter.de exceſ.præ-
latorū.Illud tamen non habet locum,quando prouiſio facta
periuro, vel aliâs infami,ſiat virtute literarum ad beneficia,
quia tūc propter maximam eorum odioſitatem erit ipſo iu-
re nulla,prout eleganter tenet Cal.conſi.xx.in titu.de præb.
Et ſequuntur Moder.in c.ij.de reſcrip.cum alijs ibi latius per
Feli.adductis.Quartò quòd aliâs nō ſit incapax tituli bene-
ficialis,prout ſi eſſet irregularis ex homicidio,ſecundùm In-
no.in c.cùm noſtris.de conceſ.præb.intantū,ꝙ aliqui volūt,
88 ꝙ cum homicida voluntario nō diſpenſatur,niſi ſit perſona
regularis,& tunc circa altaris miniſterium,& cum volēti in-
gredi religionē mendicantium,cui datur rehabilitatio ad o-
mnes ordines,etiā in altaris miniſterio,vel niſi homicidium
fuiſſet omnino occultū,& cum iſto diſpēſatur primo caſu per
ſolum Papā,vt latè tradit Tho.Ferra.cautel.xliiij.in duobus
alijs caſibus diſpēſat officiū ſacræ Pœnitentiariæ,ſed in oc-
culto ſuſceptis,quia hoc poteſt facere Epiſcopus ſecundùm

Vincen.& quoſdam alios,quos refert Arch.in c.de his.l.diſt.
ſequitur Fed.in cõſi.clxviij.in fin.licet Prępoſi.in d.c.de his.
teneat contrarium:tamen prima opinio eſt de ſtylo hodier-
nò in vſu,aliquando tamẽ dat ſignatura de abſolutione,&
obtẽtis ad ſimplicia poſtea ſignatura ampliari poterit iuxta
qualitatem caſus homicidij,quandoque ponitur etiam clau
ſula pro presbytero homicida,videlicet, *eo ad triennium ſuſpẽ
ſo,&c.* vel apoſtata,in quo non cadit tale ius ſecundùm Bald.
in repeti.l.Barbarius.in x.col.ff.de offic. præto. aut penitus
illiteratus,qui eſt inhabilis ad beneficium eccleſiaſticũ,ſecũ-
dùm Inno.in c.dilectus.de temp.ordi.& Arch.in c.nullus.eo.
tit.lib.vj.quod videtur intelligendum in beneficio cum cu-
ra,ſecus fortè in ſimplici,vt ponit deciſio.cccxij.in antiquis.
89 †Similiter purus laicus incapax eſt beneficij eccleſiaſtici,c.
cùm adeò.de reſcr.& in c.ex literis.de trãſac.quicquid dicat
gloſ.in c.ij.de inſti.quæ tenet ſufficere ſolum propoſitum cle
ricãdi,quaſi deſtinatione animi poſsit iam dici clericus.Sed
illa gl.cõmuniter reprobatur per Docto.in d.c.cùm ade.ò niſi
ſaluetur,vt per vnam deciſionem Rotę cccxij.incipiẽ. Nota
quòd clericus.in antiquis.Vbi dicitur,ꝙ non clerico,incedẽ-
ti tamen in habitu,poteſt beneficiũ conferri vt clerico,quaſi
velint, quòd habitus & diſpoſitio animi ſufficiant, quoad
hoc vt quis clericus reputetur.Ad quod bene facit dictũ Arc.
in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij. vbi dicit, ꝙ ille, qui nondum
habet ordinem,ſed tantum coronã portat,& eſt clericus ani
mi deſtinatione,gaudet priuilegio illius canonis.Et hoc in
notabili caſu tradit Iaſ.in l.cùm quædã puella.in ij.col.ff.de
iur.om.iud. His tamen non obſt. verius eſt, quod dixi prius
90 per tex.in l.ex eo.ff.de teſta.milit. †Vbi dicitur ꝙ miles gau-
det priuilegio militari ex eo tempore, quo in numeris relatus
eſt non ante.Et ideo practica, & communis ſtylus eſt,quãdo
purus laicus impetrat,& ei mandatur beneficium conferri,
apponitur illa clauſula,*cupienti adſcribi militiæ clericali, &c.* vt
per Abb.in d.c.ex literis.de tranſac. Aliâs literæ eſſent ſurre
ptitiæ,& iſto reſpectu quãdo ſcribitur pro aliquo in iſta for-
ma in principio literarũ,appellatur clericus, quia aliâs eſſet
quoad hoc inhabilis per ſupradicta.Inſuper diceretur cano
nicum impedimentũ ſufficiens ad excludendũ pauperẽ cleri
cum ſi non ſit oriundus in loco,ad quem literæ extendũtur,
arg.l.in



arg.l.in eccle.c.de Epiſ.& cleri.ſtante regula Cãcellariæ,quę
91 diſponit†ꝙ pauperes clerici extra ſuam prouinciam locari
nõ poſsint,niſi ibi per ſex annos moram traxerint, vt latius
in dicta regula,cuius diſpoſitio fundatur in tex.not.in c.nul
lus inuitus.lxj.diſtin.Vbi dicitur,habeat vnuſquiſque ſuum
fructum militiæ in eccleſia, in qua ſuam per omnia officia
tranſegit ætatem,in aliena ſtipendia minimè alter obrepat,
nec alij debitam alteri ſibi vendicare audeat mercedem.Et
licet ille tex.loquatur de promouendo in Epiſcopum,tamen
ratio illius communis eſt etiam ad beneficia inferiora,ſecun
dùm Panor.in c.ad decorem.de inſtitu.Vbi dicit,ꝙ eſſet val-
dè honeſtum,& fructuoſum,vt quiſque in patria ſua benefi-
ciaretur,nec alter occupet beneficia, vel ſtipendia alterius,
per quod tolleretur materia depauperandi eccleſias,& bene
ficia,vt dixi latius in j.q.regu.de idiomate. Propter hæc nõ
conſueuit prouideri alicui de beneficio extra ſuam rationem
conſiſtenti:licet quandoque ex fauore conceditur cum dero
gatione.Super quo tamen variæ fuerunt regulæ æditæ.Ho-
die tamen vnicuique poteſt prouideri extra ſuam nationem,
ſi intelligat idioma loci,& intelligibiliter loquatur, vt in di-
cta regula dicitur.Neque requiritur aliqua derogatio: quia
vndecunque quis veniat,dummodo ſit idoneus, non repelli
tur à ſanctuario domini,apud quem nulla eſt acceptio perſo
narum,vt latius ibi dixi. Subſequenter in huiuſmodi literis
dicitur,*ei de aliquo beneficio eccleſiaſtico,&c.* Hæc verba impor-
tant,vt non poſsit eidem prouideri de penſione, c.quamuis.
92 j.de præb.lib.vj.†Quia penſio non dicitur beneficium eccle
ſiaſticum,ex quo in ſola temporalitate cõſiſtit,& nullum ha-
bet miniſterium ſpirituale annexum: vt per Domini.in d.c.
quamuis.Eodem modo propter illa verba non poterit proui
deri de hoſpitali,ſecundùm gloſ.in c.ſi pauper.de præb.lib.
vj.per tex.in cle.per literas.eod.tit.Nec de eleemoſynarijs, vt
ibi.Imò etiã ſi prędicta fuiſſent inſtituta de authoritate Epi
ſcopi,& ſolita eſſent cõferri in titulũ beneficij,adhuc nõ ca-
derẽt in huiuſmodi gratijs expectatiuis:vt dixit nota.deciſio
93 Rotæ ccv.inci.Nota,ꝙ vbi religioſus.in antiq.†vbi aſsigna-
tur ratio. Quia cùm hoſpitalia,& eleemoſynæ ſint ad nutũ
amobilia regulariter,nõ veniũt nomine beneficij, quantùm
ad clericum impetrantem,poſito ꝙ in titulum beneficij con-
V 4 ferantur,

ferantur,& ideo nec expectatiuæ talia beneficia comprehē
dunt,imò fortius etiam capellaniæ ab eleemoſynarijs depen
dentes licet dentur in titulum non cadunt ſub gratijs expe
ctatiuis,prout eſt deciſio.cccccIxxxiiij.incip.Quidam in ciui
tate.in antiq.aliâs eſt ſub tit.de conceſ.præb.ij.& ſequitur eā
Pauinus in tract.de offi.& pot.ca.ſede vac.pro quo plura po
nit Roch.in tract.iuriſpa.in ver.in eccleſia.q.iiij. Et iſta ſunt
notanda,quia licet prædicta loca, dicantur loca pia, & reli
gioſa ſiue eccleſiaſtica,quando ſunt de authoritate Epiſcopi
cōſtituta.c.ad hæc.de reli.domi.tamen nō includūtur in hu
iuſmodi literis per ſupradicta.De quo aliquid tangunt Mod.
in c.in noſtra.in xxij.corr.in fi.de reſc.& latius in c.de quar
ta.de præſcrip.& in notab.caſu cōſuluit Fed.in cōſi.ccclxxx.
Caſus talis eſt.& ex iſtis poſſet inferri,ꝙ beneficia ſancti Io.
Hieroſolymitani,& pręceptoriæ ſancti Antonij,ſiue alterius
ordinis prout ſunt in Hiſpania, non cadant ſub huiuſmodi
gratijs,ſecundùm ea quæ dicit Lap. alleg. lxxxiiij.Dominus
Papa.col.pen.licet aliquando illę præceptoriæ reſeruatæ fue
rint de iure antiquo,vt tradit idem Lap.alleg.xxvij.declaran
do vt idē dicit alleg.ix.& pariter dicendū eſſet in beneficijs
magiſtralibus & Doctoralibus,quia non caderent ſub expe
ctatiuis,iuxta not.per gl.magnā in c.cùm in eccleſia.de pre
ben.lib.vj.tamen ſi habēs expectatiuam eſſet Doctor, & alia
non obſtarent,fortè illa gl.non procederet propter plures do
ctri.quas modo non allego ex eo quia cauſa pendet de præ
ſenti Rota.Similiter propter illa verba, *de beneficio eccleſiaſti-*
94 *co,&c.* non† poteſt obtineri beneficium manuale,& ad nutū
ſuperioris amouibile: dato ꝙ ab olim conſuetū eſſet, clericis
ſæcularibus aſsignari:quia tale beneficium, non poteſt pro
priè dici beneficium eccleſiaſticum,cùm non ſit perpetuum,
ſed vt dixi ad nutum ſuperioris remouibile arg.c. præcepta.
lv.diſt.& eorum,quæ not.in c.veniens. de fil.presby. & in c.
j.de capel.mo.lib.vj.Et ideo dixit Cald.conſi.xxvj. in titu.de
præben.ꝙ in reſeruationibus beneficiorum,quas facit Papa
non includuntur manualia beneficia,quia reſeruādo bene
ficia videtur intelligere de beneficijs,quæ perpetuo conferū
tur. Ex quo infero quòd nec vicariam temporalem poterit
obtinere prędicta ratione.Idē ſi vicaria eſſet aliâs perpetua,
ſed vnita menſe Epiſcopali,vel Abbatiali:quia per talē vnio
nem



nem illa perpetuitas tranſit in temporalitatem:vt ponūt do-
mini de Rota deciſi.cclxxiij.incip.Fuit dubitatum. in nouis.
Conſequenter non venit appellatione beneficij eccleſiaſtici,
& etiam non dicuntur vacare:vt in cle.j.& ibi gl.in ver. men
ſa.de ſup.negli.præla.& in cle.j.de exceſ.præla. tradit Andr.
Sicu.in c.cùm acceſsiſſent.xij.col.de conſti.pro quo vide no-
tabilia verba Ant.de Bu.in cle.j.de reſcrip.vt ibi referūt Mo-
der.vbi limitat non procedere quando Epiſcopus illa in titu
lum contuliſſet:quia tunc poſſunt à menſa ſeparari:iuxta gl.
tenues.& in verbo,fauore.in cle.j.de reb.eccle.nō alie. lib.vj.
De quibus omnibus dixi in regu.de anna.& trienna. & ali-
quibus alijs regulis.Poſt prædicta verba de aliquo beneficio
eccleſiaſtico,dicitur,*cum cura, vel ſine cura.* Iſta verba neceſſa-
riò apponuntur:quia niſi ſic diceretur, nō veniret beneficiū
curatum,c.cùm in illis.in princip.de præbē.lib.vj. Et licet ali-
qui voluerunt dicere iſtud procedere, quādo Papa mandat
prouideri de vacaturo,quo caſu non facit tantam gratiam,
prout quando prouidet de vacanti.Verius tamen eſt,vt neu
tro caſu includatur curatum de cura non habita mentione:
vt per dominos de Rot.deciſi.ccij.incip.Nota ꝙ quis non te-
netur.in antiquis.Sed iſta concluſio non habet locum,quan
do beneficium curatum eſſet annexum præbendæ: quia tūc
ratione annexionis de cura,non eſt neceſſaria mentio. arg.
c.ſuper eo.de præb.lib.vj.per rationē,de qua ibi not.Subijci-
tur poſtmodum, *dummodo in cathedrali eccleſia non exiſtat.* Iſta
verba vidētur upponi ad maiorem declarationem:quia etiā
ſi non exprimerentur,non venirent beneficia eccleſiæ cathe
dralis,cùm ſcribitur prouideri in ciuitate,vel dioceſi, ſecun-
dùm opin.Compoſt.in c.capitulum. de reſcr.Quod ſatis be-
ne probatur in c.quamuis.el j.de præb.lib.vj.vt concluſit Ro
ta proximis diebus in vna cauſa Zamorē.†licet ille tex.vi-
95 deatur loqui in alijs terminis,videlicet,cùm alicui prouideri
mandatur de beneficio in aliqua eccleſiarū ciuitatis,vel dio-
ceſis,vt tunc ſub illa generalitate nō includatur eccleſia ca-
thedralis propter illius honorē,& præeminentiā.Et ideo di-
cunt aliqui,ſecus eſſe,quādo ſcribitur in terminis,in quibus
loquitur Compoſt.Sed quando mandatur prouideri in ciui-
tate,vel dioceſi quia tunc verum eſt dicere,ſecundùm eos, ꝙ
prouidendo in cathedrali,prouidetur in ciuitate,non ſic eſt,
cùm dici-

cùm dicitur in aliqua eccleſiarum,quaſi illa dictio,aliqua,re
ſpiciat minores,& inferiores eccleſias,iuxta gloſ. in cle.j.in
verbo,aut earum parte.de for.compe.vbi dicit,ꝙ dictio, ali-
qua, verificatur in qualibet re minima, prout etiam ponit
Pan.in c.paſtoralis.in prin.de offi.deleg. & Pet.de Anc.cōſi.
clxxxv.incip.Thema tale eſt, Titius canonicus,&c. ſequitur
primam opin.concludens, quòd ſi quis impetrat gratiam à
Papa de perſonatu,officio,vel dignitate pertinente ad colla
tionem Epiſcopi,& capituli,cōmuniter,vel diuiſim,nō inclu
ditur eccleſia cathedralis,quòd dignitates in ea exiſtentes
propter rationē de qua ſupra, & per illud, quod dicitur in l.
prætor ait.§.quod autem.ff.de iureiur.& c.ſedes.de reſcri.Et
tenendo prædictam opin.Compoſt.& Old.oportet dicere,ꝙ
iſta verba,*dummodo,&c.* exprimuntur ad maiorē expreſsio-
nē,& cauſa tollendæ dubitationis reſultantis ex cōtraria opi
nione Io.And.in d.c.quamuis.ſuper gl.in ver.includi. & cla-
rius in addi. Spe.in tit.de actio.§.ſuper petitione. in additio.
magna,ad fin.in quibus locis tenet,ꝙ quādo ſcribitur ad col-
96 lationem Epiſcopi,includatur eccleſia cathedralis,†quia ad
Epiſcopum principaliſsimè ſpectat collatio beneficiorum in
eccleſia cathedrali,c.cùm eccleſia. de electio. ergo principa-
lius illius beneficia videntur includi, niſi nominatim exclu-
dantur.Et propterea dicit ipſe,in literis pauperis apponi illa
verba, *dummodo in cathedrali eccleſia nō exiſtat.* Et ſic ſecūdùm
eū illa verba ponūtur neceſſario,& nō ad maiorē declaratio
nē.Quod etiā ex alio ſuadetur, quia literæ iſtæ pauperū ex
quo dicūtur iuſtitiæ.q.v.ita videtur iuſtū ꝙ Epiſcopus proui
deat pauperi clerico,quē ſine titulo ordinauerat in eccleſia
cathedrali,ſicut in alia:& ſic tex.in d.c.quamuis.nō habet lo
cū in iſtis literis iuſtitiæ,vt ibi dicit gl.in ver.includit. & glo.
in c.accepimus.de æta.& quali.Cōueniens igitur fuit vt clau
ſula prædicta poneretur:iſtud etiā vidētur ſentire D.de Rot.
97 dec.cxij.inci.Nota,ꝙ vbi aliquis.in antiq.vbi dicūt,†ꝙ expe
ctās ad collationē decani & capituli eccleſiæ cathedralis po-
teſt acceptare beneficiū vacās in ea.Idē tenet alia dec.ccxiij.
incip.Nota,ꝙ vbi in antiq.vbi dicitur,ꝙ expectāti ad colla-
tionē Epiſcopi prouideri poteſt de beneficio, & præbēda ca
thedrali,quia diſpoſitio c.quāuis.debet reſtringi & teneri in
ſuis terminis,videlicet quādo ſcribit ſecūdùm formam illius
capituli,



capituli, ſcilicet, *in aliqua eccleſiarum ciuitatis, vel diœceſis,&c.*
Vtcunq; ſit in alijs formis in iſta certū eſt, excludi expreſsè
beneficia eccleſiaſtica cathedralis eccleſiæ per illa verba ſæ-
pius dicta,*dummodo,&c.* Quæ cū ſint generaliter & indiffini
tè prolata,excludūt omnia beneficia quantuncunq; modica
exiſtētia in eccleſia cathedrali,c.ſi Roma.xix.diſt.& glo.in c.
vt circa.cū vulg.licet vna deci.Rotæ cccxix. inci.Not.ꝙ vbi
ſenten.in antiq.dicat,ꝙ diſpoſitio d.c.quāuis.ſæpius allega.
nō habet locū in beneficijs modicis ſicut etiā vicaria,quam
poteſt acceptare expectās in forma pauperū,licet illa exiſtat
in eccleſia cathedrali:& ſimiliter aliud beneficiū modicū,qđ
nō eſt de principalioribus in eccleſia.Aſsignatur ad hoc du-
plex ratio:primò,quia diſpoſitio d.c.quāuis. eſt pœnalis, &
ideo reſtringēda reg.odia.cū vulg.Secūdò,quia illud ibi diſ-
ponitur ꝓpter honorē, & prærogatiuā eccleſiæ cathedralis,
vt ſub verbis generalibus nō veniat beneficiū exiſtens in ea.
At in modicis beneficijs eccleſiæ cathedralis ceſſat illa ratio,
quia intitulati in eis nō interſunt negotijs capitularibus.Cō
ſequenter iſto caſu nō vēdicat ſibi locū ratio d.c.quāuis.nec
ſua diſpoſitio.Et per iſtā rationē & alias,quas nō refero, Ro
ta in vna ciuitaten.dimidię portionis,corā R.P.D.Nico.Ara
98 gonia die xxviij.Martij 1536.cōcluſit†diſpenſatū per Epiſco
pū ad beneficia poſſe obtinere dimidiā portionē in eccleſia
cathedrali,quia in tali dimidia portione ceſſat ratio præemi
nētiæ eccleſiæ cathedralis,quæ cōſyderatur in deci.ij.de fil.
presby.in no.ad quod facit illud tritū,& vulg.videlicet,ꝙ de
modicis & minimis non curatur,l.ſcio.ff.de reſtit.in integ.&
in c.& ſi quæſtiones.de ſimo.& quod per illum tex.dicūt no.
doctores maximè Ange.in l.ſenatus.§. Marcellus.ff.de lega.j.
videlicet ſi ſtatutum prohibet alienare domū, vel aliam rem
immobilem in forenſem non habebit locum in domuncula,
& parua re. Qui text.exclamatur pro ſingulari ad hoc per
Roma.ſingu.incip. Hodie. Ex quibus videtur, ꝙ pauper ex-
pectāns poteſt acceptare beneficiū modicum in eccleſia ca-
thedrali,ſecundùm dominos meos de Rota,quod mihi vide
tur ſatis mirum,ex quo generaliter, & indiffinitè excludun-
tur per illa verba,*beneficia eccleſiæ cathedralis.* Quę verba debēt
cōprehendere tam parua,quàm magna beneficia, licet ma-
ior ratio ſit in vno caſu,quàm in alio,iuxta text.in l.j.§.quod
autem.

99 autem.ff.de vſu aleæ,& alea.†Nam plus,& minus non diffe-
runt ſpecie,l.fi.ff.de fundo inſtruct. maximè cùm ratio d.c.
quamuis.& præmiſſorum,non eſt illa conſyderare,videlicet
beneficium paruum,& magnum,ſed honorē, & præeminen
tiam eccleſiæ cathedralis: quæ ratio ita militat in beneficio
modico exiſtente in eccleſia cathedrali,ſicut in magno.Quo
caſu propter identitatem rationis,licitum eſt extendere con
ſtitutionem pœnalem,& præcipuè fauore eccleſiarum,iuxta
glo.in c.ſciant cuncti.in verbo,alias.de electio.libr.vj. Quæ
100 dicit† ꝙ conſtitutio pœnalis dicitur eſſe fauorabilis, & ex-
tendenda fauore eccleſiarum,idem dicit Domi.cõſi.xxxvij.
in penul.colum.& conſi.cvj.in j.col.Certum eſt autem,quòd
illa verba, *dummodo,&c.* apponuntur fauore cathedralium
eccleſiarum, ne in eis, niſi perſonæ honorabiles obtineant
beneficia,per quas honorantur eccleſiæ,& ſubleuãtur, quæ
per pauperes ſpoliantur,& deprimuntur,iuxta glo.in c.con-
ſtitutis.in ver. impotentia.de appella.per quæ videtur dicen
dùm, ꝙ illa verba excludunt generaliter omnia beneficia exi
ſtentia in eccleſia cathedrali. Nam ex quo eſt data forma in
literis,certè ita violatur in paruis, ſicut in magnis, c.cui de
non Sacerdotali.& c.ſi motu proprio.de præben.libr.vj.& c.
j.de baptiſ.& tradunt Moder.in c.cùm dilecta.de reſcr.Iſtud
tamen non pono pro conſtanti,propter dictam deciſionem
101 contrariam dominorum, quorum † magna eſt authoritas
apud omnes:vt probaui latius in proœ.regula.Cancellariæ,
in ij.q.Præſertim,quia licet in aliquibus caſibus à iure expreſ
ſis modicum attendatur,tamen regulariter negari non po-
teſt, ꝙ diſpoſitio ſimpliciter loquens minima non compre-
hendit:vt tradunt Moder.in c.de appel.per illum tex.de ap-
pel.& dixi in §.pœnales.col.ij.Inſtit.de actio. In quo genere
vltra Corſe.in trac.de minimis.lx.deci.cumulat Iaco.Florius
102 de Vtiñ.in repeti.l.ſi quos.C.de offi.præfec.præto. † Et ex
ſupra dictis poteſt ſumi ratio,& cauſa quare eſt, ꝙ pauperes
expectantes excluduntur à canonicatibus, & alijs beneficijs
exiſtentibus in eccleſia cathedrali. Quam rationem hîc me-
lius declaro,videlicet,quia ea quo quis eſt pauper præſumi-
tur vilis perſona.Hinc eſt, ꝙ tali minus creditur,quàm alteri
diuiti,& potenti,iuxta illud Satyrici: *Quantùm quiſque ſua mi
norum ſeruat in archa,tantùm habet fidei.* Et probatur in l.iij.ff.
de teſti.



de teſti.in §.ſancimus.in authen.eod.titu.& in l.ſpadonem.§.
fi.ff.de excuſa.tuto.Vnde ſicut magnus eſt honor eſſe cano-
nicum eccleſiæ cathedralis:vt dicit Inno.in c.fraternitatem.
de ſepultu.& retuli in ſuperioribus. Ita aliquid plus eſt eſſe
beneficiatum in eccleſia cathedrali, quàm in alijs inferiori-
bus extra illam,propter illius honorem, & præeminentiam.
Et propterea arcentur pauperes expectantes à beneficijs &
canonicatibus eccleſiæ cathedralis. Ridiculum enim vulgo
videretur,videre pannoſum clericum beneficiatum, vel ca-
nonicum in choro cathedralis eccleſiæ,iuxta illud,quod di-
cit glo.in c.ſtatutum.in ver.committantur. de reſcrip.lib.vj.
Licet iſta ratio poſſet etiam morderi,ex eo, quia illa vilitas
ceſſaret, & aboleretur habito canonicatu, ex cuius rediti-
bus facilè ſibi veſtes poſſet comparare:quia videmus Deum
infirma huius mundi elegiſſe,vt cõfunderet fortia, & paupe
res,& ignobiles aſciuit Chriſtus ad Apoſtolatum:vt patet in
c.venerabilis.de præben.Præcedens tamen opi. videtur ma-
gis recepta,per ea quæ dicunt Docto.poſt glo.in c.ſtatutum.
de reſcrip.libr.vj.& ibi dixi. Demum poſt particulas præce-
dentes ponitur taxa,videlicet, *cuius fructus,&c.* Pro declara-
103 tione iſtius partis,ſciendum eſt,† ꝙ olim in huiuſmodi lite-
ris pauperis non exprimebatur certa taxa, ſed dicebatur de
beneficio ſecũdùm ſuæ probitatis merita competente,vt po-
nit Lap.allega.lxxix.incip.Innocentius.quæ verba importa-
bant,vt prouideretur expectanti de beneficio ſecũdùm qua-
litatem ſuæ perſonæ ad arbitrium executoris.arg.l.plenum.
§.equitij.ff.de vſu,& habi.vt per Panor.in c.fi.de præben. &
clarius per Butri.in c.cùm dilectus.in ij.col.de iure patro. Ad
quod etiam facit bona gl.in c.j.in verſ.abſq; penuria.de ſta.
regu.li.vj.Hodie autem iſta competentia taxata eſt ad certã
ſummam diuerſimodè,tamen ſecundùm diuerſitatem regio
num prout in regula,de taxa.in forma pauperũ. Dicit tamẽ
Ioan.And.in addi.ſpec.in titu.de conceſſ.præben.in additio
ne magna,quòd verba finalia huiuſmodi literarum viden-
tur id ponere in arbitrio pauperis expectãtis,ſecũdùm quod
ſibi volenti poſſit prouideri de minori valore,de quibus ver
bis dubitat ibi multum idem Ioan.Andr.quia etiam ſi dicta
verba non apponerẽtur,poſſet eidem de minori forma pro-
uideri.Nam quando ſumma ponitur, poteſt tunc etiam de
minori

minori prouideri,ſecus quando ponitur taxatiuè,prout vult
glo.notab.in c.quamuis.in ver.vſq; ad certam ſummam.de
præben.li.vj.& latius declarat Domi.conſi.cxxxiij.in vj.col.
conſequenter expreſsio illorum verborum, videlicet, ꝙ vo-
lenti poſsit de minori prouideri,videtur ſuperflua,quia ex-
preſsio eorum,quæ tacitè inſunt,nihil operatur, iuxta iura
vulg.Tandem huic obiectioni reſpondit præfatus Io. And.
ibidem:& in c.cui de non.de præben.lib.vj.quem non expe-
dit referre quia hodie non apponuntur illa verba, & bene
propter ſupradicta. Vltimò pro declaratione præmiſſorum
circa iſtam formã,& alias præcedẽtes, in quibus exprimitur
104 certa ſumma,& valor ſciendum eſt,† ꝙ valor beneficij nõ
computatur reſpectu vtilitatis,quę habetur in reſidendo,ſed
in portatis,ſeu in abſentia,vt ſentit notabiliter Oldr. conſi.
xviij.incip.Ex virtute gratiæ ibi, dum dicit,conſtat reditus
appellari qui percipiuntur ex corpore beneficij, & debentur
vnicuique abſenti.Subdit etiam,quòd quotidianæ diſtribu-
tiones,& anniuerſalia,non computãtur in valore beneficij,
nec augent corpus præbendæ ex quo dantur ratione operæ
perſonalis.arg.tex.in l.j.in ij.reſponſo.ff.ſi men.fal.mod.dix.
& in l.cùm duobus.§.ſi inchoantia.ff.pro ſocio.ibi, precium
enim operæ &c.Idem tenet deci.Rotæ cxxxiiij.incip.Quan
do impetratur.in nouis.Datur enim tantũmodo intereſſen-
tibus diuinis,& ideo non ſunt de corpore beneficij, nec ſub
illo comprehenduntur.Ad quod facit,quod legitur & nota-
tur in c.licet de præben.& in c.vnico,de cleri.non reſiden.li.
vj.Idem vult alia deci.ccccviij.& dcclxvj.in antiquis,& præ-
dicta intelligo procedere,etiam ſi in aliqua eccleſia ex ſtatu
to vel conſuetudine nihil percipiant abſentes,quia pari mo-
do valor debebit conſyderari:nõ in reſidendo ſed quantùm
aliâs perciperet abſens, ſi ſtatutum, & conſuetudo non ſta-
rent,habet enim præbenda ſuos reditus conſuetos,licet pro-
pter ſtatutum vel conſuetudinem non debeantur abſenti.Et
ita intelligo dictum Oldra.puto tamen, quòd vtilius, & ma-
gis expediens expectanti eſt, quòd valor beneficij compute
tur ſecundùm taxationem decimæ, quàm ſecundùm com-
munem æſtimationem:quia per induſtriam clericorum cre-
uerunt reditus beneficiorum, quæ induſtria non debet illis
eſſe damnoſa.l.fi.C.de alluuio. & notatur in c.cùm inter.de
conſti.



conſti.& in c.cùm clerici.de pact. & ita ſolet in literis expri-
mi,de quo tamen latius dicam in regula,de valore exprimen
105 do.vbi eſt proprius locus. † Decima & vltima principalis
forma,quo ad gratias expectatiuarum eſt, pro pauperibus
graduatis,quæ differt in aliquibus à communi forma pau-
perum,præcedenti,primo,quia in iſta poſt illa verba, *benefi-
cium eccleſiaſticum,&c.* non ponuntur ab olim clericis ſæcula-
ribus aſsignari cõſuetum,prout ponitur in forma præceden
ti,ſed ſimpliciter dicitur conſuetum clericis ſæcularibus aſ-
ſignari.Et hoc ea,vt opinor ratione,quia fauore graduato-
rum vult ſummus pontifex,vt intelligatur beneficium ſæcu
lare,ſeu clericis ſæcularibus aſsignari conſuetum,quãdo per
decennium pacificè, & quietè fuit rectum, per clericos ſæ-
culares,per illud,quod dicit Ioan.And.in c.fi. de conſue. lib.
106 vj.†Vbi tenet ſufficere decennalem poſſeſsionem de con-
ſuetudine,ſecundùm ius commune introducta,qualis poteſt
dici iſta de qua loquuntur,maximè concurrente fauore gra-
duatorum,vt ſupra.Nam de iure communi omnia beneficia
cenſentur eſſe ſæcularia, ex eo, quòd primæuus ſtatus bene-
ficiorum fuit ſæcularis.hinc eſt,quòd de ſæculari beneficio,
fit regulare,dummodo legitima præſcriptio quadragenaria
ſit decurſa.Sed econuerſo,ſufficit decẽnalis pręſcriptio,qua-
ſi velint doctores ſufficere tali caſu breuius tempus ad hoc,
vt res reuertatur ad naturam ſuam, c.ab exordio.xxxv.diſt.
cum vulga.propter fauorem pauperum graduatorum,vt ſę-
pius dixi.Hinc eſt,quòd licet conſuetudo contra ius commu
ne non valeat, niſi ſit quadragenaria, fallit tamen niſi per
eam reuerteremur ad ius antiquum: quia tunc ſufficiunt de-
cem anni,vt tradit Curſius in rep.c.fi.in gloſ.rationabilis.de
conſue.& fol.28.ſecundùm primam impreſsionem,cum con
cor. de quibus Moder. in vulga.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.
Sed in communi forma pauperum poteſt dici, quòd requi-
ratur quadragenaria præſcriptio,vt beneficium dicatur ſę-
culare ſeu rectum à ſæcularibus clericis,quod denotat illa di
ctio,ab olim,quæ ponitur in dicta forma cõmuni,& omitti-
tur in iſta.Et hoc modo poſſunt concordari opiniones con-
trariæ doctorum in dicto c.cùm de beneficio.& Do.de Rota,
de quibus deci.xxxij.inci.Fuit dubitatum. in nouis,& deciſi.
xlviij.in antiq.De qua tamen materia latius diuagatur Feli,
in c.in

in c.in noſtra.in iiij.corr.de reſcri.& Bartho. Belenzinus au-
207 ditor in tract.de charit.ſubſi.q.lxxxij. † Differt inſuper iſta forma à præcedenti:quia maior taxa datur in iſta,q̃ in præcedenti,vt puta in Alamania, in communi forma pauperũ datur ad beneficium cũ cura xx.ſine cura xv.marcharum argenti.In iſta verò pro graduatis ſi cũ cura xxv.ſi ſine cura xviij.mar.arg.Et ſimiliter in alijs partibus augetur taxa pro pauperibus graduatis reſpectiuè ad taxam,quę eſt in forma cõmuni,& iſtud introductũ eſt non ſine ratione,vt pinguius prouideatur graduatis in reditibus,iuxta c.de multa.circa fi. de præben.Nam,vt dicit glo.in c.cùm adeò.de reſcrip.quòd ſimplici clerico ſufficit tale beneficium quod non ſufficeret nobili,& ſimiliter literato,& graduato,vt not.Bar.in l.ſi conſtante.in iiij.col.ff.ſolu.ma.& ideo dicit glo.in c.clericus.xxj. q.j.quòd ſufficientia beneficij conſyderatur ſecundùm qualitatem,& dignitatem beneficiati.Facit etiam bona glo.in c. vnico.§.ſanè.in verb.abſq; penuria.de ſta.regu.li.vj. eodem modo in alijs formis præcedentibus,in quibus datur ad largam,maior eſt taxa pro graduatis,q̃ pro alijs, vt apparet ex regula,de taxis beneficiorum.& eſt aduertẽdum,quòd olim non ponebatur ſumma in principio gratiæ in forma pauperum : Imò dabatur gratia de omni beneficio competenti: & poſtea in fine gratiæ dicebatur, *Noſtræ autem intentionis exiſtit, vt ſibi prouideatur de beneficio , cuius fructus , &c.* talem ſummam non excedunt , prout declarat Rota in antiq.deci.
208 vj.de præbend. Tertiò & vltimò differt , † ꝙ in iſta forma pro graduatis non mandatur inquiri de idoneitate impetrantis,quaſi iam ſemel cẽſeatur approbatus,arg.text.in l. vnica.& quod ibi notatur per Bar.c.de athle.li.x. At in præcedenti ponitur illa clauſula,*ſi per ſolertẽ inquiſitionem,&c.* quę facit conditionem,& dat formam exequutori, qua non ſeruata non valet prouiſio, etiam ſi pauper aliâs millies eſſet idoneus,& hoc executor ſciret, & pronunciaret eſſet talem, quia per hoc non crederetur ei,ſed oportet,ꝙ hæc examinatio fiat certo modo,videlicet per inquiſitionem ſolertem, de qua conſtare debeat. Ita formaliter dicit Egidius concluſi. dclxviij.incip.Clauſula. allegat Paulum ita tenentem in de. cùm ei quem.primo reſponſo,ſuper verbo, inquiſitionis. de conceſſ.præben.

Tract.



# Tractatus de Mandatis

## DE PROVIDENDO.

1 *Mandati de prouidendo prima forma explicitur, & eſt quando ſcribitur pro certa perſona,& pro certo beneficio.*
2 *Anteferri clauſula quid operetur.*
*Iuris quæſiti regula declaratur.ibidem.*
3 *Habens mandatum in prima forma licet ſit conditionale, præfertur expectanti habenti gratiam puram.*
4 *Expectantium ad idẽ beneficium ſimul concurrentium, ex quo habẽt eandem datam & ſimiles clauſulas quis cui præferatur.*
5 *Differentia inter duas expectatiuas adinuicem concurrentes,& mãdatum nouæ prouiſionis quando concurrit cum expectante.*
*Generi per genus non derogatur.ibidem.*
6 *Mandata de prouidendo ambo ſpecialia,ad idem corpus beneficij concurrentia præualet primum in data.*
7 *Reſeruatio nulla expreſſa vel exprimenda in prouiſionibus per obitũ ſignatis conſueuit caſſari.*
8 *Mandati de prouidendo ſecunda forma eſt quando ſcribitur pro perſona incerta,& ſuper beneficio certo.*
9 *Obtinens ſibi prouideri de beneficio,tempore vnionis non vacante,cũ clauſulis anteferri,et non obſtantiarum,an debeat præferri obſtãte mandato vnionis.*
*Vnio poteſt fieri de beneficio nondum vacante.ibidem.*
10 *Differentia gratiæ vnionis fiendæ & mandati de prouidendo.*
11 *Collatio,quæ ſit impetrãti beneficium in titulũ,etiã ſi fiat vigore reſeruatiõis Papalis,nõ impedit vnionẽ reſpectu ꝓprietatis beneficij.*
12 *In mora non longi temporis modicum eſt præiudicium.*
13 *Mandati de prouidendo tertia forma explicitur, ſcilicet quando inſcribitur pro certa perſona, & de incerto beneficio.*
*Res facilius renaſcitur,quàm de nouo naſcatur.ibidem.*
14 *Inter mandatũ de prouidendo,et literas facultatis quæ ſit differẽtia.*
15 *Ius idem debet eſſe de termino,quòd de via quæ ducit ad terminum.*
16 *Quis cui præferendus ſit prouiſus authoritate mera Apoſtolica, an nominatus per literas facultatis.*
17 *Iura ſpiritualia per Papam in laicum tranſlata non ſunt vt fundata in ipſo,ſed vt miniſtro & agente Papæ.*
*Is facit cuius nomine ſit.ibidem.*
18 *Reges vigore indulti an poſſint nominare ad præbendas vel dignitates reſer-*

x

*tes reſeruatas.*

19 *Nominatus per Regem an præferri debeat nominato per Reginam, cùm vterq; illorum conſimilia habeant indulta.*

20 *Nominati per Reges an præferantur ſcriptoribus Apoſtolicis.*

21 *Mandati de prouidendo quarta forma eſt, quando datur executor ad prouidendum poſt negligentiam ordinarij.*

*Ordinarius ſemel excluſus non poteſt vlterius variare. ibidem.*

*Epiſcopus cùm ſemel nominauerit, iterum nominare non poteſt. ibidē.*

22 *Mandati de prouidendo quinta forma, & eſt quando datur executor ad prouidendum in euentum alicuius conditionis.*

23 *Impetrans in forma ſpeciali, præfertur illi qui impetrauit in forma pauperū in beneficio vacante ante purificationem conditionum.*

24 *Mandati de prouidēdo ſexta forma, & eſt quando datur executor ad prouidendum iuxta formam literarum Legati, per Papam in forma ſpeciali confirmatarum.*

*Beneficium de iurepatronatus laicorum de iure communi reſeruari non poteſt. ibid.*

*Solus Papa poteſt ſanare nullitates prouenientes à iure poſitiuo. ibidē.*

*Mandatum Legati non poteſt neceſſitare canonicos, ad recipiendum aliquem contra ſtatuta eccleſiæ. ibidem.*

25 *Mandati de prouidendo ſeptima forma, & eſt quādo mandatur executori, vt illi ꝑ quo ſcribit̃ ꝓuideat de canonicatu primo vacaturo.*

*Executor non poteſt reſeruationem facere ſuper certo beneficio nondū vacante. ibidem.*

26 *Mandati de prouidendo octaua forma, & eſt quando datur executor vt compellat ordinarium, ad faciendum quod ſibi mandatur.*

27 *Executor an differat, ab eo qui datur ad compellendum.*

28 *Noua conſtitutio non ligat niſi poſt duos menſes.*

29 *Miniſterium nudum ſimplici clerico poteſt demandari.*

30 *Mandati de prouidendo nona forma eſt executorū, qui dicunt̃ mixti.*

*Executor ante præſentationem literarum nihil facere poteſt. ibidem.*

*Datus ad prouidendum debet eſſe qualificatus. ibidem.*

31 *Executoris meri ſententia non appellatur.*

32 *Compoſitū ex duobus ſimplicibus aſſumit naturā ſimplicis dignioris.*

33 *Patronus laicus propter clericum compatronum habet ſex menſes ad præſentandum.*

34 *Executores huiuſmodi gratiarum an poſſint committere executionē alijs faciendo ſubexecutores.*

35 *Laicis de rebus ſpiritualibus nulla eſt attributa facultas.*

36 *Subexecutores ſub qua forma deputantur.*

37 *Labor improbus omnia vincit.*

*Dicendum*



DICENDVM eſt modò de mādatis de prouidendo, & de varijs formis
executorum, qui aliquando ſunt prouiſores, aliquādo compulſores, & quādoque mixti. De quibus ſigillatim, & breuiter dicetur. †Prima igitur forma mā-
1 dati de prouidendo eſt, quādo ſcribitur
pro certa perſona, & pro certo beneficio, exemplū in c. ex par
te. el j. de offi. deleg. ibi dum dicit, *vt ſi auunculus ſuus Archidia-*
*conatum quem habet in eccleſia illa velit omino dimittere ipſum ei fa*
*cias aſſignari.* Et ſic tale mandatū reſpicit fauorem certę per-
ſonæ, & comprehendit certum beneficium. Circa hanc for
mam notandum eſt primò, ꝙ habens tale mandatum, †ſi in
2 eo eſt clauſula anteferri, præfertur expectanti, qui eſt prior
in data, etiam ſi expectans tempore datæ talis mandati iam
acceptauerit illud beneficium, dummodo ſibi de illo nō ob-
tinuerit prouideri, & hoc propter clauſulam anteferri, per
quam poſterior in data præfertur priori habenti ſolùm ius
ad rem quale eſt illud, quod quæritur per ſolam acceptatio-
nem, vt probatur in c. quondā. de præb. lib. vj. per quem tex.
ita tenuerunt Domi. de Rota, deci. viij. incip. Vnus Innocen-
tianus. in tit. de conceſ. præb. in antiquioribus ex quo infer-
tur, ꝙ ſi Apoſtolicus expectans vacante beneficio illud acce
ptauit, & antequàm obtineat ſibi de illo per executorem vel
ſubexecutorem prouideri, alius impetrat à Papa tale benefi-
cium, tanq̄ vacans, certè præualet iſtius impetratio, etiam ſi
in ſuis literis ſit clauſula, *dummodo tempore datæ præſentium non*
*ſit alteri ius quæſitū.* Nec poteſt dici ſubreptitia, ex eo, quod de
iure expectantis, id eſt de ſua acceptatione non faciat men-
tionē, prout tenent domini de Rota, deci. ccxliiij. inci. Licet
de more. in nouis. Ad hoc etiam facit doctrina Ioan. And. &
Docto. in c. cauſam quæ. de reſcrip. vbi dicunt, ꝙ dicta clau-
ſula, *dummodo non ſit alteri ius quæſitum.* reſeruat habentes ius
in re, ſed derogat habētibus ius ad rem. Idē cōſulēdo tenuit
Cal. in tit. de reſcrip. conſil. viij. ad fi. & Roma. conſil. cclvj. vt
dixi latiſſimè in reg. de nō tollendo iure quæſito. maximè in
3 prima quæſtione. vbi circa hoc multa bona cumulo. †No-
tandum eſt ſecundo circa iſtam formam, quòd habens tale
mandatū de prouidēdo, vt ſupra, licet illud ſit conditionale,

 videlicet,

videlicet, *ſi per diligentem examinationem &c.* præfertur expe-
ctanti habenti gratiam purã,dummodo in huiuſmodi no-
ua prouiſione ſit clauſula retrotractatiua, *perinde ac ſi, &c.*
fiatque purificatio cõditionis ante vacationẽ beneficij. Ta-
lis enim purificatio operatᷓ,vt prouiſio eidẽ poſtea facta per
executorẽ,perinde habeatur,ac ſi tempore datæ facta eſſet.
Ita affirmat Rota deci.ccclxxxiij.incip.Si Papa.in nouis,li-
mitando iſto modo diſpoſitionem cle.j.de conceſ.præbend.
Quod ego intelligo procedere,etiã ſi expectans prior in da-
ta iam fecerit acceptationẽ illius beneficij,non ſequuta pro-
ta prouiſione tẽpore datæ nouæ prouiſionis,& hoc propter
clauſulam anteferri,vt dixi in prin.Sed hoc non procederet
in duabus gratijs expectatiuis ſucceſsiuè ad eãdem collatio-
nem duobus conceſsis,quamuis poſterior habeat clauſulam
anteferri,& alias,de quibus ſupra propter verba,quæ in hu-
iuſmodi gratijs dicũtur, videlicet, *quibus omnibus præterquàm*
*autem noſtra in canonicos receptis,vel ſimilia beneficia ibidem expe-*
*ctantibus te volumus anteferri.* Idem dico, ſi duæ gratiæ expe-
ctatiuæ habent eandem datam,quia aliâs mutuò ſe impedi
rent.argu.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel.& c.ſi quis iuſto.
4 de ele.li.vj.†& ideo ſi in tali caſu ambo expectantes cõcur-
runt ſimul ad idem beneficium,ex quo habent eandem datã
& ſimiles ſeu pares clauſulas, ſtatur diſpoſitioni, c.duobus.
de reſcript.lib.vj.iuncta deciſio.Rotæ ccccij. incipien. Nota
ſi vnus.in antiquio.vbi dicitur,quòd tunc præfertur diligẽ-
tior in proceſſu,ſed ſi pares ſunt etiam in fulminatione pro-
ceſſus recurritur ad prærogatiuas,de quibus latè dicetur in
5 regula,prærogatiuarum expectantium.†Ratio autem diffe-
rentiæ inter duas expectatiuas adinuicem concurrentes,&
mandatum nouæ prouiſionis,quando concurrit cum expe-
ctante,iſta eſt videlicet, *quia literæ expectantium habentes ean-*
*dem datam ſunt generales.* Nam habitualiter includunt plura
beneficia,ſed nullum certum. Et ideo generi per genus non
derogatur,ſed recurritur ad ea,quæ prius dixi. Sed manda-
tum de prouidẽdo reſpicit certum corpus talis beneficij iam
vacantis,& ſic eſt prouiſio ſpecialis.Nimirum ergo ſi gene-
ri,id eſt literis expectatiuis, quæ ſunt generales, vt dixi per
ſpeciem derogatur iuribus vulgatis,& quaſi in terminis in
6 c.quamuis tibi.de præbend.libr.vj.†Secus dicerem quando
concurrunt



concurrunt duo mãdata de prouidendo,ambo ſpecialia ad
idem corpus beneficij:quia tunc præualet primum in data,
etiam ſi reſpiceret tale beneficium cùm vacauit,non obſtãte
ſecundo,quod eſt conceſſum ad illud idem beneficium iam
vacans.Nam cùm vtrunque reſpiciat idem beneficium,& ſi
vtrũque eſt ſpeciale debet præualere primũ,niſi de primo fie-
ret mentio in ſecundo,prout vult glo.not.& ſequuntur Do-
cto.in d.c.quãuis.ſuperius allega.Nec ſufficeret,ſi in eodem
mandato diceretur, *etiam ſi ſit generaliter vel ſpecialiter reſer-*
*uatum*:quia talis clauſula non eſt potens ad tollẽdum omnes
reſeruationes,quarum diuerſæ ſunt ſpecies. Quædam enim
ſunt generales,vt patet in extraua.execrabilis Io.xxij.Quæ-
dam ſunt ſpeciales,quo ad certum corpus beneficij,non ta-
men pro certa perſona,vt patet in c.cùm olim.de re iudic.&
in c.v.eo.tempore.de elect.lib.vj.Quædã aliæ ſunt ſpeciales
ſuper certo corpore beneficij,& in ſpecie pro certa perſona:
vt in c.ex parte.el.j.de offi.dele.& in c.dudũ.de præb.lib.vj.
vt latius proſequuntur Moder.Peruſini in tract.reſerua.Ex
quibus apparet,ꝙ licet in tali mandato poſteriori appona-
tur dicta clauſula, *etiam ſi ſit generaliter vel ſpecialiter reſerua-*
*tum*,illa tamen non eſt apta tollere omnes reſeruationes.Pa-
tet,quia nõ tollit reſeruationem generalem clauſam in cor-
pore iuris,vt quãdo beneficium vacat in curia,niſi de illa fa-
ceret mentionẽ ſpecialem,& expreſſam:vt in c.ij.de præbẽ.
lib.vj.Et hoc procedit etiã ſi in ſupplicationibus vel manda-
datis fuiſſet appoſita illa clauſula,quæ cõmuniter apponitᷓ
de ſtylo,videlicet, *quancũq; generalem reſeruationem importantẽ*.
quia per hoc non includeretur reſeruatio d.c.ij.licet quo ad
alias reſeruationes generales ſufficeret, niſi eſſet reſeruatio
ſpecialis de illo beneficio facta certæ perſonæ,quia tali caſu
requirereẽ ſpecialis mẽtio ſicut de reſeruatione d.c.ij.vt no-
tabiliter oĩa iſta declarat Gemi.in cõſi.xij.qđ eſt verũ,niſi
Papa eidẽ reſeruatiuo cõcederẽt:quia tali caſu mẽtio ſpecia-
lis nõ requirẽt,vt dicit Fede.in tract.de re.permu.q.iiij.& ad
prædicta cõferũt ea quæ ſcribit Feli.in c.in noſtra. in v.cor.
de reſcri.putarẽ tamen ꝙ qñ impetrãtur beneficia certo mo-
do vacantia,& ponitᷓ clauſula, & ꝙ vltimus verè vacationis
modus,etiã ſi ex illo quæuis generalis reſeruatio etiã in cor-
pore iuris clauſa,reſultet,habeantur pro expreſſis,ſufficeret,

 quia

quia quando ex narratiua poteſt comprehendi genus reſer-
uationis Papa non dicitur decipi,& ideo indiuidua mentio
non requireretur,quia ſufficit exprimere æquipollens,vt in
deci.ccxvj.in no.incip.Et voluerunt.& deci.xiij.de præben.
in antiq.& ita declaratur deci.Egi.ix.eſt bene verum ꝙ ante
illud verbum habeantur, ſolent poni; hæc verba, videlicet,
*præterquàm per obitum apud ſedem.* hoc ſecundùm aliquos ne
Papa in impetratione huiuſmodi decipiatur,quia talis reſer
7 uatio non includitur in impetratione, † niſi ſpecialiter ex-
primatur,vt dixi latius:tamen,iudicio meo,illa verba nō po
nuntur ad dictum effectum ne Papa decipiatur,cùm videa-
tur habere certā notitiam per prædicta verba ęquipollētia,
ſed ponuntur ea ratione ad denotandum ꝙ Papa non vult
cōcedere vacātia in curia.Nam ſi nō ponerentur dicta ver-
ba,*præterquàm &c.*comprehēderentur vt dixi. Aliâs in ſuppli
cationibus prouiſionum per obitum ſignatis per Papā nul-
la reſeruatio expreſſa,vel exprimenda conſueuit caſſari. Et
quod dictum eſt per dictā clauſulam, *quancunq; generalem re-
ſeruationem importantē.* non tollere reſeruationē certi benefi-
cij in fauorem certæ perſonæ reſeruati,iuxta conſi. Gemini.
cxxiij.alleg.hoc fit ne per hoc in totum excluderetur reſer-
uatiuus cui non præſumitur Papa per illa verba generalia
vellet præiudicare,vt excludatur in totū,ex quo de illius ſpe
ciali reſeruatione nō fuit informatus.arg.c. quamuis.& c.ſi
propter tua.de reſcrip.lib.vj.allegat Domi.Ioā.Mona. in ex-
trauag.dudum.Boni.xj.dicentem ꝙ per huiuſmodi non ob-
ſtā.generaliter prolata nunꝗ præiudicat alteri in ſpecie ſu-
per iure ſuo,niſi ſpecialiter illud exprimat,& proſequitur De
cius in conſil.clxviij.Concludo ergo,ꝙ illa verba, *etiam ſi ſit
generaliter vel ſpecialiter reſeruatum,*non præiudicant reſerua-
tiuo habenti ſpecialē reſeruationē ſuper certo beneficio,niſi
de tali reſeruatione diſpoſitiuè fieret mentio:ſecus ſi condi-
tionali per ſupradicta.Pro quo facit,ꝙ in ſimili ſeruat ſigna
tura gratię cuius immeritò ſum Referēdarius à Papa Paulo
iij.creatus. Nam quādo Cardinalis in ſupplicatione cōmen-
dæ de beneficio per obitū vacante ſibi faciendæ,narrat de-
functum familiarem ſuum continuum cōmenſalem additur
clauſula,& ꝙ diſpoſitiuè dicatur,quòd fuit familiaris conti-
nuus commenſalis dicti Cardinalis,non ſufficit ergo ponere
familiari-



familiaritatem conditionaliter,per ea quæ concluſi in pręce
dentibus:quæ concluſio procedit & habet lócum etiam ſi in
ſecundo mandato,ſeu noua prouiſione, eſſet clauſula ante-
ferri.non obſtante eo,quod dictum eſt ſupra in principio hu
ius formæ, videlicet, ꝙ habens mandatum de prouidendo
cum clauſula anteferri,præfertur expectanti,qui ſolùm non
fecit acceptationem,prouiſione non ſubſequuta,quia in illo
caſu licet præiudicetur expectanti quo ad iſtud beneficium
propter nouam prouiſionem ſecundi impetrantis,tamen ex
toto gratia ſua non perimitur,ſed remanet ſibi ius ſaluum
acceptandi aliud beneficiū cadens in ſua gratia, idem dico
in reſeruatiuo habēte reſeruationē generalē, puta in Hiſpa-
nia ad certam ſummam, quia habens nouam prouiſionem
certi beneficij vacantis in dicto regno præcedit illum qui
nondum fecit de tali beneficio ſibi prouideri per eandem ra
tionem.l.illud.ff.ad legē Aqui.cū vulg. quæ ratio ceſſat in re
ſeruatiuo habente reſeruationē ſuper certo beneficio vaca-
turo,cui per nouam prouiſionē de illo met beneficio iam va-
cante nō præiudicatur:quia ſic in totū,& perpetuo durante
illa vacatione remaneret excluſus, quod eſſet abſurdum,&
contra mentē Papæ,cuius intentio non fuit præiudicare ha-
benti ſpecialē reſeruationem ſuper illo beneficio, ex quo de
illa non fuit facta mentio,arg.c.ſuper eo.de offi. delega.& c.
quamuis.de reſcri.lib.vj.& per hanc rationem determinant
ſimilem quæſtionem domini de Rota deciſi.ccxliiij. incipiē.
Licet de more in nouis,& Egid.deci.clxvij.quæ ratio ceſſat,
quando beneficiū eſt reſeruatū ſoli Papæ,& non in fauorem
certæ perſonæ. Valet enim tunc noua prouiſio Papæ,licet de
tali reſeruatione nō fiat mentio,prout tenet Rot. deci. dccc-
lxxvij.incip.Vtrum ſi Papa conferat. in antiq. Et eſt aduer-
tendū,ꝙ quando Papa facit mandatum de prouidēdo ſimi
le iſti dicitur manum apponere, & tale mandatum includit
quandam reſeruationem ſpecialem,ſecundùm Egid.in cōſi.
xxxiiij.ver.ad ſecundum dubiū.cum ſeq. & eſt expreſſum in
extrauag.Pauli ij.incip.Ad Romani.tit.de præb.Et talis ma-
nus appoſitio impedit ordinarium,& alios inferiores, vt in
d.extrauagan.donec habeat res effectum de quo alibi latius
dicam.Hic etiā caderet nō impertinēter vna difficultas quæ
videretur apponere magnum tumultū omnibus prædictis,

 videlicet,

videlicet,nunquid ea quæ dicta ſunt, videlicet, ꝙ per illam
clauſulam,*quancunq; generalem reſeruationem importantem*,non
includi reſeruationem de vacanti in curia!nũquid hoc pro-
cedit quãdo Papa cõceſsit mandatum motu proprio prout
omnia mandata videntur ita concedi?& certè ſi conſyderetur
tur dictum Lap.cum quo ſimpliciter tranſeunt Docto.in d.c.
ij.videtur hoc ſufficere tamen ego putarem cõtrarium,quia
Lap.videtur loqui in gratia de beneficio vacanti,ſed in mã-
dato de vacaturo ſatis dubito propter diſparitatẽ rationũ,
8 & ideo cogita. †Secũda forma principalis mandati de pro-
uidendo,eſt quando ſcribitur pro perſona incerta, & ſuper
beneficio certo,& iſta potius reſpicit fauorẽ eccleſiæ,quàm
perſonæ.Hinc eſt ꝙ executor talis mandati vices ſuas alteri
cõmittere nõ poteſt,niſi aliud in literis dicatur tex.eſt & exẽ
plum in c.is cui.in ij.reſpõ.de offi.deleg.lib.vj.Quia, vt dicit
ibi tex.in eligendo perſonam idoneam,videtur fuiſſe electa
induſtria perſonę talis executoris.Facit tex.in c.fi.de offi.de-
leg.Hoc etiã ponit deciſio Rotæ ccccxliij.incip. Fuit dubita-
tũ vtrum ex ce.in nouis.Idẽ dico, quãdo mãdatur fieri vnio
eccleſiæ,vel alicui beneficio vacanti,aut menſe ſede Epiſco
pali vacante:quia iſtis caſibus verſatur principaliter fauor
9 eccleſiæ,prout etiã in exẽplo proxime præcedenti. †Sed hîc
cadit dubium ſatis notabile,pone ꝙ beneficium, quod venit
vniendum,nondũ vacet tempore quo fit mandatũ vnionis,
ſed mandatur vniri in euentum,ꝙ rector illius cedat,vel de-
cedat.Dubitatur nunquid eo poſt modũ actu aliter vacãte,
ſi alius de eodẽ ſic vacante obtineat ſibi prouideri cũ clauſu
la anteferri,& cum clauſula nõ obſtantiarũ,generali debeat
præferri in tali beneficio non obſtante mandato vnionis?
Dico excludendo prius vnum caſum clarum, videlicet, ꝙ ſi
Papa iam tale beneficium vniuit, & annexuit, tunc habens
mandatum nouæ prouiſionis excluditur,non obſtante,ꝙ in
ſuis literis habeat clauſulam anteferri,quia illa,prout in ſu-
perioribus dixi,præſeruat habẽtes ius in re,quale poteſt dici
illud,quod fuit cauſatum ex dicta vnione,licet tẽpore vnio-
nis beneficiũ illud nondum vacaret. Nam vnio poteſt fieri
de beneficio nondũ vacãte.c.& temporis qualitas.xvj.q.j.&
no.in c.j.ne ſede vacante.Vnde illa verba *cedente, vel deceden
te rectore*, licet ſint ablatiui abſoluti, qui aliâs conditionem
faciunt:



faciunt:vt in l.à teſtatore.ff.de condi.& demon.& per glo.in
l.cùm ab eo.ff.de contrahen.emp. Tamen iſto caſu non ſtãt
conditionaliter,ſed ſolùm diem adijciũt,quę omnino eſt ex-
titura:nam certum eſt,ꝙ rector illius beneficij,aut cedet,aut
decedet.Et ita per hæc,& alia motiua tenuit in ſimili quæ-
ſtione Oldr.conſi.ccxxiij.incip.Factum tale eſt.Sed caſus du
bitabilis ẽſt,quando Papa non vniuit à principio,ſed vniri
mãdauit beneficiũ vacaturum perceſſum,vel deceſſum, quo
caſu nondum dicitur ius in re quæſitũ taliter impetranti,ſed
ſolũmodò ius ad rẽ,quod ius videtur tolli per clauſulam an-
teferri,appoſitam in noua prouiſione, per ea quæ in ſupe-
rioribus dixi,& per ea,quæ Mod.tradunt in c.capitulum. de
reſcrip.Nihilominus hoc nõ obſtante, idem puto dicendum
iſto caſu,quòd dixi in caſu proxime præcedenti:quia clauſu-
la anteferri, appoſita in noua prouiſione non extendit vim
ſuam,niſi ad gratias ſibi ſimiles,non autem ad maiores.arg.
eorũ quæ habentur in c.ſedes.de reſc.& in c.qui ad agen.de
10 procu.lib.vj.Sed ſic eſt,†ꝙ gratia vnionis fiendus eſt omni
no diſsimili, & maior quàm ſit gratia mandati de prouiden
do.Nam illa eſt perpetua,hæc tẽporalis,illa fauorabilis, hæc
odioſa,c.quamuis.de præb.lib.vj.Illa eccleſiã ſeu beneficium
per modũ proprietatis applicans alteri eccleſiæ, vt augeatur
cultus diuinus,vel ob aliã iuſtã,& rationalem cauſam,c.eam
te in fi.de æta.& quali.& in c.vnio.x.q.ij.hęc autẽ per modũ
tituli,per quem potius prouidetur perſonæ, quàm eccleſiæ.
Conſtat aũt inter prædicta eſſe magnã differẽtiã,vt legitur,
& not.in c.eum qui.de eo qui mittitur in poſſeſ.lib.vj.Pręter-
ea aliter dicendo excluderetur in totũ ius vnionis:& ſic mili
tat ratio,qua in ſimili vtuntur domini de Rota deci.ccxliiij.
incip.Licet de more.in nouis.Et in hanc ſententiam videtur
inclinare Oldr.in dicto cõſi.de quo ſupra. Poſſet tamẽ dici,
fauendo iſti,qui habet nouã prouiſionẽ, & ad hoc, vt dicta
clauſula,anteferri,aliquid operetur,ꝙ vnio poterit nũc fieri,
ſed eius finalis,& totalis effectus ſuſpenditur pro illo tẽpore,
quo iſti impetranti confertur beneficiũ, id eſt durante eius
11 vita.†Collatio enim quæ fit impetranti beneficium in titu-
lũ etiam ſi fiat vigore reſeruationis Papalis nõ impedit vnio
nem,reſpectu proprietatis beneficij,ſed ſuſpenditur pro illo
tempore eius effectus,prout firmat Rota deci.xix.inci.Nota
quòd

quòd reſeruatio in antiquis.& iſta pars æquitatem habet in
ſe videlicet,vt vtraque gratia ſuo tēpore ſortiatur effectum,
maximè cùm habens nouam prouiſionē poſsit breui mori.
12 †Et ſic in mora non longi temporis modicum eſt præiudi-
ciū.l.ſi debitori.ff.de iud.l.quoties.c.de preci.Imp.offe. differ
tur enim vt dixi effectus vnionis ad tempus, non perpetuo.
arg.l.cùm ita.de condi.& demon.Sed prima pars videtur ve
rior in puncto iuris,& propterea ad omnem dubitationem
tollendam conſueuit apponi in tali mandato nouæ prouiſio
nis hæc clauſula , *ſuſpendentes quaſcunque vniones*. Et poni-
tur etiā cōmuniter in huiuſmodi mandatis, ſeu prouiſioni-
bus,dūmodo vnio prædicta nō fuerit ſortita effectū. Quod
qualiter intelligatur dixi in regula de idiomate, & in regula
13 de nō tollendo iure quæſito.Non repetam vlterius. †Tertia
forma mandati de prouidendo,eſt quando ſcribitur pro cer
ta perſona,& de incerto beneficio, de qua habetur in capi.
quamuis.el ij.de præb.lib.vj.ibi dum dicitur, *poteſtatem dedi-
mus beneficia ſex clericorum tuorum cedentium vel decedentium au-
thoritate noſtra perſonis idoneis conferen*. ſimilis forma ponitur
in c.dudum.eodem titu.& lib. pro cuius declaratione ſcien-
dum eſt,ꝙ huiuſmodi literæ,vt plurimū conceduntur ordina
rijs ſuper beneficijs reſeruatis, vel aliâs legitimæ ad curiam
deuolutis quæ propriè appellantur literæ facultatis, & ſunt
fauorabiles,vt probat bonus tex.in c.ſi cui.de præben.lib.vj.
nam per eas reducitur ordinarius ad ius ſuum primæuum &
naturale conferendi beneficia ſuæ eccleſiæ & dioceſis. facit
tex.in c.ab exordio.xxxv.diſtin.& in l.ſi vnus.§. pactus.ff.de
pact.iuncta l.filio quem pater.ff.de lib.& poſth.ibi,*nō tranſla-
tus ſed reditus,&c*.& ita per iſtam rationem tenet Pet.de An-
cha.conſi.cxxxj.incip.Ad excluſionem.pro quo etiam facit,
quia facilius res renaſcitur quàm de nouo naſcatur: vt pro-
bat bo.tex.in l.ſi teſtamentum.ff.de teſta.l.inter.§.ſacram.de
verbo.ob.ex quibus patet ꝙ ſi ſcribitur ſub prædicta; forma
alij quàm ordinario collatori dicetur mandatum de proui-
14 dēdo,†& nō literæ facultatis inter quę lōga eſt differētia.Et
primò quia per literas facultatis nō grauatur eccleſia, & ſic
nō habet locū diſpoſitio c.mandatū.cū ſua materia de reſcr.
ſed per mandatū de prouidendo bene grauatur:vt dicit glo.
no.in c.cùm aliquibus.in ver.cōcedimus facultatē.de reſcri.
lib.vj.



lib.vj.Secūdò differūt in alio,quia cùm literæ facultatis diri-
gātur ordinario prouiſus,vel receptus, virtute earū cenſetur
receptus authoritate ordinarij,ex quo ſequitur ꝙ ſi quis im-
petrat huiuſmodi literas à Papa pro ſe vt ordinarius habeat
facultatem conferre ſibi beneficium,aliâs fortè reſeruatū vel
deuolutum,cùm dicatur recipi authoritate ordinarij & non
Papæ,per d.c.cùm aliquibus.vt dixi: fortè taliter impetrans
non habet neceſsè facere mētionem de beneficijs quæ obti-
net,iuxta diſpoſitionem cle.ſi.de offic.ordin.contrarium ta-
men in hoc tenet Io.Mo.Archi. & Moder.in d.c.cùm aliqui-
bus.mouētur bona ratione quę & mihi placet,videlicet quia
per literas remouetur impedimētū,propter quod ordinarius
conferre non poterat, & ſic per eas præparatur via ad ob-
tinendū beneficium: vnde idem ius debet eſſe de termino,
15 † quòd de via quæ ducit ad terminū.l.oratio.ff.de ſponſ. &
in reg.cùm quid.cū vul.facit etiā bona gl.in c.ſi Apoſtolicæ.
in glo.pe.de præben.li.vj.dico ergo circa iſtā materiam ſecū
dā differentiā veram eſſe in ſe,licet illatio nō ſit vera per ſu-
16 pradicta ex quo dicto infero,†ꝙ ſi pro iuſſus authoritate me
re Apoſtolici concurrit cū nominato p literas facultatis,cer-
tè Apoſtolicus præfert nominato.arg.c.hi qui.& c.ſi à ſede.
de præben.li.vj.quod abſq; dubio procedit ſi vtraq; proui-
ſio reperiatur facta eadē die, tunc enim neutro eorū poſsidē
te ille cui Papa prouidit propter eiuſdē maiorem prærogati-
uam erit alteri præferēdus vt in dictis iuribus,ſed ſi nomina
to per literas facultatis facta ſit prius prouiſio,tūc præfertur
apoſtolico poſtea prouiſio prout tenet Pet.de Ancha.conſil.
ccxv.incip.Scripſit Papa.aliâs ſi nominatus per talem facul-
tatem cōcurrat ad prębendā vacan̄.cum impetrante Apoſto
lico,tunc impetrans Apoſtolicus præfertur nominato, quia
Papa concedēdo literas facultatis propter hoc nō ligauit ſi-
bi manus,nec videtur à ſe poteſtatē cōferen.abdicaſſe.c.du-
dū.de præben.li.vj.& ita tenet Rota in antiquis deci.lv.inci.
Nota ꝙ vbi aliquis.quam ſequūtur Moder.in tract.benefi.in
xxix.q.iij.partis,col.j.& iſta ſunt notā.ad nominatos per Re-
ges Hiſpaniæ virtute indulti Apoſtolici vt nō præferantur
impetrantibus ſeu expectātibus Apoſtolicis,niſi aliud cauea
tur in indulto Regū,iuxta cuius tenorē & continentiā iudi-
candum eſt,c.porrò.& c.recipimus.de priuil. Ratio ſumitur
ex præmiſsis

ex præmiſsis & magis ſpecificæ ex hoc quod ſequitur,vide-
licet quia in iſta nominatione præfati Reges & alij habẽtes
ſimilia indulta ſunt delegati,imò potius nudi miniſtri Papę,
17 iuxta illud quod dicit Io.And.in c.ij.de præbẽ.li.vj.†quoties
Papa ex priuilegio trãſfert iura ſpiritualia in laicũ non exe-
crat illa,nec ſunt in laico vt fundata in ipſo, ſed vt in mini-
ſtro & agente nomine Papæ.ad quod facit bonus tex.quem
ibi ad hoc ponerat d.An.in c.cùm Apoſtolica.de his quæ fi-
unt à pręla.Nec obſt.ſi diceretur ex quo ſunt nudi miniſtri,
vt ſupra:ergo videtur,ꝙ nominatus per eos cauſat ius à Pa-
pa nõ ab ipſis nominantibus.arg.l.ſi quis Titio.ff.de leg.ij.
& ſic poteſt dici nominatus per Papã, quia is facit cuius no-
mine fit,ſeu cuius authoritate & mãdato actus explicatur,c.
mulieres.in fine de ſenté.excom.quia ad hoc reſpondetur ꝙ
taliter nominatus conſequitur ex tali nominatione, ſaltẽ fa-
cultatẽ ad obtinendũ plenũ ius in beneficio perficiẽti facto,
& miniſterio perſonæ eccleſiaſticę ſcilicet exequutoris,vnde
apparet ꝙ aliquale ius præparatoriũ ſaltẽ cauſat nominatus
à nominãte,argu.l.oratio.ff.de ſponſ.prout etiam dicitur in
iure quod quæritur ex præſentatione patroni quo mediãte
peruenitur ad inſtitutionẽ,& ſimiliter in electione,per quam
Epiſcopi.de reb.eccle.non alienan.col.fin.tenet contrarium,
& dicit quòd reſcripta ad lites debent latiſsimè interpretari:
& dictum ſuum in ratione conſiſtit:quia reſcripta huiuſmo-
di per quæ mandatur iuſtitia fieri,debẽt interpretari ſecun-
dum ius commune,& recipiũt omnes interpretationes eius:
vt tradit Domi.in c.licet canõ.§.fi.ver.nota bene iſtud.ſupra
de elec.eo.lib.ſequitur Deci.in conſi.ccxxiij.col.pe.Cùm igi
tur ius commune propter eius fauorem recipiat latam inter-
pretationẽ:vt in l.ſcire.§.aliud.ver.ſed & ſi maximè.ff. de ex-
cu.tut.& in l.de interpretatione.cum alijs.ff.de legi.& not.gl.
in c.iij.in ver.numerandum.de præb. eod.li. Igitur in reſcri-
ptis eadem debet fieri interpretatio.Cogita & circa hoc vide
Io.An.in c.capitulum.& latius in reg.is qui in ius.de reg.iur.
in mercu.& Fel.in c.cauſam.eo.ti.Et reſolue iſtud cõtrarium
cum dictis Abb.in d.c.Epiſcopi.vt retuli in voce,& Fel.in c.
67 cauſam.eod.ti.†In ea.glo.colligitur hîc,ꝙ appellatione iuriſ
ditionis venit delegata.Ita ad hoc iſtam glo.alleg. Moder.re
peten.in titu.de offic.eius.fol.2.col.iiij.& hoc ex iſta gl.aper-
tè colligitur dum iſtum tex. ſimpliciter loquentem intelligit
in iudice delegato, & iſta videtur eſſe communis opin. Sed
conſyderandum eſt quia non videtur vera aliquo pacto
68 ex eo quia clara eſt iuris regula† quòd verba in dubio de-
bent intelligi iure ordinario nõ extraordinario.l.ſcio.§.me-
dico.ff.de annuis lega.not.Barba.in c.volentes.de offi.lega.
& Decius in c.inter cætera.in iij.colum.de appella.cum con-
cor.vt tradit Ioan.Neuiza.in ſylua nuptiali,fo.25.in iiij.col.

præterea quia in dubio cauſa naturalis potius attendi debet
quàm accidētalis.l.qui habēt.ff.de tute.Bal.in auth.ſimiliter.
C.ad legē Fal.Bar.in l.ſi quis poſthumos.ff.de lib.& poſt.& in
69 l.fi.ff.de offic.procō.Abb.in c.licet.de offi.leg.†ſed iuriſditio
delegati eſt accidētalis:ordinaria verò eſt naturalis,vt tenet
And.Sicu.in c.ſciſcitatus.nume.47.de reſcrip. & de ſe patet:
ergo in dubio de ordinaria intelligi debet, præterea in du-
bio quælibet res vel cauſa debet interpretari perpetua &
perennis non autem temporalis, l.j.§. hoc interdictum. ff.de
fonte.& quod per illum tex.no.Ale.in l.in illa.col.ij.ff.de ver-
bo.ob.And.Sic.in repe.l.cùm acutiſsimi.in cxiiij.col. C.de fi.
70 deicō.& Ro.conſi.xlv.Præſuppoſitis.in j.col.†ſed iuriſditio
ordinaria eſt perpetua procedens à lege delegata nō eſt tēpo
ralis,& ab homine cōcluſio in dubio ordinaria debet attēdi
nō delegata,neque ob.ꝙ iuriſditio delegata eſt,dignior.c.ſa
nè.cum vulga.de offi.deleg.quia reſpondetur ꝙ licet ſit di-
gnior non eſt potentior:vt patet in l.more.ff.de iur.om.iudi.
nam ex quo iuriſditio ordinaria prouenit à lege dicitur po-
71 tentior:vt in l.j.ff.de offi.delega. †Hinc eſt ꝙ actiones ciuiles
quæ à lege proueniunt ſunt potentiores prætorijs:vt legitur
& no.in l.v.de ver.ob.& Inſti.de perpe. & tempor. præſcrip.
per totū:& in l.in honorarijs.ff.de actio.& oblig.concurrente
igitur digno & potenti illud quod potentius eſt attēditur:vt
in l.quæritur.ff.de ſta.homi.& in c.tuam. de ord.cogni. hinc
eſt ꝙ inter duos teſtes quorū vnus ſit pauper alter diues,cre-
ditur magis diuiti quàm pauperi niſi diues ſit infamis,vt
tradunt Mod.in ſuo tract.de teſt.fol.3.& 8.& de iſta pro quo
vide latè Io.Fran.purpuratum in rubrica ff.de iur.omn.iudi.
vbi pluribus modis limitat,ex cuius limitationibus poterit re
ſolui tota iſta materia. Glo.alio.in duas partes diuiditur:po-
nit enim q.& ſoluit in ij.parte pluriū opi. refert. Ex qua vos
72 vnum colligatis quòd†excommunicatus impetrare non po-
teſt reſcrip.in cau.inquiſitionis rationibus de quibus in glo.
cum qua communiter Doct.videntur tranſire.Gemi.tamen
hîc poſt Lap.& alios quos refert diſtinguit,dicens ꝙ iſtud di
ctum gl.procedit quādo in impetratione reſcripti fuiſſet ex-
preſſum nomen excommunicati,ſecus verò ſi reſcriptū impe
tratum per excōmunicatū imperſonaliter loqueretur,quia ta
li caſu opi.glo.non procederet,& ita ſimpliciter cum iſta di-
ſtinctione



ſtinctione poſteriores tranſeunt.Sed conſyderandū eſt, quia
mihi videtur ꝙ non ſit aliqua differentia quando in reſcri-
pto ſit expreſſum nomen vel loquatur imperſonaliter dum-
modo probari poſſit ꝙ excommunicatus illud reſcriptū im-
petrauerit,quia certū eſt ꝙ quando actus per partem expedi
tur & imperſonaliter loquitur in dubio videtur contempla-
ta perſona agentis,non autē perſona iudicis, de hoc eſt do-
ctri.Bar.in l.vnica.ff.de condi.ex lege.col.pen.alleg.tex.in au
then.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vē.& l.ſtatus.ff.de ac-
qui.re.domi.& l.ſi verò.§.præter.ff.de his qui deiece.vel effu.
& illam doctri.communiter ſequuntur Doct.facit text.in l.&
73 magis.ff.de ſolu.†Nam iſto caſu paria ſunt ꝙ perſona nomi-
netur,vel ꝙ verba reſcripti in ea verificari poſsint,c.ex par-
te.extra de offi.deleg.l.certum.ff.ſi cer.pet. Nam genus quod
non poteſt verificari niſi in ſpecie reputatur ſpecies,l.ij.ff.de
lib.& poſth.Præterea quia hoc eſt clarum in iure ꝙ actus ab
eo præſumitur factus ad quem ille actus pertinet,vt tradit
Old.in conſi.cxxxvj.in ij.col.qui interloquitur,& quia excō-
municatus prohibetur nomine alterius impetrare tanquàm
procurator,vt in c.poſt ceſsionem.de proba. ergo à fortiori
ex perſona ſua licet nomen eius non fuerit expreſſum:& hoc
vlterius ſuadetur,quia iura generaliter prohibent excommu
nicatum ab impetratione iudicis, vt hîc: ergo videtur com-
prehendere iudicium inquiſitionis, ſecūdùm communē opi.
vt tradunt Mod.poſt Abb.in rubrica de iud.in vj. & vij.col.
quia inquiſitio de iure canonico remedium ordinarium dici
tur,vt tradit Bal.in c.j.per illum tex.in ij.col.de offi.ord.& in
c.ſuper literis.extra eod.ergo pariter excommunicato prohi-
74 beri debet.†Et ꝙ tale reſcriptum imperſonale in quo perſo-
na non eſſet nominata non valeat,tenet expreſsè Domi.obli
tus ſui,in c.ſeq.in ij.col.ver.& per prædicta. Et quantùm atti
net ad negotium inquiſitionis in quo dictum eſt excommu-
nicatum reſcriptum impetrare non poſſe, eſt aduertendum,
quia contraria opi.verior videtur, pro qua efficaciter facit:
quia vt crimina detegantur aliâs incapaces & inhabiles ad
impetrandum admittuntur,l.ſi quis in graui.§. vtrum. & ibi
not.Bar.ff.ad Silla.cum ſimi.quæ ſcribit And.Sicu.in c.j.col.
xiiij.de conſti.vt dixi latius in §.in perſonam.nu.23. Inſti.de
75 actio.†Sed quando excommunicatus impetrat in negotio
inquiſitionis

inquiſitionis,iſta impetratio tendit ad hoc vt crimina dete-
gantur,ergo impediri non debet talis impetratio,& tali caſu
bene adaptatur ratio tex.in l.j.c.de preci.impe.offeren.vide-
licet ꝙ non refert per quem preces porrigantur,l. vniuerſis.
eo.tit.Et ideo vt omnes difficultates reſoluãtur poſſunt opi-
niones ſic concordari.Nam dum quæris an excõmunicatus
poſsit impetrare in caſu inquiſitionis eſt diſtinguendum,an
talis inquiſitio tendet ad commodum excõmunicati necne.
Exempli gratia eſt factũ furtum in vicinia excommunicato
ignoratur à quo habetur,tamen de aliquibus ſuſpicio excõ-
municatus impetrat ad iſtum effectum,vt rem ſibi ſubtractã
hoc medio conſequatur,tunc dico tale reſcriptum non vale
re propter rationem quæ colligitur in c.j.ī. de excep.videli-
cet,vt excommunicatus citius conuertatur ad matrem eccle
ſiam, & ne ex ſua malitia commodum reportet, c.intellexi-
mus.de iud.& ſic communis opi.procedet.Aut verò excõmu
nicatus,cui nullum damnum in vicinia fuit illatũ,impetrat
principaliter vt crimina detegantur. Finge enim in vicinia
eſſe pupillos,viduas,vel alias miſerabiles perſonas, quæ da-
mnum paſſæ ſunt habetur ſuſpicio de aliquibus, excommu-
nicatus miſeratione ductus,vel quia plus poteſt impetrat vt
crimina detegantur,putarem tali caſu delere reſcriptum ra-
tione text.in l. j.c.de preci.Impe.offer. ſuper quæ cogitabis.
76 †Tertia concluſio colligitur ex iſta glo.ꝙ excommunicatus
non poterit impetrare procuratorio nomine alterius, c.poſt
ceſsionẽ.alleg.in glo.cum qua omnes tranſeunt. Sed aduerte
diligenter ꝙ tex.in d.c.poſt ceſsionẽ.nõ probat hoc ad quod
glo.hîc,& alij inaduertenter adducunt,quia excommunica-
tus ibi ea ratione prohibetur eſſe procurator,quia debet of-
ficium ſuum circa iudicialia exercere quibus reperitur pro-
hibitus,& quia tali caſu ex quo procuratoris officium mer-
cenarium eſt,& vtile conſequi poteſt ex illo commodũ quod
excommunicato prohibetur:vt in c.intelleximus.de iud.Iſta
ratio non militat in ſola impetratiõe reſcripti, quæ eſt actus
extraiudicialis:vt in c.ex parte.extra eo.titu.& fatentur vbi
que Docto.Nam eadem ratione qua excõmunicatus cõtra-
here poteſt nomine ſuo,ex quo eſt actus extraiudicialis:vt
77 in c.veritatis.& ibi Abb. de dolo & contuma.†debet etiam
poſſe à fortiori impetrare nomine alterius, cùm ſit etiam
actus



actus extraiudicialis,nec inſpici debet per quem actus expe-
diatur,niſi in quẽ effectus actus dirigitur.l.ſi legatarius.c.de
de lega.traditur in l.cum filio.de lega.j.& in l.ſi defunctus.c.
de ſuis & legi.neq; poteſt iſto caſu conſyderari ratio vtilita-
tis excõmunicati,nec vt citius cõuertatur: quia omnes iſtæ
rationes cõcurrunt in contrahẽdo,& tãtum non prohibetur
à cõtractu,igitur eadẽ ratione videtur dicendũ in caſu iſto,
quare puto ꝙ gl.nõ bene dicat. Et ſi dicatur ꝙ omnes iſtæ
rationes militant etiã vt excõmunicatus nõ debeat repelli à
iudicio,reſpõdetur ꝙ in iudicio alia ratio cõcurrit: nam ibi
eſt propter concurſum pluriũ perſonarũ vbi eſt periculoſior
78 conuerſatio & cõmunio,† ideo excõmunicatus prohibetur
eſſe in iudicio.Et quia ibi facilius naſcitur ſcandalũ & per-
nicioſum exẽplum,nã fortè ſi excõicatus contẽptis clauibus
eccleſię agere cauſas,& hoc eccleſiaſtici permitterẽt à ſimpli
cibus,dici poſſet,*vbi eſt Deus eorũ:* & quia etiã hoc expreſsè in
iudicialibus prohibitũ eſt in dictis.c.intelleximus.cum ſi. Et
ideo prohibitioni ſtandũ eſt,licet concludẽs ratio reddi non
79 poſſet,†quia non omniũ quæ à maioribus noſtris diſpoſita
ſunt ratio reddi poteſt,c.ſi quando.de reſcri.l.non omniũ.ff.
de legi.quia in his quæ ſunt de iure poſitiuo ſufficit dicere,
Ita placuit Legiſlatori : vt eſt gloſ.in l.j.in ver.ratus.de po-
ſtul.& dico alibi.

## C. CVM IN MVLTIS.

1 *Dictio multi,plura comprehendit,& qualiter ibi.*
2 *Bis geſtum dicitur multis vicibus factum.*
3 *Dictio pluries,quot comprehendit.*
4 *Duo dicuntur plures.*
5 *Dictio plurimas,quid differat à dictione pluries.*
6 *Dictio articulis,quomodo exponatur.*
7 *Verbum trahuntur quid ſignificet.*
8 *Iudicium reddi in inuitum quando intelligatur.*
9 *Trahi dicitur ille,qui ſolum citatur.*
10 *Allegatio generalis quibus caſibus poſsit fieri.*
11 *Allegatio ſpecialis non ſufficit,niſi ſit in propoſito.*
12 *Allegatio ad baliſtam.*
13 *Allegantes quando dicuntur ligare arenam ſine cemento.*
14 *Allegans impertinentia & generalia repelli poteſt.*
15 *Allegare generaliter coram principe & magno doctore, an ſufficiat.*
*Princeps*

16 *Princeps ita poteſt iura ignorare vt quilibet priuatus.*
17 *Princeps propter poteſtatem quam habet interpretandi dicitur habe-re iura in ſcrinio pectoris.*
18 *In quo caſu aduocatus allegare poßit ad aurem iudicis.*
19 *In conſilio quando allegationes poni debeant.*
20 *Quando ſufficiat dicere per ea quæ vidi & audiui ſic conſulo.*
21 *Infinitas ſiue generalitas reprobatur.*
22 *Infinitas reprobatur in quinquaginta caſibus.*
23 *Actor reconuentus non poteſt coram eodem iudice reconuenire reum ſuper cauſa in reſcripto non tamen expreſſa.*
24 *Infinitas reprobatur ne lites ſint infinitæ.*
25 *Compromißi dies niſi ſemel per arbitrum prorogari poteſt.*
26 *Sententia lata ad dictum peritorum an debeat retractari.*
27 *Creditor an poßit pignorare alteri pignus debitoris ſui vltra tertiam vicem.*
28 *Ius acquiſitum in pignore an ſit reale.*
29 *Infinitas reprobatur à iure.*
30 *Pignus ſemel liberatum non poteſt denuo pignori ſubijci.*
31 *Delegatus principis an poßit ſubdelegare cũ poteſtate ſubdelegandi.*
32 *Vicarius perpetuus an ſubſtituere poßit vicarium perpetuum.*
33 *Patronus laicus an poßit variare vltra duas vices.*
34 *Quando datur poteſtas variandi præſtatur occaſio fraudis.*
35 *Vbi alicui conceſſum eſt variare, non intelligitur niſi ſemel.*
36 *Qui promiſit reficere molendinum ſi dirueretur, debet intelligi de prima vice.*
37 *Aduocatus qui pro certo ſalario promiſit defendere cauſam, an teneatur pro eodem ſalario proſequi cauſam appellationis.*
38 *Monachis habentibus priuilegium, quòd poßint tẽpore interdicti vnà cum familiaribus ſuis audire diuina, an intelligatur tantum de familiaribus præſentibus, vel etiam de futuris poſt priuilegium.*
39 *Exceptio excommunicationis an poßit opponi bis tantùm.*
40 *Actus intelligitur pro prima vice.*
41 *Intellectus l. boues. §. hoc ſermone.*
42 *Clauſula quidam alij, an comprehendat numerum infinitum.*
43 *Reſcripta fauore ordinarij largius interpretantur.*
44 *Declaratur iſte tex.*
45 *Actus qui eſt nullus non præſtat impedimentum.*
46 *Subiecta materia aliud ſuadente infinitas admittitur.*
47 *Textus noſter non procedit in iudicijs diuiſorijs.*
48 *Variatio prohibetur ne locus ſit fraudi, quia ex variatione fraus præſumitur.*

Citatio



49 *Citatio debet ſieri certa in primo citatorio ne fraudulenter citatus in incerto vagetur.*
50 *Variatio in perſonis eccleſiaſticis maximè deteſtanda.*
51 *Fraudibus obuiandum eſt.*
52 *Vbi lex non prohibet poſſumus ſemper fraudibus obuiare.*
53 *Dies quo ſit mandatum vtrum computari debeat in actu faciendo.*
54 *Quando lex facit monitionem de duplo, vel quadruplo, intelligitur computato ſimplo.*
55 *In generali ſermone perſona loquentis comprehenditur.*
56 *Dies termini an computetur in termino.*
57 *Cõcluſio quòd clauſula & quidã alij nõ cõprehẽditur vltra quatuor.*
58 *Procurator generaliter recipit poteſtatem ſuper omnibus perſonis, & rebus in poſterum exprimendis.*
59 *Declaratur tex. & glo.*
60 *Dictiõis alij, natura: an ſit ſimilia expreßis copulare & nõ dißimilia.*
61 *Expreſſo clerico an conueniri poßit laicus per dictam clauſulam.*
62 *Dictio alius, non ſemper implicat.*
63 *In reſcriptis an maſculinum concipiat fœmininum.*
64 *Fœmina vtrum comprehendatur ſub dictione laici.*
65 *Reſcripta cum ſint odioſa, & ſtricti iuris non dicuntur interpretari præter caſum expreſſum.*
66 *In contractu emphyteotico, qui eſt ſtricti iuris maſculinum an concipiat fœmininum.*
67 *Per iſtam clauſulam quòd poßint conueniri homines talis loci quot conueniri poßint.*
68 *Vniuerſitas an conueniri poßit vigore iſtius clauſulæ, quòd poßint conueniri homines talis loci.*
69 *Vniuerſitas pro vno reputatur.*
70 *Quando lex præfinit certum tempus ad aliquid faciendum non poteſt aßignari ratio, cur non plus, vel minus tẽpus conceſſum fuerit.*
71 *Princeps quando mouetur ſola voluntate taxando numerum non procedit de ſimilibus ad ſimilia, ſed prohibetur extenſio.*
72 *Regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ nu. 18. declaratio.*
73 *Allegare rationem licet fatuam, & dißimilem ſufficit.*
74 *Complexiones corporis ſunt quatuor.*
75 *Elementa quatuor.*
76 *Enunuchi qua ratione non poſſunt eſſet teſtes.*
77 *Liber Inſtitutionum quare diuiſus ab Imperatore in quatuor libros.*
78 *Quartus numerus.*
79 *Quatuor anni tempora.*
80 *Anni magni ab Adam, vſq; ad finem quatuor tempora, quorũ ratione ieiunia*

*ne ieiunia quatuor tempora introducta fuerunt in eccleſia.*
81 *Hominum quatuor ætates, quatuor vitia, quatuor ſpecies ſuperbiæ.*
82 *Animus ex quaternario conſtat ſecundùm Pythagoricos.*
83 *Quaternarius numerus ſanctiſsimum iuſiurandũ apud Pythagoricos.*
84 *Olympica certamina quatuor celebratiſsima.*
85 *Conuiuium quatuor rebus conſtare debebat.*
86 *Venti principales quatuor.*
87 *Deus quatuor præſinitur literis, & eiſdem Papa.*
88 *Quatuor modis per naturas cognoſcitur Deus, & quatuor modis operatur.*
89 *Liberi arbitrij quatuor ſunt ſtatus.*
90 *Epiſcoporum ordines quatuor.*
91 *Solis, & Lunæ virtutes animales quatuor.*
92 *Eccleſiæ Patriarchales quatuor.*
93 *Ordines quatuor.*
94 *Aſtrologiæ partes quatuor.*
95 *Solis equi quatuor.*
96 *Textus declaratur.*
97 *Textus etiam declaratur.*
98 *Princeps committens cauſam appellatione remota, vel ſtatutum prohibens appellationem non intelligitur eam prohibere reſpectu tertij comparentis pro intereſſe ſuo.*
99 *Statutum prohibens appellationem intelligitur reſpectu partium, non autem reſpectu tertij, & ibi ponit ſimilia.*
100 *Iudex licet per proceſſum ad vlteriora videtur tacitè circa reiectionem obſtaculorum iuriſditionis pronunciare, ſecus quo ad exceptiones impeditiuas proceſſus.*
101 *Acceptans primum beneficium quando poteſt acceptare ſecundum, & quando non, latè ibi.*
102 *Proteſtari quando debet acceptans, & quando nocet.*

CVm in multis. Summatur & diuiditur iſtud capitulum, vt hîc per Doct. In tex. ibi, multis.
1 † Iſta dictio hîc plura & infinita cõprehendit: patet quia plura ſunt iura q̄ ꝙ facilè enumerari valeant, in quibus infinitas reprobatur: vt enumerat hîc gl. facit tex. & quod ibi no. Bal. in l. hac conſultiſsima. in fi. C. qui teſta. facere poſ. vbi dicitur ꝙ octo dicuntur multi, alibi dicitur ꝙ ſexdecim: vt in l. in multis. ff. de ſtatu homi. quandoq; viginti



viginti quatuor millia dicũtur multi: vt dicit gl. in c. vidua. xxxiiij. diſtin. quæ vult ꝙ illa dicatur vera meretrix quę plus quàm xxiij. millium hominũ admiſit: nam ita ibi gl. exponit tex. quæ dicit ꝙ meretrix eſt quæ multorum libidini paret, & licet Domi. hîc dicat ꝙ ſub iſta dictione multi, hîc tres vel quatuor comprehenduntur, hoc non probatur in iſto text. Nam illud quod dicit Domi. reſpicit clauſulam, quidam alij: & dictio multis, in tex. poſita non reſpicit illam clauſulam, ſed iura quæ infinitatem reprobant, quæ plura ſunt q̄ tres vel quatuor: vt patet hîc in gl. igitur dictum ſuum non procedit quo ad iſtum tex. nec etiam regulariter extra iſtũ text. eſt verũ, ꝙ iſta dictio multi, ſimpliciter prolata quatuor vel plura comprehendat: ſed vario modo accipitur. Nã aliquando quatuor, vel quinque comprehendit: vt dicit Bald. in l. excuſantur. in princip. ff. de excu. tuto. verſi. inducit ad q. de faciente plura argumenta aliquãdo comprehendit duo aut tria: vt eſt text. quem ibi not. omnes in §. ſingulorum. Inſtit. de rerum diui. & text. in §. fi. Inſtit. de iu. perſo. per quem tex. ita tenet glo. in l. j. §. potuiſſe. ibi hoc reſcriptum multa continet. ff. ad Silla. & text. in l. conſtitutionem. C. de admini. tuto. & l. cùm oportet. in princip. C. de bo. quæ liber. cum concor. vt per Alexan. in apoſtil. ad Barto. in d. l. j. & in l. ſi conſtante. in viij. col. nume. 22. ff. ſolu. matr. & hoc idem tenet gl.
2 in c. reliqui. lxvj. diſtin. † & ſic habes quòd bis geſtum dicitur multis vicibus factum. Et ideo dicendum eſt quòd omnia iſta ſecũdùm ſubiectam materiam regulari debeant in qua certa regula dari non poteſt: vt patet in c. latores. de cleri. excommu. mini. & in l. ij. §. ignominia. ff. de infami. & gloſ. in c. quoties. j. q. vij. quæ omnia ărbitrio iudicis relinquuntur: vt eſt glo. in c. cupientes. §. cæterum. in verſ. contradicentium. ĩ. de electio. Et hoc procedit in iſta dictione multi, ſecus au-
3 tem eſt in dictione pluries: † quia bis factum non dicitur pluries factum. ita dicit Abbas in c. ad noſtram. ſuper glo. j. quæ allega. plures concordan. de reb. eccle. non alie. allegat pro hoc text. in c. Chriſtiano. xxxiiij. diſtin. & tradit Ange. in authẽ. de trien. & ſemi. §. ij. & glo. in l. cùm ratio. §. ſi plures. ff. de bo. dam. & probat text. Inſti. de duo. reis. in princip. Nam vt dicitur in c. quia intantum. de præben. duo vel tria non dicuntur plura, ſed bene quatuor. Eſt bene verum quòd plurimorum

morum appellatio de ſui propria natura tres comprehendit:
vt no.in §.& ꝙ ſæpe.in authen.de trien.& ſemi.in gl.j.col.iij.
licet aliquando in duobus verificetur:vt patet in c.relatum.
de cōſe.diſt.ij.hinc eſt ꝙ plurimum tempus dicitur bienniū:
vt in authen.vt immo.ante do.§.j.colla.v.Tamen vt dixi,de
proprio ſignificatu dictio plurimorum,vel plures ad tres re-
ſtringitur:vt tradit etiam Bal.& Fel.in c.interpoſita.de teſti.
Sed mihi videtur ꝙ idem ſit dicendum de iſta dictione plu-
res,ꝙ dictū eſt de dictione multi. Nam ſicut dictio multi,de
proprietate ſui,ita poteſt comprehēdere duo ſicut quatuor,
& recipit ſicut Camaleon ſignificatum ex materia ſubiecta,
ita & dictio plures, eaſdem qualitates recipit. In primis quo
ad dictionē plures,probatur per tex.in c.ij.§.ſanè.ꝭ. de teſta.
4 vbi apertè colligitur† ꝙ duo dicuntur plures,de quo etiā pa-
tet in reg.pluralis.ꝭ.de reg.iur. Et ideo ſi ſtatutū diſponat de
pluribus percuſsionibus intelligi debet de duabus : vt vult
Bal.in l.ij.§.ignominiæ.in prin.ff.de infa.Rom. conſi.cccj.in
penulti.col.alleg.Barto.in l.ſi gemma.ff. arb.fur.cæſ.& tenet
Ange.in tracta.malefic.in ver.pluribus. Non obſt.tex.in d.c.
Chriſtiano.quia non loquitur de dictione plures, ſed de di-
5 ctione plurimas inter quas eſt magna differentia: †quia di-
ctio plures,comprehendit duos vel tres: & dictio plurimas,
quantitatem innumeratam:vt probat Aret.in l.continuus.
§.item ꝙ.in ij.no.ff.de ver.ob.& ante ipſum Domi.& alij in
c.ij.in j.col.ver.quæro an per iſtam diſpenſationem, &c.ꝭ.de
fil.presby.qui ita intelligitur,d.c.Chriſtiano. Et ideo pro in-
telligētia videtur dicendum,ꝙ regulariter dictio plures,cō-
prehendit tres vel quatuor vltra duo,niſi lex vlterius proce-
dat enumerando plures caſus.Ita notabiliter dicit Archi.&
Domi.in c.fi.ꝭ.de fil.presby.& tali caſu non poſſet dari certa
regula,ſed hoc iudicabitur,ſecundûm ſubiectam materiam:
vt dicit Are.in l.cûm quidam.§.quod dicitur.in penult.no.ff.
de acqui.hære.& per glo.in c.Latores.de cleri.excom.mini.
vbi vult,ꝙ aliquando iſta dictio multi, comprehendit qua-
draginta,& plures,vel minus:& ita procedit gl.in §.& quod
ſæpe.in ver.filiorū.in auth.de trien.& ſemiſ.quæ vult ꝙ iſta
dictio plurimorum,in duobus,vel tribus intelligatur:& ſecū-
dûm hoc tex.hîc bene procedit,habito reſpectu ad diſpoſi-
tiones iuris in quibus infinitas reprobatur, de qua materia
habetur



habetur per Alex.poſt Bar.in l.ſi gemma arbor.ff.arbo.furt.
ceſ.per Areti.in conſi.cij.in ij.col.per Bald.in conſil.cxcix.in
fi.in j.vol.ex quorum dictis aliquæ aliæ limitationes colligū-
tur,quas latius proſequitur Georg.Natam,in repe.cle.ſæpe.
in prin.in ij.col.de verb.ſig.& Alex.in l.ſæpe.col.j.ff.de re iu.
& Moder.in l.j.de leg.j.vbi eſt gl.ꝙ illa dictio quatuor com-
6 prehendit. †In tex.ibi,articulis,hoc verbum hîc pro capitu
lo exponitur,vt notat Bal.in l.non poſſunt.per illum text.ff.
de legi.& ꝙ articulus dicatur capitulum,notat Bar.in l.iij.§.
j.ff.de libe.& poſthu.& alijs pluribus modis iſta dictio capi-
tur,vt exorditur Bal.& Moder.in d.l.non poſſunt.ſed hîc ca-
pitur,vt dictū eſt,pro capitulo vel pro parte iuris,vt per Ar-
chid.in c.accuſatus.in j.col.ꝭ.de hæreti.& in c.præcedenti ca
pitur pro cauſa,vt eſt etiam text.in prooemio iſtius libri.
7 †In tex.ibi,trahantur,hoc verbum coactionem ſignificat,
ita iſtū tex.ad hoc pōderat ad hoc Deci.in c.dilecti.in prin.
de excep.alle.gl.& Bar.in l.j.C.de agri.& cenſi.lib.xj.cum alijs
ſimilibus quæ prius adduxerūt ibi Moder.vt ibi per eos qui-
bus adde tex.in c.ſtatutum.§.cùm autē.ꝭ.eo.& in c.fin.ſupra
eo.tit.& eſt tex.in c.lator.qui fil.ſint legi.& hoc clarius proba
tur in c.cùm pro cauſa.de ſen.excō.cum concor.vt per And.
Sicu.in c.fi.in iiij.col.nume.24.de reſcrip.& talis coactio dici
8 tur reſpectu litis conteſtationis:†quia tunc dicitur iud.reddi
in inuitum.l.inter ſtipulantem.in prin.ff.de ver.obli. ratione
quaſi contractus,qui ex litis conteſtatione reſultat:& ſic hoc
verbum trahere litis conteſtationem importat ,vt conclu-
dit Bal.in auth.habita.col.fi.verſi.ſequitur.C.ne fil.pro pat.
Tamen ad iſta eſt aduertendum primò ꝙ nō eſt verum ꝙ
iſtud verbum trahere,neceſſariò coactionē ſignificet, quia
hoc expreſsè iure non cauetur,& tex.videtur in contrarium
in c.Romano.§.caueant.ꝭ.de fo.cōpe.ibi,trahere inuitos &c.
& in c.j.de offi.delega.nam ſi de natura iſtius dictionis eſſet
coactionem importare non ibi additum fuiſſet illud verbū,
inuitos,argumento eorum quæ notabiliter dicit Iaſ.in l.iu-
riſgentium.§.quinimò.in iiij.notabi.de pactis.dum aſsignat
differentiam inter dictionem poſt, & poſtea, de quo dixi
ſupra titu. proximo, c.j.ex quo datur intelligi, ꝙ illud ver-
bum de per ſe nō ſolûm poteſt verificari.in eo, qui volēs ad
iudicium venit quàm in eo qui inuitus venit,vti de hoc vi-


detur

detur doctri. Abb.in c.ſi diligenti.in v.col.nu.17.de fo.cōpe.
& faciunt ea quæ dixi poſt Abb.in c.j.in j.notabi.de adult.
nec etiam eſt verum quod Bal.dicit in d.auth.habita.videli-
cet ꝙ iſtud verbum trahere,requirat litis cōteſtationē,†imò
9 ſufficit ſola citatio:& ille dicitur trahi,qui ſolùm citatur:de
hoc eſt tex.quem ibi ad hoc ponderat Maria.Soci.& Abb.in
ij.notabi.in c.ij.de libel.obl.vbi ex hoc inferunt ad ſtatutū:
& hoc idem tenet Abb.in c.paſtoralis.in iiij.notab.per illum
tex.de cau.poſſ.& proprie.facit tex.in c.fi.§.j.& ibi not.Do-
minic.in j.oppo.ī.de offi.deleg. Sed iſta poſſunt ad concor
diam reduci per diſtinctionem quam facit Abb.in d.c.ſi di-
ligenti.in vj.col.verſi.ij.gl.principaliter &c.& ita etiam con-
cordari poteſt tex.in auth.ſtatuimus.vbi etiam not.Bal.c.de
10 Epiſco.& cle.& in d.auth.habita. †Nota primò ex iſto tex.
ſecundùm Domi.ꝙ generalis allegatio ſufficit, vtputa dicē-
do cauetur lege,vt hîc patet,& idem tenet Domi.in c.ſuper
eo.in j.notabi.ī.de hære.& in c.fundamenta.in princi.in iij.
notabili.ī.de electio.facit tex.in c.vt euidenter.j.q.j .Sed cō-
trarium tenet Domi.in c.j.in iij.notabili.ī.de cle.coniuga.&
pro iſta opinione videtur eſſe tex,quem ibi notant alij, in c.
præterea.xxv.diſtin.hinc eſt ꝙ etiam ſpecialis allegatio non
11 ſufficit, † niſi ſit in indiuiduo,tangat caſum de quo agitur,
quia aliâs dicetur generalis allegatio,vt eſt glo.ſingu.quam
ibi commendat Car.in vj.oppo.in cle.ſæpe.de verbo.ſignifi.
nam allegatio non concernens præciſè caſum de quo quæ-
ritur,ſed à longe vocatur allegatio ad baliſtam in quo alle-
gationis genere taxatur ſæpe Barba.ab Hippoly.de Marſil.
12 in l.ſi quis vltimò.col.ix.ff.de quæſtio.†nam taliter allegan-
13 tes dicuntur ligare arenam ſine cemento.†vt dicit Bart. Ve-
14 ronē.in tracta.de ſerui.vrba.prædio.c.xl.† & propterea al-
legans impertinentia & generalia poteſt repelli, vt dicit Iaſ.
in l.Centurio.in iiij.col.de vulg.& pup.Quamobrem vt cō-
cordantur opiniones,poteſt ſic dici,quòd generalis allega-
tio ſufficit quando aliquis per illam allegationem redditur
certus,nec vacillat per eam intellectus,quo minus deueniat
ad cognitionem rei:& ita procedit iſte text.cum ſupra alle-
gatis,ſecus autem ſi quis per illam generalem allegationem
non redderetur certus,vt in contrarijs:ita dicit Ioā.de Imo.
in clemen.conſtitutionem.in iij.notabi.de electio.quod ma-
ximè


ximè procedit quando ius allegatur cauſa doctrinæ,vt not.
tradit Bar.in l.vbicunque.in iij.col.ff.de interrog.actio. Sed
iſta diſtinctio non tollit difficultatem,quia non declarat in
quibus caſibus dicatur quis certus & in quibus non,cùm iu-
ra ſuperius allegata indiſtinctè loquantur.Et ideo dominus
Abb.in c.veſtra.de coha.cleri.& mulierum.in j.notabili, ali-
15 ter diſtinguit,ſcilicet ꝙ coram principe,† & coram magno
Doctore ſufficit allegare generaliter,vt l.cauet.ratio eſt,quia
cenſetur habere iura in ſcrinio pectoris,c.j.de conſtit.ſupra.
& ſequitur And.Sic.in cle.j.in ij.col.de elect.ſed adhuc iſtud
dictum Abb.non plenê ſatisfacit,quia per hoc non neceſſa-
rio infertur ꝙ coram alijs inferioribus debeat fieri allegatio
ſpecialis,licet coram principe ſufficiat generalis,in principe
non videtur hoc abſolutum,quia in eo videtur eadem ratio
16 quæ in alijs idiotis,ex eo,†quia princeps ita poteſt iura ma-
17 terialiter ignorare †vt quilibet priuatus,licet poteſtatem in-
terpretandi habeat,vt latius probaui in c.j.ſupra titu.proxi.
& ideo tu dicas ꝙ aut allegatio fit à principe,& tunc verum
eſt qđ dicit Abb.& tūc procedit text.hîc: ſecus ſi fit corā eo,
& maximè ſi eſſet ius aliquod ſingulare vel extrauagans qđ
preſumeretur ignorare,tunc allegari debet,ita eſt text.& ibi
dixi in ca.j.ſupra de conſti.eo.lib.ſi verò allegatio fit coram
alijs inferioribus,& tūc aut ius eſt notiſsimum & vulgatum
& non debet allegari. Aut non eſt omnino vulgatum & de-
bet fieri ſpecialis allegatio vbi non reſultat præiudicium alle
gantis,c.paſtoralis.de fi.inſtru. qui ita debet intelligi, & hoc
procedit tam in Doctore legēte,quàm in diſputante in ad-
uocato,tamē requiritur etiam ſpecialis,niſi ſit caſus per quē
18 deciditur cauſa,†quia tunc ne inſtruat aduerſarium caute-
la eſt,vt ad aurem iudicis alleget,vt docet Specul.in titul.de
aduoca.§.conſequenter.ver.item caueat. Si verò loquimur
in allegationibus quæ fiunt cōſulendo,& tunc dicit Io.And.
in addi.ad Spec.in ti.de requi.conſi.§.j.ver.tenet.ꝙ aut cōſi-
lia mittūtur extra ciuitatem,& tunc conſuetudo eſt Bononię
19 ꝙ in conſilio ponantur allegationes,†quia non poteſt de fa
20 cili haberi recurſus ad conſulentem,†ſi verò fit cōſilium in-
tra ciuitatem,& tunc ſufficit conſulentem dicere,per ea quę
vidi & audiui ſic conſulo,vt dicit ibi Specul.ne ex multitu-
dine allegationum iudex deducatur ad nauſeam, & ita etiā

ſequitur Ant.de But.in repe.d.c.veſtra.in j.oppo.ſed Io.An.
in c.ſicut.de re iudi.aliter diſtinguit circa cõſilia,dicit enim
ꝙ ſi petãtur à iudice tali caſu doctor ſufficit opinionẽ refer-
re ſine allegatione iurium:ſecus verò quando conſilia petũ-
tur à partibus,licet vtroque caſu cõtrarium teneat ibi Abb.
in fin.de hoc tamen vide omnino quæ dico in c.ſtatutum.j.
21 eo.vbi loquor de conſilio deciſiuo.† No.ſecũdò ꝙ infinitas,
ſiue generalitas reprobatur,ita hîc not.Domi.& latius idem
Do.ſupra in proœ.huius lib.in §.ſanè.in ij.q.vbi ponit quot
modis infinitum dicatur,quæ materia videtur brocardica,
vt hîc dicit idem Domi.ſuper glo.j.& ideo remiſsione & par
tim diciſiuè propter temporis breuitatẽ procedam plura vl-
22 tra ſcribentes addendo. †In primis videatur Io.And.quòd
allegat ad hoc iſtũ tex.& ponit l.caſus,quibus infinitas repro
batur in regu.in generali.in prin.j.de reg.iur.in mercuria.&
Roma.ponit xij.caſus in quibus etiam infinitas reprobatur,
in rub.ff.de arbi.Deci.etiam in l.vnica.in prin.C.de ſen. quæ
ꝓ eo qđ inter.poſt Bal.plura adducit quę ibi videri poſſunt
& iſtũ text.ad hoc etiã alleg.Alex.qui latè ſcribit deciſiuè &
parte remiſsiuè in l.ꝙ bona.§.fi.per totum.ff.de dam.infe.&
in l.ſi finita.in prin.nume.4.eo.tit.& in l.ſi cùm dotem.§.j.ff.
ſolu.matri.& Barba.in conſi.xxxiij.incip.Clementiſsi.in iiij.
col.in j.vol.vbi de generalitate euitanda aliqua ponit & al-
23 legat inter alia tex.hîc,& in c.ſedes.ſupra eo. †Et vltra ipſos
per iſtum tex dicit Abb.in c.ij.co.j.nume.5.de mut.pe.quòd
actor qui ſuper vna cauſa tantùm reſcriptum impetrauit re-
conuentus non poterit coram eodem iudice iterum recon-
uenire reum ſuper cauſa in reſcripto,nõ expreſſa, in qua eſt
modo reus,quia reconuentio non intelligitur niſi quo ad il-
lum,ꝙ primò conuenitur,& ratio eſt quam iſte text.ponit,vi
24 delicet vt euitẽtur infinita,†vel ne lites ſint infinitæ,& ex li
tibus oriantur,vt dicit Soci.in l.ſingulis.per illum text.ff.de
excep.rei iudic.& iſta etiam videtur ratio vnius dicti Specu.
in titu.de arbi.verſi.ſed quid ſi fuerit actum,vbi dicit quòd
25 ſi in compromiſſo fuerit actum,quòd dies cõpromiſsi † pro-
rogetur per arbitrum non poterit niſi ſemel prorogari, per
tex.in l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem.de leg.iij.pro quo etiã
Soci.in conſi.ccxxj.Viſa,& diligenter.in prin.in ij.parte.di-
cit hîc eſſe caſum cum ſexcentis concordã.congeſtis per Iaſ.
in l.j.



in l.j.in v.col.ſuper glo.in ver.infinito.C.de ſacroſanct.eccle.
& per rationem iſtius regulæ dicit idem Abb. poſt longam
26 diſceptationem in c.propoſuiſti.in v.col.de proba.†ꝙ ſentẽ
tia lata ad dictum peritorũ non retractatur,etiam ſi peritio-
res poſtea producantur dicentes cõtrarium ne proceſſus fiat
in infinitũ.arg.iſtius tex.quia ſi retractaretur poſtea poſſent
produci alij magis peritiores,& eſſet proceſſus in infinitum,
quod non eſt dicendum,vt ibi per eum qui hoc dictum alijs
rationibus cõprobat. Sed aduerte,ꝙ licet plures ſequantur
illud dictũ Abb.tamen cõmunis opi.eſt in contrarium,vt ibi
27 tradit Deci.referens alios. †Item per iſtã regulam vt infini
tas reprobetur:aliâs dicitur,ꝙ creditor nõ poterit vltra ter-
tiam vicem pignorare alteri pignus debitoris ſui dato,ꝙ pi-
gnus pignori dari poſsit,vt in l.j.C.ſi pig.pig.da.ſit.quia de-
bet intelligi de prima vice propter infinitatem euitandam,
ita concludit Specu.in tit.de pig.§.j.ver.ſed cùm pignus.alle-
gat tex.hîc,& tex. in l.fideicommiſſa.hîc allegat in gl.& hãc
opi.ſequitur etiam Roma.in l.qui bona.§.fi.ff.de dam. infec.
Sed aduerte,quia quantùm ad hoc quod dictũ eſt pignore
Ang.in d.l.j.tenet cõtrarium,quẽ ſequitur Alex.in d.§.fi.mo-
28 uetur†quia ius nobis acquiſitum in pignore eſt reale.l.eos.C.
qui pig.hab.& ideo ius illud ab hoſtibus noſtris ſeparari nõ
poteſt,ſicut dominiũ quod eſt trãſitorium de perſona in per
ſonã per mille manus,& ſemper remanet idẽ dominiũ. Nec
obſt.dicũt ipſi dictũ Spec.quia nõ probatur iure, & iſta cõ-
ſyderatio fuit prius Bal.in d.l.j.C.ſi pig.pi.dat.ſit.tamẽ iſtius
non obſtãtibus verior niſi videtur opi.Spe.quã in primis ſe-
quitur Abb.in c.cùm contra.in ij.col.nu.7.de pig.& videtur
ſequi Feli.in c.licet.el iij.in ij.col.de teſtib.vbi plura cumulat
circa iſtam regulam,quæ videas quæ pro maiori parte po-
ſuit prius Alex.in d.l.qui bona.§.fi.& dictum Specu.ſequitur
etiam Hipp.de Marſil.in tract.de fideiuſ.in ix.q.& Pet.Ra.in
29 alpha. iuris.in ver.infinitas.& licet † opinio.Spec.& Abba.
fundetur principaliter per clauſulam traditam in iſto tex.vt
infinitas euitetur,vt in dicta l.fideicõmiſſa.§.ſi quis decem.
de lega.iij.tamen pro iſta opinione videtur text.in terminis
& ſingularis in ratione ſui in l.fina.C.de remiſ.pigno.vbi eſt
caſus ſecundùm Barto.ibi contra quæ de facili quis reſpon-
30 deret,†quòd ſi ſemel liberatum eſt pignus, nõ poteſt denuò
bb 3 pignori

pignori ſubijci vt infinitas euitetur quem tex.valdè cõmen-
dat And.Sicu.in c.cùm acceſsiſſent.nu.98.de conſti.& idem
dicit eſſe ſingularem in addi.ad Bal.in l.ſi legata.c. de leg.&
meminit etiam Iaſ.in l.fi.in vlti.not.c.de pac. & finaliter iſta
opi.poteſt ſuaderi ex pluribus ſimilibus adductis per Ale.in
d.§.fi.& Fel.in d.c.licet.in quibus nõ maior ratio militat infi
nitatis euitandæ quàm in iſto caſu, & tamen illa ratione ne
in infinitum procedatur volũt illos caſus reſtringere ad vnã
vel duas vices,ergo pariformiter dicẽdũ erit in caſu noſtro.
Præterea per iſtã regulam dicit no.Alex.poſt alios, quos re-
31 fert.in l.à iudice.in ij.col.nu.9.c. de iudic. †Quod delegatus
principis nõ poterit ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegan-
di ratione infinitatis euitandę:& ita reprobatur Abb.tenens
cõtrariũ in c.cũ Ber.de re iud.quorum opi.videtur magis cõ
munis,vt patet ex allegatis per eum,licet Fel.in d.c.cùm Ber-
toldus.in vj.col.ver,ad aliam &c.velit vno caſu ſaluare dictũ
Abb.vt ibi per eum,& pro dicto Ale.facit dictum Car.in cle.
32 in q.xj.in prima oppo.de offi.vic.vbi dicit,†ꝙ Vicarius per-
petuus licet ſubſtituere Vicarium poſsit, non tamen perpe-
tuum,ne procedatur in infinitum:& per hoc allegat tex.hìc.
Hîc etiam voluit Calde.per iſtũ tex.in conſi.xvj.inci.An lai-
33 cus.in titu.de iure patro.†ꝙ ratione infinitatis euitãdę patro
nus laicus nõ poteſt variare vltra duas vices, quia licet iura
dicant ꝙ pluries poſsit variare,illa tamen pluralitas ad duas
vices reſtringitur iuxta regulã pluralis locutio.ĩ.de regu.iur.
& l.vbi numerus.ff.de teſti.& pro hoc benefacit dictũ Domi.
34 hîc dum vult,†ꝙ quando datur poteſtas variandi pręſtatur
occaſio fraudis,& ideo ſit reſtrictio de qua hîc in tex.& dicit
35 Alex.in l.ſi ex toto.§.fin.in glo.fi.poſt alios quos ibi alleg.†ꝙ
vbi alicui eſt conceſſum variare nõ intelligitur niſi ſemel,&
illud cõſil.Calde.cum multis ſimi. facientibus ad propoſitum
multũ cõmendat,& ornat Fel.in c.omnes leges.j.diſt.vbi co-
pioſè ampliat regulam pluralis locutio:& illud cõſi.Calde.cũ
pluribus alijs:hinc inde diſcutit Rochus de Curte in tracta.
de iur.pat.in ver.honoriſicum.q.x.& licet contrarium teneat
Decius in cap.quanto.in iiij.col.ſupra de iudi. prima tamen
opi.eſt communis,& iſta regula iſtius tex. vt infinitas repro-
betur habet quandam affinitatem cum deciſione tradita in
l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verbo.ſig.quam latè diſcutit Fel.
in c.ij.



in c.ij.de treu.& pac.vbi multa cumulat,quæ in ratione text.
noſtri fundãtur,& vltra ipſos multa etiam dicta notãda per
iſtum tex.& d.§.hoc ſermone.ſcribit Georgius Natã ſolẽnis
Doctor,& collega Fel.in repe.cle.ſæpe.in prin.col.liij.& ſeq.
de verbo.ſignifi.& Iaſ.ponit.xvj.ſimilia in l.duobus.§.ſi ei.in
j.& ij.col.ff.de iureiur.& reaſſumit idem Iaſ.in l.diuortio.§.ꝙ
in anno.in ij.& iij.col.ff.ſol.ma. Quibus adde notabile dictũ
Bal.in l.licet.in iiij.q.c.locati.de eo ꝙ promiſit reficere molen
36 dinũ ſi deſtrueretur:†nã debet intelligi de prima vice ratio-
ne vitãdæ infinitatis,quod dictũ pro ſingulari referetur Frã.
Cremo.in not.cxlvj.inci.Decidi ſemel. & latè proſequit̃ Iaſ.
in rep.l.quominus.in xxiiij.q.ad fi.ff.de flu.Et per iſtũ tex.di-
cit diſputãdo Io.An.in reg.cõtractus.in ij.q.in ver. item licet
37 procurator in merc.†ꝙ ſi aduocatus qui ꝓ certo ſalario ꝓmi
ſit alicui defendere cauſam debet intelligi de prima inſtãtia,
& ideo nõ tenetur ꝓ eo ſalario defendere cauſam appellatio
nis,vt infinitas euitetur,adducẽs alias rationes vt ibi per eũ.
Et idẽ Io.And.in regula qui ſentit.eo.ti.in mercu.ver.in con
trariũ facit,decidit notabiliter aliã pulchrã.q. videlicet, Mo-
38 nachi habẽt priuilegiũ,†ꝙ poſsint tẽpore interdicti vnà cũ
familiaribus ſuis audire diuina.iſtud priuilegiũ intelligetur
de familiaribus præſentibus,nõ de illis q poſt priuilegiũ reci-
piuntur,vt euitetur infinitas,& eſt aduertẽdũ ꝙ infinitas in
prædictis & alijs caſibus nõ debet ꝑ partes ipſas propria au-
thoritate reſtringi,ſed hoc ꝑtinet ad iudicẽ vt dicit Feli.de-
clarãs iſtũ tex.in c.propoſuiſti.in fi.ſupra de prob.& plura cir
ca hoc ponit Io.An.in regu.ſine culpa.in ij.q.col.ij.ĩ.in mer-
39 cu.& pro regula iſtius tex. facit c.pia.ĩ. de excep. †vbi exce-
ptio excõmunicationis nõ poteſt opponi niſi bis,vt euitetur
infinitas,pro qua regula vide Pet.de Rauẽ.in alpha. iuris, in
verbo infinitas,& plures caſus proſequitur Firmia.in repert.
ſuo in verbo infinitas.& vltra ibi deducta vide latiſsimè mo-
dernos de Marſil.in tracta. de fideiuſ.in ix.q. principali,vbi
hoc latè proſequitur:& in l.vnius.§.cogniturũ.in vj.col.in fi.
verſi.itẽ vltra prædicta.ff. de quæſtio. & ad hoc eſt notabile
dictũ Albe.in ij.par.ſtatuto.q.clxxxj.inci. Per dominum fra-
trem Vbertũ.quem ad hoc multum commendant Moder.
Mediolanenſes in libro memorialium iuris. in verbo reſcri-
ptũ &c.qui ponunt notabilẽ caſum,fuerat conceſſum quidã
 nobiliſsi-

nobiliſsimæ matronæ vt ſemel poſſet intrare monaſterium
40 Chartuſiẽ.accidit† ꝙ poſtea in funere cuiuſdam reginę fuit conceſſ.generalis licentia omnibus mulieribus intradi illud monaſterium, quo tẽpore vnà cum alijs præfata nobilis matrona ingreſſa eſt, deinde vigore ſuæ ſpecialis licentiæ noluit iterum ingredi fuit dubitatum nunquid poſsit, & fuit deciſum ꝙ non, per dictũ Alberici per rationem iſtius: pro quo videnda ſunt plura alia notabilia dicta, quę iidem Mod.tradunt in d.tract.dictorũ memora.Bal.in verbo executores, & in verbo hæres hęredis, & in verbo Legatũ, & in verbo vxor derelicta, in quibus locis varias deciſiones ponũt per illam.
41 l.boues.§.hoc ſermone.de ver.ſig.† quibus adde Iaſ.in l.decẽ. in v.col.ff.de verb.ob.facit d.Bar.in l.hoc articulo.in ij.col. in fi.ff.de hæred.inſti.& aliud dictũ in propoſito ponit Old. in cõſi.xvj.in j.col.& Iaſ.in l.placet.in iij.col.ff.de lib.& poſt. Alex.cõſi.xliij.in vj.col.iiij.lib.& conſi.xvj.eo.li.& Fran.Cremonẽ.in notab.lxxv.incip.Habebã reditum.& Imo.in c.cõſtitutus.in j.col.de conceſ.præben.& Thomas Parpa. in rep. l.ſi quis maior.C.de tranſac.Decius in c.an ſit.in fi.de app.cũ alijs pluribus concor.vt ſcribit Io.Licier Mod.in tract.progeniture, in iiij.q.lib.ij.fo.67.ex quibus omnibus plures notabiles deciſiones in vtrãque partẽ extendi poterũt, quas omitto propter impedimenta duarũ lectionum, ſufficiet enim vobis prędictos allegare Doctores qui plura allegãt, vt vtar verbis Fel.in c.Rodulphus.in ix.col.ver.& iſta faciunt. de reſcri. nõ tamen omittendũ eſt ꝙ Lau.Calca.in conſi. xx.limitatur prædicta quatuor modis, vt ibi per eum, ſed vltra eum limita regulam iſtius tex.quinque modis, primò vt nõ procedãt
42 in literis Epiſcoporũ in quibus iſta clauſula, † quidem alij, nõ reſtringitur ad tres, vel quatuor, ſed comprehendit numerũ infinitũ, ita dicit hîc glo.in ver.in literis.& ratio redditur per Pet.de Anch.hîc in j.col.quia ad Epiſcopum ſolet haberi de facili & cũ minori incommodo recurſus potius quàm ad Papam.& quia largius interpretamur reſcri. fauore ordinarij. & licet Do.hîc teneat contrariũ, quem refert & ſequitur Maria.Soci.in tracta.cita.in vj.q.iij.q.principalis. tamen magis communis opi.videtur eſſe illa quam tenet glo.pro qua vltra adducta.facit bene ad propoſitum cle.ij.de offic.ordi.iuncto c.ſi motu proprio.ĩ.de præb.eo.li.& pro iſta parte bene concludunt



cludunt fundamenta Anto.de But.hîc, quia cùm hæc Decretalis ſit correctoria & limitatoria iuris antiqui debet reſtringi, & intelligi in terminis illius, ſecundùm not.per omnes in l.j.ff.de leg.j.& ſic non debet fieri extenſio, per ea, quæ traduntur in auth.quas actio.C.de Epi. & cle.& ratio pro iſta parte
43 eſt euidentiſsima, quia † ꝙ in literis Papæ fiat iſta reſtrictio, eſt ideo, quia ſi impetrans infinitas perſonas poſſet corã delegato conuenire exhauriretur pro maxima parte iuriſditionis ordinariorum cùm iudices delegati plerunque extra curiam dentur.& ideo hac de cauſa reſtricta fuit illa clauſula ad tres vel quatuor, reliqui autem conuenientur coram ordinario: iſta ratio non militat in literis ipſorum ordinariorũ, & ideo ceſſat diſpoſitio c.non debet.de conſangui. & affini.
44 † Secundò limitatur diſpoſitio iſtius text.non procedere in commiſsionibus, quæ fiunt in palatio auditoribus Rotæ, nã illa clauſula quidam alij tunc reſtringi non debet ad tres vel quatuor, ita eſt deciſio Rotæ Bernar.de Biſig.in tit.de reſcri. ſecunda in ordine, & hoc eſt fortè qđ voluit dicere gl.hîc in verbo frequenter.tamen Maria.in tracta.citationũ.in vij.q. xxx.principalis, tenet contrarium allegans quandam deciſi. Rotæ per rationem iſtius tex.& ibi diſtinguit, quem videas, & cõtra iſtam limitationem facit ratio poſita ſupra in pro-
45 xima limitatione. † Tertiò limita.niſi prima citatio in qua eſſet facta ſpecificatio trium, vel quatuor perſonarum redderetur fruſtratoria, & aliqua cauſa fortè ex expreſsione perſonarum, quæ non poſſunt per illam clauſulam conueniri, ſecundùm diſpoſitionẽ c.ſedes.ſupra eo.quia iſto caſu poſſent alij plures conueniri: ratio eſt, quia ille actus, qui nullus fuit, nõ præſtitit impedimentum iuxta regulam nõ præſtat.ĩ.de regu.iur.& pro iſta limitatiõe faciunt, quæ latè congerunt Moder.in d.ix.q.in tracta.de fideiuſſo.verſi.ſecundò limita.
46 † Quartò limita.niſi ſubiecta materia aliud ſuaderet, quia tũc infinitas admittitur, vt videtur colligi ex dictis Ale.in d. l.qui bona.§.fi.de dã.infe.& per Hipp. vt ſupra, & ideo dicit Ale.in cõſi.cxlv.in ij.col.lib.ij.ꝙ tũc toleratur infinitas quãdo verba contrahentium hoc importãt, vt patet in dictione
47 quocũq;, de quo ibi per eũ. † Quintò limita.iſtã regulam nõ procedere in indiuiduis iudicijs, ſcilicet fam.ærc.fini.reg. & ſimiliũ: ita gl.hîc in verbo, vel quatuor.& ſequũtur Moder.in d.c.ſedes.

d.c.ſedes.& hoc approbat Maria.Soci.in tracta. de cita.in ij.
q.xxx.q.principalis.& in c.fi.in ij.arti.fallen.ij.de mut.peti.&
ratio redditur per eundem in d.trac.in j.q.v.articulo.quia in
talibus iudicijs non poteſt fieri congrua diuiſio,niſi diffinia
tur lis inter omnes,& idem eſt quando plures vellent pro ſuo
48 intereſſe comparere,vt ibi latè per eum. †Not.tertiò ex iſto
tex.ibi,ſi circa ea poſsit liberè variari,&c. ꝙ variatio prohi-
betur,ne locus ſit fraudi:quia ex variatione fraus præſumi-
tur ita ad hoc iſtum tex.alleg. Aret.& dicit nota.in l.eum qui
certarum.§.qui purè.col.pen.ff.de verbo.obl.& ideo propter
49 hoc iſtæ tex.diſponit† ꝙ citatio ſit certa in primo citatorio,
ne fraudulenter citatus in incerto vagetur,vt dicit Card.per
iſtum tex.in cle.fi.in v.nota.& in fi. vt lit.pen.& prius Lappus
alleg.viij.in fin.qđ de facili fieri poſsit ſi variatio permittere
50 tur,†& iſta variatio licet regulariter prohibita ſit in omni-
bus,in perſonis tamen eccleſiaſticis magis eſt deteſtanda,vt
tradunt Mod.in l.quoties.in iij.col.C.de rei ven.& eſt ad hoc
peculiaris tex.in cle.vnica.de renun.cum alijs ſimi.vt per Fel.
in c.olim.in ij.col.de re iud.& in c.ex parte decani.in vij.col.
ver.excipiuntur.de reſc.& vltra ipſum latiſsimè iſtam mate-
riam variationis proſequuntur quidã Mod. Bononien.in §.
his itaque.in glo.auertit.Inſt.de iuſt.& iur.& reaſſumit ma-
gis copioſè & ordinatè quidam Ferdinãdus Loazes Doctor
Hiſpanus in d.§.his itaque.in xv.col.cum ſeq.vbi in varijs ca
ſibus hoc ampliat,& limitat vt ibi per eum, quia vterque eſt
51 impreſſus.†Not.quartò ibi,ne locus fraudi, &c. ꝙ fraudibus
eſt obuiandum concor.tex.in c.ſedes.vbi Mod.ſupra eo.ti.&
iſtam regulam latè proſequitur Hipp. de Marſi.in ſing. ſuo
clxxvij.incip.Malitijs &c.Tu tamen vltra ipſos declara iſtud
procedere quando à iure reperitur facta expreſſa prohibitio
52 fraudis,aliâs non cenſeretur prohibita,†quia non ſemper
vbi lex non prohibet poſſumus fraudibus obuiare:vt in no-
tabili caſu declarat Soc.in conſi.cviij.incip.In hac conſulta-
tione.in iiij.col.ver.nec etiam obſtat.in j.vol. Gloſ.iij.ex iſta
glo.collige argumentũ ꝙ quando lex iubet actum eſſe facien
53 dum,puta intra decẽ dies,†aliâs ꝙ actus nõ valeat, nõ debet
computari ille dies,quo fit mãdatũ,vel impetratur reſcriptũ.
ad expediendũ illum actum probatur hîc. Nam Papa vult ꝙ
per iſtam clauſulam,quidam alij,tres vel quatuor non plures
poſsint



poſsint cõueniri,& tamen gl.hoc declarat debere mãdatum
intelligi præter expreſſos in reſcripto: quia illi nõ cõputatur
in numero.ita videtur dicendũ in propoſito ꝙ dies termini
datis ad id faciendũ,nõ debeat in termino cõputari, de quo
tamen vide gl.in c.j.ĩ.de excep.eo.lib.& in c.ſtatutũ.ĩ.de præ
ben.& in cle.ij.de app.Sed aduertẽdũ eſt, quia iſtud dictũ gl.
nõ videtur verũ neque iure probatũ,quia tex.hîc ſimpliciter
dicit ꝙ vigore clauſulæ,quidam alij tres vel quatuor conue-
niuntur,vnde intelligitur computata perſona debitoris, niſi
54 aliud appareat ſicut videmus,ꝙ quando lex facit mentionẽ
de duplo,vel quadruplo intelligitur cõputato ſimplo. ita di-
cit Bar.in l.hoc ædicto.§.j.per illũ tex.ff.de pub. ſequitur Iaſ.
cũ concor.in §.ſic itaque.in iiij.notab. Inſti. de actio. & eodẽ
55 modo videmus,†ꝙ in generali ſermone perſona loquẽtis cõ-
prehenditur,vt in l.Paulus.§.fi.ff.de pig.& l.ꝙ ſi nolit.§.j.ff.de
ædil. ædi. & l.ꝙ ſi ſuo.& l.antepe.ff.de in diẽ addic.cum con-
cor.vt per glo.in c.ſi verò.xxiij.q.v.& hoc maximè procedit
vbi de odio agitur:vt Ioan.Andr.dicit in regu. qui ſentit. de
56 reg.iur.in mercuria.† Non obſt.ꝙ dicebatur de die termini
qui non computatur in termino,quia reſpondetur illud eſſe
verum quando lex vlterius procedit declarando ne dies ter-
mini comprehendatur,vel ex verbis,& dictionibus hoc colli
gitur,ſecus verò eſt in dubio,quia dies termini bene in termi
no computatur,ita tenet Io.And.in c.quàm ſit.§.j.ſuper gloſ.
menſem.ĩ.de elect.eo.lib.quẽ ſequitur Phil.Fran.in c.j.in fin.
prin.ĩ.de reſti.ſpolia.tamen Ale.in l.Gallus. in princip.in v.
col. nume.12.ff. de libẽ.& poſthu. & Rochus Curtius in tra-
cta.iur.patr.in verbo honorificum.q.lij.& iſta eſt communis
57 opin.ſic ergo iſta gloſ.non eſt vera.Stat igitur concluſio,†ꝙ
iſta clauſula,& quidam alij,non comprehendit vltra qua-
tuor,inter quos reus expreſſus in reſcripto connumeratur.
Et aduerte quòd iſta concluſio de plano procedit in reſcri-
ptis,prout loquitur text.hîc, ſecus verò eſſet in alijs diſpoſi-
tionibus,vt puta in conſtitutione procuratorum, quia non
58 fiet tunc reſtrictio ad tres vel quatuor,†ſed generaliter pro-
curator recipit poteſtatem ſuper omnibus perſonis, & re-
bus in poſterum exprimendis,vt dicit Petr.de Anchara hîc.
Hoc tamen intellige & declara, vt latè per Felin. qui ſuper
hoc diſceptat in c.ſedes.in viij.col. verſi. quinta declaratio.
ſupra

ſupra eo.ti.itē aduertendum ꝙ diſpoſitio iſtius tex. procedit
quando clauſula ponitur cum expreſsione alicuius perſonæ:
ſecus autem ſi nullus reperitur expreſſus, ita tenet Ioā. And.
59 hîc, & ſequitur Feli.latè in c.ſedes.in vj.col.de reſcrip.†Secun
dò limitatur ꝙ tex.hîc,& glo.procedit quando perſonæ con
ueniendæ ſunt eiuſdē qualitatis cuius ſunt expreſsè per tex.
in c.ſedes.ſupra eo.& hoc dicat dictio alij, de cuius natura
60 eſt ſimilia expreſsis copulare,†non diſsimilia,glo.in l.ſi fugi
tiui.in ver.alia.c.de ſerui.fugi.cle.iij.ī.e.ti.vbi latiſsimè ſcri-
pſi poſt Imol.& alios cū quibus concordat Lud.Roma.in cō
ſil.xlij.in fi.& Alex.in conſi.lxxxvij.in ij.col.li.v.& ſecundùm
hoc ſi reſcriptum eſſet impetratum contra Titium & quoſ-
dam alios ſub illa clauſula,non poſſent cōueniri fœminæ cū
ſint diuerſæ qualitatis.arg.tex.in l.fi.§.cui dulcia.ff.de vi.tri.
oleoq; lega.Cuius contrarium tenet hîc Domi.& cōmuniter
docto.& idem Domi.in c.generali.in iij.col.ī.de electio.& li-
cet ſupra hoc videatur aliqua difficultas,per no.per Moder.
in l.ſi quis id quod.ff.de iu.om.iudi.in illa q.an maſculinū cō
cipiat fœmininū,de quo etiam per Deciū latè in l.ij.ff.de re.
iur.tamen in propoſito noſtro iſtud dictum Domi. videtur
verius,quia tex.in d.c.ſedes.procedit quando maiores perſo
næ conuenirentur diuerſæ qualitatis:ſecus verò de qualita-
te minori:vt dicit Abb.& Imol.in d.c.ſedes. dum volunt, ꝙ
ibi ponderatur ſolum diuerſitas in qualitate maiori vel gra-
uiori expreſsis,non in minori,& ideo volunt ꝙ expreſſo cle-
bitri iuris in effectu ſunt delegati,c.ab arbitris.ĩ.de off.dele.
pro ſecundo eſt doctrina Bart.in l.non diſtinguemus.§.item
ſi quis.de arbi.pro quo facit tex.in c.licet.de offi.ordiñ.& c.
cum aliquibus.ĩ.e. Octauò limita,non habere locum regula
iſtius text.in iudice delegato electo communi conſenſu par-
tium,quia coram tali non fit reconuentio,ita limitat Bar.in
authen.& conſequenter.in fin.verbis.C.de ſenten. ſequitur
Abb.in c.cùm dilectus.de arbit.& in c.j.de mu.pet.& ibi Pet.
de Anchar.ſibi contrarius:contrariam opinionem tenet idẽ
Pet.de Ancha.hîc in vltima co.& reprobat Barto.tribus ra-

tionibus:& eandem opiñ.latè defendit per quinque motiua An.Sicu.in d.c.j.in iij.col.quorum dicta refero in voce quid tenendum,teneo primam opi.cum Bart.quæ eſt cõmunis,vt patet ex numero Doct.in d.auth.& conſequenter.& in d.c.j. & illam opi.Bart.ſequitur Iaſ.in l.eſt receptum.in fi.ff.de iur. om.iud.& Soci.in tract.regu.regula cccxxxij.in xiij.limita.& hodie ſum eam latius diſputaturus cum collega meo in circulis,propterea non me amplius extendo. Nonò fallit corã delegato qui non poteſt niſi in certa parte cognoſcere ſecũdùm Bal.hîc,& Benedict.qui alleg.Spec.in ti.de reconuẽ.§.j. verſi.quid ſi conuenis.& §.ij.ver.ſed nunquid. Decimò fallit quando quis eſt conuentus poſſeſ.nam non poteſt reconuenire,vt tenet Inno.in d.c.j.& no.in c.fi.de ordi.cog.& Ab. & Moder.in d.c.j. Vndecimò fallit in conuento criminaliter qui ciuiliter reconuenire nõ poteſt,vt no.in l.fi.c.de ord. cogni. Duodecimò fallit in conuento in cauſa ſummaria, quia nõ poteſt reconuenire in cauſa ordinaria, vt dicit glo. in verbo,voluerit.in cle.ſæpe.de verbo.ſig.tenet Bal.in l.j.c. vbi cau.ſtat.ſed Georg.Natam in repe.d.cle.ſæpe.§.non ſic. tamen in glo.ſuper verb.exordium.in ij.col.tenet contrariũ, & dicit ꝙ communis opi.eſt ꝙ habeat locum recõuentio,& ideo pro vera reſolutione iſtius articuli diſputandi hodie in concurſu collegæ videatis eundem Georg.ſuper glo.in dicto verb.voluerit:qui ampliat & declarat iſtam limita.in quibus caſibus procedat,& reaſſumunt Mod.poſt Abba. in d.c.j.& Soci.in conſi.lxxxviij.co.viij.lib.j. Decimotertiò fallit ſecũdùm Benedi.hîc in offerente ſe liti,quia nõ poteſt reconuenire,arg.not.in c.inter.de pact.Sed tu conſydera ſi iſta limitatio eſt vera,quia poteſt confundi ex adductis ſuperius in viij.limita. Decimoquartò fallit in cõuento ad depoſitum, vt in l.fi.c.de cõpen.rationem vide per Bar.in l.cûm is.§.j.ff. de condi.indeb.hoc tamẽ declaratur,vt per Bal.in l.ſi quis.c. depoſi.vt refero in voce,& iſtam limi.ſequitur Abb.in d.c.j.

Decimoquintò fallit in negotio inquiſitionis,vt not.Inn. & alij in d.c.j.& in rubri.& ſic facio finem. Addatis plures alias limitationes ad regulam iſtius tex.præter iſtas quas ponit Soci.in regu.cccxxxij.vbi xviij.modis limitat iſtam regu. Glo.proceſſus. ponit vnam regulam ad quam quotidie allegantur,videlicet,ꝙ vbi lex procedit vlterius annullando cõ-





ſenſus partium nihil operatur.Imò nec actus iudicis procedentis ad vlteriora,& ſe iudicem declarantis: quo ad primũ dictum concordant glo.in c.j.ſupra eo.& in c.ſtatutum.j.eo. & iſtam glo.not.Feli.in c.cûm acceſſiſſent.in iij.col.de cõſti. vbi notabiliter limitat & declarat, & Ro.not.cccxliij.dictum Papæ.cum ſexcentis ſimilibus:vt ibi congerunt apoſtillatores,& ad hoc idem iſtam glo.notat idem Fel.in c.olim.de exceptio.col.j.& iſtam gloſ.ad hoc etiam not.Iaſ.in l.vniuerſa. in iij.col.c.de preci.Impera.offer.& in l.pacta quæ contra.c. de pact.& quantum ad ſecũdum dictum idem Feli.meminit de iſta gl.Et per iſtam cum laude Dei poſtquàm etiam vobis ita videtur,ſit impoſitus finis huic decreta.& elapſis iſtis repentinis vacationibus faciam tranſitũ ad capitulum, Statutum.j.eodem.

## C. STATVTVM.

1 *Appellatione ſtatuti comprehenditur etiam ius commune.*
2 *Verbum ſtatutum,propriè ad inferiores pertinet,& à iure cõmuni diſtinguitur:conſtitutio dicitur propriè,quam facit princeps. ibidẽ.*
3 *Per clauſulam non obſt.ſtatutis,non cenſetur ſublatum ius commune.*
*Io.And. in Ro.curia publicè fuit reprehenſus de quadam opi. ibidem.*
4 *Papa vlterius procedit ſe declarando,dum ſe refert ad conſtitutionẽ per ſe æditam.*
5 *Statutũ attẽta perſona loquẽtis nõ poteſt niſi de iure cõmuni intelligi.*
6 *Appellatione ſtatuti abſolutè ius commune non comprehenditur.*
7 *Renuncians omni iuris auxilio non intelligitur renunciare beneficio ſtatuti.*
8 *Verba debent intelligi ſecundùm qualitatem perſonæ.*
9 *Correctionis ſui ipſius legitima cauſa eſt quando illud quod quis conſtituit tendere ad noxam incipit.*
10 *Solus Papa poteſt limitare,tollere, & interpretari ſtatuta concilij.*
11 *Doctori licitum erit ſuum conſilium in melius reformare.*
12 *Qui conantur ſuſtinere errorem ſuum incidũt in plura incõueniẽtia.*
13 *Corrigere ſeipſum ſuperior,aut errorem ſuum de facili agnoſcere nõ debet ne contemnatur eius authoritas.*
14 *Qui poſitus eſt vt aliorum errores corrigat verecundius videtur ſi in eo ipſe corrigendus inueniatur.*
*Error maiorum facilius trahitur in exemplum.ibidem.*
*Intellectus c.iij.de autho.& vſu pal.ibidem.*
15 *Conſilium deciſiuum quod dicitur.*
15 *Conſilium deciſiuum reuocari non poteſt, quando per illud acqui-*

ſitum eſt ius parti.

17 Perſonatus non eſt dignitas.declarans,vt ibi.

18 Aliud eſt dignitas,aliud perſonatus,& aliud officium.

19 Cauſæ à ſede Apoſtolica an debeant cõmitti habentibus primiceriatũ.

20 Canonicus non dicitur habere dignitatem.

21 Dictio ſiue,diſiunctionem importat.

22 Dictio ſeu,inducit argumentum & paritatem.

23 Alternatiuè pars vna per aliam declaratur.& nu.43.

24 Dignitas tanquàm genus comprehendit ſub ſe multas ſpecies.

25 Canonicatus in eccleſia cathedrali eſt nomẽ maximi honoris & præeminentiæ.

Canonicatus quo ad quid dicitur dignitas.ibidem.

26 Canonicus vt fieri delegatus poſsit requirit vt ſit in ætate xx. anno.

27 Canonicus minor xx.an.ex certa ſcientia Papæ poſset eſſe delegatus.

28 Verba cum effectu debent intelligi.

29 Quo ad effectũ delegationis nõ inſpicit exercitiũ dignitatis,ſed nomẽ.

30 Conſuetudo ſtante quòd dignitas non conferatur niſi canonico,canonicus ſine præbenda illam habere poterit.

31 Tex.in c.licet canon.de elect.quanuis ſit pœnalis, verificatur tamen in habentibus parochialẽ habitu & nomine tantùm,licet nõ actu.

32 Monachus effectus canonicus eccleſiæ cathedralis an poſsit eſſe delegatus.

33 Monachi poſſunt dici canonici.

34 Canonici dicuntur à canone,& canon idem eſt quòd regula,dans certam normam viuendi.

35 Religioſus obtinens prioratum poteſt eſſe delegatus Papæ.

36 Monachi prohibentur eſſe procuratores.

37 Mulieribus procuratoris officium prohibitum eſt.

38 Diſpoſitio loquẽs de habẽtibus dignitatẽ nõ debet extẽdi ad nõ habẽtes.

39 Extenſio non prohibetur habere locum in caſu in quo eſt minor ratio.

40 Canonicatus largo modo comprehenditur appellatione dignitatis.

41 Qualitas quæ eſt in conſtitutione relata cenſetur repetita in conſtitutione referente.

42 Qualitas adiecta non debet reſtringere diſpoſitionem præcedentem.

43 Vna pars alternatiuè per aliam debet declarari,ſupra numero 23.

44 Quando in vno actu duæ concurrunt rationes quarum altera nocet, alia verò prodeſt, cauſa illa quæ nocet debet attendi.

45 Monachi prohibentur iudicare.

46 Illa qualitas debet conſyd erari, quæ magis fouetur à iure communi.

47 Statutum vel diſpoſitio generalis non comprehendit perſonas qualificatas. Et vbi loquitur de homicidio non habebit locum in homicidio qua-



dio qualificato.nu.48.

49 Monachi & religioſi in dubio præſumuntur iuris ignari,& potius cõtemplationi intendere debent quàm actioni.

50 A contemplatiua vita recedi poteſt propter maiorem vtilitatem rerũ eccleſiaſticarum.

51 Singula quæ non proſunt multa collecta iuuant.

52 Quando Papa ex certa ſcientia committeret monacho cauſam,ſiue ſit canonicus,ſiue non,poterit eſſe delegatus etiam ab inferiore.

53 Papa ex certa ſcientia poſſet cauſam ſpiritualem laico committere.

54 Multa per nos non poſſumus quæ cum adiuncto licent.

Inquiſitores poſſunt eſſe etiam non habentes dignitatem.ibidem.

Monachi poſſunt eſſe commiſſarij in extraiudicialibus,etiam ſi dignitatem non habeant.ibidem.

55 Iudicialia & extraiudicialia pariſicantur.

56 Inhabilitas vnius ſuppletur per habilitatem alterius.

57 Cauſæ à ſede Apoſtolica debent committi in locis vbi copia peritorum poſsit haberi.

Vbi eſt copia peritorum præſumuntur cauſæ melius decidi.ibidem.

58 Clauſula in fine poſita refert ad oĩa præcedentia quomodo intelligit.

59 Regula quòd vna determinatio reſpiciẽs plura determinabilia,&c.

60 Delegatio Papæ debet fieri per literas,ſecus in delegatione vnius cauſæ factæ per Epiſcopum.

Subdelegatio facta à delegato Papæ per teſtes probari non poteſt.ibi.

Tranſumptum ab originali,in quibus caſibus probat.ibidem.

61 Quando cauſa committitur exiſtente in dignitate in dubio cenſetur ſibi commiſſa iuriſditio in eo loco vbi habet dignitatem,non autem in loco vbi reſidet.

62 Actus agentis debet interprætari ſecundùm eius voluntem,& diſpoſitionem iuris.

Dignitas quæ requiritur in delegato Apoſtolico, requiritur etiam in ſubdelegato.ibidem.

63 Subrogatus ſapit naturam ſubrogati.

64 Delegatio facta ſimplici clerico eſt exorbitans tribus rationibus.

65 Priuilegiũ nõ. tranſit de perſona ad perſonã etiam ex idẽtitate rõnis.

66 Simplex clericus cui Papa ex certa ſciẽtia cauſam delegauit,an poſſit alteri clerico non habenti dignitatem cauſam ſubdelegare.

67 Doctoratus dicitur eſſe dignitas.

68 Dignitates eccleſiaſticæ dicuntur quæ habẽt nomen à iure expreſſum.

69 Doctor exiſtens Patauij habens tamen dignitatem alibi vtrum ſit capax delegationis.

70 Doctor licet non poſsit eſſe delegatus,quia non habet dignitatẽ, tamẽ

 ſi legerit

ſi legerit per xx.ann. poterit illi cauſa delegari à ſede Apoſtolica.
71 Arbitri iuris cenſentur delegati.
72 Delegatus etiam in dignitate minori maior reputatur quocunq; alio maiorem dignitatem habenti.
73 Delegatus poteſt etiam citare Cardinalem.
74 Iudex maior poteſt ſe minori ſubijcere.
75 Executores ſunt meri iudices.
76 Quod principaliter ſit illud debet attendi, non autem ea quæ in conſequentiam.
77 Clauſula vocans vocantis, facit de executore iudicem.
Commenda non eſt propriè dignitas.ibidem.
78 Vicarius non dicitur habere dignitatem.quod declara vt hic.
79 Diſpoſitio loquens de dignitatibus non habet locum in illis quæ ſunt ad nutum reuocabiles.
80 Paria ſunt aliquid eſſe perpetuum aut temporale, & poſſe eſſe perpetuum, declarando vt ibi.
Committi poteſt cauſa cauſa à principe de iure ciuili non habenti dignitatem.ibibem.
81 Qui eſt in inferiori gradu iuriſditionis reſpectu ſupremi gadus priuatus dicitur.
Intellectus l.ſi.ff.de offi.eius.ibidem.
82 Cauſa matrimonialis poteſt commtiti inferiori ab Epiſcopo exiſtenti in dignitate.
Cauſa temporalis laico poteſt committi à Papa, licet non habeat dignitatem.ibidem.
83 Clerici à cauſis temporalibus alieni eſſe debent.
84 Inconueniens eſt, quòd perſona vilis, & ſine dignitate repreſentaret principem.
Legatus poteſt committere cauſam non habenti dignitatem, vt vicario.ibidem.
Imperator an poſsit cauſam committere Sacerdoti dignitatem nō habenti.ibidem.
Primicerius, an ſit in dignitate.ibidem.
85 Eſſe iudicem eſt habere publicum officium.
86 Iudæi prohibentur ab omnibus honoribus & dignitatibus.
Iudæus non poteſt eſſe medicus principis, neq; coquinus.ibidem.
Nouiter conuerſus, an poteſt eſſe delegatus.ibidem.
Intellectus c.conſtituit.xvij.q.iiij.ibidem.
87 Cauſæ à ſede Apoſtolica, vtrum poſſunt committi exiſtentibus in dignitate, vel perſonatu in alia eccleſia quàm cathedrali.
Locus inſignis præſumitur habere viros peritiores.ibidem.





88 Plus eſt eſſe conſeruatorem quàm delegatum.
Regula quòd clauſula in fine appoſita referat ad præcedētia limitat.
89 Sanctio ꝓpriè dicit cui adijcit pœna, & ibi quō differat à cōſtitutione.
90 Annullatio actus non eſt propriè pœna.
91 Plures conſtitutiones etiam non pœnales ſanctiones dicuntur.
92 Reformatio dicitur quando aliqua diſpoſitio non in totum tollitur, ſed pro parte corrigitur, & reformare eſt nouam formam dare.nu.94.
93 Quod ſi poteſtas datur alicui vt reformet ſtatuta nō videtur data poteſtas vt in totū illa tollat, & ibi quot modis capiatur reformatio.
95 Sublatis ſtatutis reformationes etiam tolluntur.
96 Appellatione dignitatis venit omnis præeminentia eccleſiaſtica.
97 Verbum dignitas, habet ſe vt genus generaliſſimum ad omnia miniſteria eccleſiaſtica.
98 Species ſeparata à genere reſtringit ipſum genus.
99 Nullus poteſt obtinere dignitatem, niſi in xxv.anno.
100 Dignitas poteſt in xx.anno diſpenſatione obtineri.
101 Quæ diſpenſatione principis acquiruntur videntur impoſsibilia.
102 Iura in dubio adaptantur ad ea, quæ frequenter accidunt.
103 Facta non præſumuntur, niſi probentur.
104 Cōſtitutio declarās intelligitur in terminos cōſtitutionis declarare.
Tex.in l.quidam.ff.de re iudi.declaratur.ibid.
105 Diſpēſatus in vno nō cenſetur diſpēſatus quo ad cōſecutiua ſeparata.
106 Diſpenſatio videtur reſpectu acceſſorij tollere obſtaculum per quod illud acceſſorium expediri non poterat.
107 Verbum officium, eſt latiſsimum, comprehendens omnem præeminentiam eccleſiaſticam.
108 Officia perpetua differunt à canonicatu.
109 Licet canonici eccleſiæ cathedralis poſſunt eſſe delegati, non tamen poterunt eſſe conſeruatores.
110 Quando duo ſunt æquiparata in materia diſpoſitio poſtea loquens de vno habet locum in alio niſi expreſsè excipiatur.
111 In materia ocioſa nō prohibetur fieri extenſio ad caſum qui lato ſumpto vocabulo poteſt comprehendi.
112 De ſtylo Roma.curiæ committitur cauſa potius duobus quàm vni, & tribus quàm duobus.
Declaratur tex.in c.cum viginti.de offi.deleg.ibid.
112 Ex duobus iudicibus ſi alter eſt inhabilis nō poteſt procedere cū habili.
114 Differentia eſt inter verbum ſufficere & requiri.
115 Teſtis per exceptionē conuictus de crimine nulla pœna debet puniri.
116 Qualitas prærogatiuās an debeat adeſſe tēpore datæ vel vacationis.
217 Qualitas adiecta verbo debet adeſſe tempore verbi.

118 *Qualitas habens reſpectum ad effectum debet adeſſe tẽpore effectus.*
119 *Auditor Rotæ quocunq; tempore fiat vtitur priuilegijs antelationis.*
120 *Auditor creatus tempore vacationis & non tempore datæ expectatiuæ vtitur priuilegio ne teneatur ad diligentias.*
121 *Legatorum tres ſunt ſpecies.*
122 *Verba ſimpliciter prolata de digniori intelliguntur.*

STatutum. Iſta decretalis famoſa
eſt,& clauis totius materiæ
reſcriptorum & delegatorũ, ideo
plenius eius materiam attigemus, quan
tum ad pertinentia textuum:& glo.diui
detur in §.prout not.communiter Doct.
faciunt vt commodius ſingulæ quęque
partes quæ materiam ſeparatam continent perſcrutentur,&
intelligantur.Hoc principium diuiditur,& ſummatur vt hîc
per Domi.quem vt plurimum imitabor. Nota primò ſecun-
1 dum Domi.& Moder.hîc ꝙ†appellatione ſtatuti comprehẽ-
ditur etiam ius commune,ex quo infertur, quod reſcriptum
tollens ſtatuta contraria,tollet etiam ius commune.Licet ex-
preſsè non dicat de iure communi, cùm ſtatutum ſit aptum
etiam apprehendere ius commune. Ita dicit Domi.hîc cum
quo poſteriores tranſeunt,adde pro iſta opi.Bal.in l.illa inſti
tutio.in fi.ff.de hæred.inſti. cum alijs quæ Socin. adducit in
conſi.lxxxj.In præſenti cõſultatione.iij.col.lib.j. faciunt etiã
quæ idem Soci.ſcribit in conſi.cliij.Pulchra & ſubtilis.in vj.
col.lib.ij.& iſtã opin.expreſsè tenet idem Domi.in c.j.§.quod
ſi appellatur.per illum tex.in iiij.no.ĩ.de app.& Iaſ.in l.ſi cre-
ditori.in ij.col.nu.5.de leg.j.Car.in c.j.per illum tex. de cõſtit.
& ſequitur ibi And.Sicu.& Decius in iij.not.Et quod dictum
eſt de ſtatuto,videlicet ꝙ eius appellatione ius cõmune com-
prehenditur:idem dicendum eſt econtra vt appellatione iu-
ris omnis etiam ſtatutum comprehendatur,vt notabi. tradit
Bal.in l.j.in ij.col.c.de confeſ.& iſta eſt cõmunis opi.vt patet
ex adductis per Mod.in l.pręſcriptione.in iiij.& v.col.c.ſi cõ-
tra ius,vel vti.pub. Sed tamẽ diligenter cõſyderãdũ eſt, quia
iſtud dictũ Domi.quod cõmuniter approbatur non videtur
2 verũ, ex eo quia hoc†verbũ ſtatutum propriè ad inferiores
pertinet,& in hoc à iure cõmuni diſtinguitur, ſi conſtitutio
propriè dicitur illa quã facit princeps,vt de primo, eſt caſus
in c.



in c.j.& ij.ſupra titu.proxi. De ſecundo eſt text. ad literam in
c.conſtitutio.ij.diſt.& tradunt Mod.in c.j.extra eo.ergo iſtud
dictum non eſt verum,ſuadetur hoc per dictum notabile do
mini de Rota in deciſi.iij.incip.Si ſtatutum.in tit.de reſcri.in
ij.col.in nouis,vbi notabiliter concludunt,ꝙ†per clauſulam
3 non obſtantibus ſtatutis,non cenſetur ſublatum ius commu
ne. Ergo manifeſtè apparet,ꝙ appellatione ſtatuti nõ com-
prehenditur.Et illam deciſi.Rotæ ſequitur Domi.ſibi cõtra-
rius in c.ei cui.iiij.col.& c.ſi pro clericis.in j.col.ĩ. de præben.
eo.lib.& reaſſumunt latè Fel.in c.nonnulli.in xxix.col. verſi.
nona concluſio.de reſcrip.cum concor.ibi per eum adductis,
quibus adde Iaſ.in l.omnes populi.in j.col.in lectu.ff.de iuſti.
& iur.facit quod dicit Alex.in cõſi.j.in iiij.col.in iiij.vo.prius
hoc tenuit Pe.de Ancha.in conſi.xx.Viſo prædicto.& Albe.
in j.parte ſtatutorum,q.cxlvij.incip.Statuto.col.fi.vbi repre-
hendunt glo.Io.And.in d.c.ei cui.qui tenebat contrarium &
dicit ꝙ cùm Io.And.fuiſſet in Ro.Cu.publicè fuit reprehen-
ſus de illa opi.quam poſtea,cùm verũ reprehẽderetur à Car-
dinali ſancti Euſebij, & alijs ibi aſtantibus, profeſſus fuit ſe
in ſcholis opinionẽ prædictæ gl.reuocaſſe.Ita ibi dicit Albe.
latius hoc narrans.Patet ergo per iſta,ꝙ opinio Gemi.neque
4 eius illatio hîc nõ poteſt procedere.†Non obſt.iſte tex. quia
Papa vlterius procedit declarando,dum ſe refert non ſolùm
ad conſtitutionẽ per ſe æditam,ſed ad conſtitutionẽ Grego
5 rij,†& ideo illud verbum ſtatutũ, attenta perſona loquentis,
& ſecundùm ſubiectam materiam non poteſt niſi de iure cõ-
muni intelligi.arg.l.plenum.§.equitij.de vſu & habi. Per hoc
6 tamẽ nõ infertur illud eſſe generaliter & abſolutè†verum,ꝙ
appellatione ſtatuti,ius cõmune cõprehendatur, cùm diffe-
rant ſpecie,& habeãt diuerſam cauſam productiuã. Vel po-
teſt dici,ꝙ iſte tex.nõ probat,ex eo quia ſtatutum,de quo hîc
fit mentio,nõ erat ius cõmune,ſed extrauagans quæ nõ repe
ritur.arg.c.paſtoralis.de fid.inſt.vt hîc dicit gl.j.& eodẽ mo-
do reſoluitur tex.in d.c.j.de app.vt patet ex dictione hoc, ibi
poſita,quæ eſt demonſtratiua ſubiectæ materiæ,vt no. Bart.
in l.j.§.j.ff.de no.ope.Neque etiã illud ſatiſfacit,ꝙ appellatio-
ne iuris cõmunis,etiam ſtatutũ comprehendatur, cùm cõtra
hoc ſit deciſio expreſſa Bal.in l.ſed & ſi quis.§. quæſitum.in
7 vlti.col.ff.ſi quis cau. †Vbi vult, ꝙ qui renunciat omni iuris
auxilio,

auxilio,non intelligitur renũciare beneficio ſtatuti:ergo ap-
paret ſtatutum non comprehẽdi appellatione iuris,& eſt pro
opinio.Bal.tex.in c.j.ſupra tit.proxi. Et ideo, vt omnia iſta
reſoluantur,conſyderandum eſt,ꝙ aut iſta dictio, ſtatutum,
profertur à lege,& tali caſu hoc verbum in dubio in lege po
ſitũ de iure cõmuni intelligetur, niſi ex relatione legis aliud
appareret,aut profertur ab homine,& tunc,aut ille homo po
teſt facere legem communem,vt Papa,& Imperator,& idem
dicendum eſt,aut non poteſt facere legem communem,& ta
li caſu,illud verbum intelligitur de iure municipali,nõ com-
8 muni,attenta perſona proferentis.†Quia verba debent intel
ligi ſecundùm qualitatem perſonæ,c. & ſi quæſtiones. de ſi-
mo.Bar.in l.ſi quis in principio.in ij.col.de leg.iij.& ita intel
ligitur quod dicit Bald.in c.cùm veniſſent.de eo qui mit.in
poſ.cau.rei ſeruan.Dum dicit ꝙ ſi Rex Angliæ facit mentio-
nem de iure,intelligitur de iure Anglico ſecundùm qualitatẽ
perſonæ loquentis:tenet Deci.in c.licet.de probatio. Quo ad
ſecundum principale dictum,videlicet,an appellatione iuris
comprehendatur ſtatutum, ita videtur concludendum, aut
hoc verbum ius,profertur à lege,& tunc illud verbum ius,de
iure communi,tanquam digniori intelligitur,& ſic ſtatutum
non comprehenditur,niſi aliter verba ſuum nõ poſſent ſor-
tiri effectum,aut verò appellatio iuris ſit ab homine,vt ſolet
fieri in commiſsionibus hominis quibus mandatur,vt iudex
iuſtitiã faciat,ſecundùm ius tali caſu non excluditur ſtatutũ
& conſuetudo:per tex.in c.iij.de eo qui mit.in poſſeſ.cau.rei.
tradet Alex.in l.poſt dotem.col.antepen.ff.ſol.mat.& Pau.de
Caſt.in l.conſtitutiones.circa fin.c.de bonis quæ libe.& latè
Mod.poſt Abba.in rubri.de conſuetu.& in c.licet cauſam. de
probatio.& aliquando dixi in rub.Inſtitu.de actio.cum mul
tis aggregatis per Moder.Hiſpanos in titu.Inſtitu.de iuſtitia
9 & iure.fol.9. †Nota ſecundò ex iſto textu, quòd illa eſt iu-
ſta & legitima cauſa,vt legiſlator ſe ipſum corrigat, quando
illud, quod fecit tendit ad noxiam. Ita notant Petr. de An-
chara.& Geminia.hîc,quia tali caſu melius eſt quòd legiſla-
tor ſe ipſum corrigat, quàm quòd ab alijs corrigatur, vt di-
cit tex.notabi.in §.ij.in authen.de nup.colla.iiij.& in authen
10 ti.vt fratrum filij.in princip.†& propter iſtam rationem ſo-
lus Papa poteſt limitare,tollere,& interpretari ſtatuta cõſilij,
vt inquit



vt inquit Abbas in c.ſignificaſti.in vij.notabili,de electio.Et
ſi hoc procedit in legiſlatore, facilius alij inferiores priuati
11 poterunt dicta ſua melius componere, † & ita doctori licitũ
erit ſuum conſilium in melius reformare,vt notat Ange.in l.
Labeo.in fi.ff.de ſerui.ruſtic.prædio.& ante ipſum Bald.in l.
fina.§.ſed cùm in ſecundam.in fi.c.de furtis. & in c.ne inni-
taris.in fine de conſtitutio.Pro quo facit optimus tex.in l.di-
ui.ff.de iure pa.per quem text.ſæpius Andr.Sicul.ſe ipſum à
varietate excuſat,vt patet in repe. rubricæ.c.qui admitti.in
viij.col.& in tracta.de præſtan.Car.in ij.q.ij.partis,& in con
ſil.j.fo.7.& conſi.x.in princip. & in conſi.lxiiij.incip. Scribit.
col.ix.in j.volu.& alibi ſæpe.& idem facit Alexan.in conſi.lv.
Perſpectis.in xiiij.col.in princip.& iſta ratione diuus Augu-
ſtinus libr.retractationum fecit,vt dicit Bal.in d.c.ne innita-
ris.& hac etiam de cauſa Bar.mutauit aliquando opi. quam
alibi tenuit,vt patet in l.ſi pater.c.de inſti.& ſubſti.& in l.qui
Romæ.§.duo fratres.in iij.q.ff.de verbo.oblig. & dicit Felin.
in c.ex literis.in iiij.col.de conſti.quod Anto. de Butri.corre-
xit ſcripta ſua,propter argumentum ſibi factum in ſcholis à
12 Dominico,quod facit contra illos,†qui pertinaciter conan-
tur ſuſtinere errorem ſuum,& incidunt in plura inconueniẽ-
tia,vt dicit Abb.in c.qualiter & quando.el j.per illũm tex. de
accuſa. Iſta tamen quæ de correctione dicuntur,procedũt
in caſibus,in quibus quis conuictus non fuiſſet, ſed de faci-
li poſſet conuinci, & ſic procedunt in correctione occulta,
quam prudens facere debet. Nam ſe ipſum emendare & di-
cta in melius mutare magnæ ſapientiæ exiſtimatur, vt dicit
tex.in c.magnæ.xxij.q.iiij.eſt bene verum ꝙ iſta non habent
locum in præſidentibus & ſuperioribus aliorum.qui ſi ſub-
ditos ſuos caſtigant aut reprehendunt, licet hoc aliquando
13 minus iuſtè faciant.Non propterea † ſponte debent errorem
ſuum de facili agnoſcere,ne ab eorum ſubditis ſub hoc præ-
textu contẽnatur eorum authoritas,vt dicit tex.expreſſus in
c.quando.lxxxvj.diſt.facit d.c.qualiter.& tenẽt Archi.&Pet.
de Ancha.hîc.Accedit quod de Auguſto dicunt Sextus Au-
relius in eius vita,& Valer.Max.de inſti.antiq.Sed iſta proce
dunt,vt dixi in ſuperiore,vt patet in d.c.quando.qui licet diſ
ſimulare debeat errorem ſuum propter prædictã cauſam nõ
tamen propter hoc ei licet illum pertinaciter defendere, vt
tradit

tradit d. Anto.& Imo.in c.ab excõmunicato.de reſcrip.& la-
tius Moder. Hiſpani Inſti.de iuſti.& iur.§.his itaq;.vbi Mo-
der.Bononien.latius diuagantur, ſed modus habendus eſt,
iuxta tex.in c.j.de offi.cuſto. Nam, vt dictum eſt in principe
& ſuperiore,de quibus prædicta iura loquuntur facilius hoc
14 permittitur:†quia poſiti ſunt,vt aliorum errores corrigant,
vt dicitur in d.c.qualiter. & magis verecundum videretur ſi
in eo in quo corrigunt & caſtigant alios ipſi correctione di-
gni inueniantur,propterea principes cauto,eſſe oportet, ac
in rebus agendis moderatos & prouidos,quia error eorũ faci
le trahitur in exemplũ,vt dicitur in c.magnæ.de voto.Quã-
obrem illis permittitur vt ſe exonerando ab errore,alios one
rent,vt dicit tex.notabilis in c.iij.de auth.& vſu pa.& in d.c.
quãdo.quem tex.ad hoc ponderat Feli.in d.c.qualiter. Ta-
men aduertendũ eſt,quia tex.in d.c.iij.non videtur probare
illud ad quod Feli.allegat:nam merito ibi error Legato im-
putatus fuerat,à Papa,quia ille ſolus Legatus peccauerat:nõ
tamen tex.dicit ꝙ Papa in aliquo errauit,quia ſi erraſſet lici
tum nõ eſſet in alium culpam ſuam reijcere: exemplo Daui-
dis qui cùm cederetur populus ab Angelo dixit: *Ego ſum qui
peccaui,ego iniquè egi,iſti qui oues ſunt quid fecerunt,vertatur obſe-
cro manus tua contra me,&c.* vt habetur ij. Regum c.xxiiij.&j.
Parali.c.xxj.nec tex.in d.c.ſi quando. in hoc aduerſatur. Et
quod dictũ eſt de mutatione conſilij doctoris,procedit, niſi
conſilium illud deciſiuum fuerit,vt dicit Bal. quẽ ibi Moder.
referunt in c.mutare.infra de re.iur.ſequitur Decius in l.ædi
ta actio.in iij.col.C.de æden.& in.l.j.§.ſi quis.ff.ꝙ quiſq; iur.
Et prius hoc dicit Barba.in conſil.vj.incip. Illud.col.ij.in iiij.
volu.& ſequũtur Moder.in trac.nuptiali.fo.115.in prima col.
15 † Sed quid ſit conſilium deciſiuũ ipſi non declarant, ſed re-
perio quendã Moder.cuius dicta licet non ſint impreſſa, nõ
tacebo in l.ſi pater.in fi.C.de inſti.& ſubſti.hoc declarare.Di-
cit enim ꝙ conſiliũ deciſiuum dicitur illud quãdo aliquis in
ſcriptis conſulit,& ſub ſigillo in cauſa in qua nullã affectio-
nẽ gerit,niſi ſolùm quia fuit requiſitus vt cõſuleret. Nã iſtud
tale conſiliũ mutari non poteſt. Secus verò quando doctor
conſuleret in cauſa,in qua eſt aduocatus,quia tali caſu vide-
tur ꝙ poſſit reuocare, quia fortaſſe propter nimiã affectio-
nem ad cauſam potuit decipi,& propterea eſt ſuſpectus,pro
quo



quo faciunt ea quæ dicit Bar.in l.deferre.ff.de iu.fiſ. & Mod·
omnes in c.poſtremo.extra de appella.& ita prædict.Moder.
tranſeunt,licet nõ ita dilucidè declaret. Sed tamen iſtud di-
ctum Moder.nõ probatur aliqua authoritate iuris,ideo non
eſt tenendũ,quare ego dico ꝙ cõſiliũ deciſiuũ eſt illud quod
doctor facit requiſitus,vel à iudice, vel à parte, ſed inter eſt,
quia ſi à iudice petatur,in illo cõſilio iura alleganda nõ ſunt
quia æquipollet ſententiæ in qua iura non allegantur, ſecus
verò ſi à partibus conſilium deciſiuũ petatur,quia in tali cõ
ſilio iura alleganda ſunt:vt docet Io. An.in c.ſicut.de re iudi.
& ſequitur Abb.in conſi.xxj.incip.Saluatoris noſtri.in prin.
in ij.volu.Et licet idẽ Abb.in d.c.ſicut.in fi.teneat contrariũ,
cum quo videtur cõcordare Feli.in c.& ſi quæſtiones. de ſi-
mo.in prin.Nihilominus opi.Io.And.cõmuniter tenetur, cũ
quo tranſit Corneus conſi.cxxxvij.Viſis ſcripturis.in prin.li
bro j.Ex quibus omnibus manet concluſio firma ꝙ licet do-
ctor poſſit conſiliũ ſuũ corrigere,& in melius emendare,illud
non habet locũ in cõſilio deciſiuo. Sed iſtud dictũ de cõſilio
deciſiuo adhuc morderi poteſt,ex eo quia ratio iſtius tex.re-
fragatur.Nã ſi conſiliũ deciſiuum tendit ad noxã & eſt erro
neũ:non video quare etiã reuocari non poſsit, vt hîc reuo-
catum fuit ſtatutũ.Imò dico,ꝙ ſi conſilium tali caſu non re-
uocaretur,eſſet peccatũ,quia eius contrariũ ſalua conſcien-
tia fit:vt Socinus in quadã cauſa fecit,cuius factũ Decius re-
fert in l.precibus.in ij.col.C.de impu.& alijs ſubſti. Præterea
contra illud dictũ videtur eſſe caſus in l.diui.ff.de iur.pat.&
16 ideo ego putarẽ ꝙ†cõſilium deciſiuum reuocari non poſsit,
quando per illud eſt acquiſitum ius parti,ex cuius reuocatio
ne damnum ſentiret. Secus verò quando res eſſet integra,
vel aliqua vrgens cauſa reuocationem ſuaderet. Iſta pro-
bantur in ſimili per bonum text.in c.quamuis.ꝭ.de procu-
ra.eo.lib.& ſecundũ iſtã diſtinctionẽ poteſt intelligi & decla
rari dictũ Imo.in c.ad audientiã.de homi.& quæ tradũt do-
cto.per illum text.in c.ex literis.de exceſ. præla. cum concor.
17 quæ adducit Feli.in c.ſicut dignum.de homi. † Nota tertiò
arg.ꝙ perſonatus non eſt dignitas, quod manifeſtè hîc pro-
batur,ex dictione aut,quę inter diuerſa ponitur,ita hîc trãſ-
eunt cum Domi.poſteriores. Adde quòd iſtam eandem opi.
tenet Domi.in c.j.§.hæc autem.in j.notabi.per illum tex.ꝭ.de
elec.&

elec.& in c.vt circa.in prin.in iij.not.eo.tit.& in c.j.in iiij.not.
ĵ.de æta.& qualita.& in c.ordinarij.in ij.not.ĵ. de offi.ordi-
narij.& in c.fi.in iiij.not.& in §.fi.eo.tit.& in c.ij.ĵ.de præbẽ.
& in c.quia ſępe.in princ.& in c.ſi is cui.in prin.eo.tit.in om-
nibus iſtis locis tenet Domi.ꝙ perſonatus & dignitas diffe-
runt & audeo hoc affirmare, ꝙ in tota lectu. Domi. non eſt
alius locus in quo de iſto tex.meminerit ad iſtum propoſitũ,
quàm in iſtis allegatis,vt curioſus poterit re ipſa experiri.&
idẽ quod Domi.tenuit primò Imo.in c.quia nonnulli.de Iu-
dæ.Card.cle.ij.ver.quintò nota. de iudi. & in cle.j.in iij.col.
verſi.quæro quid eſt dignitas.de præb.& in cle.ij.§.j.de æta.
& quali.& reaſſumit Abb.& alij in c.de multa.vbi latè dixi
de præben.& Oldr.conſi.cl. In eccleſia Valenti.in ij.col.cum
concord.vt latè congerunt Moder.in tracta.de beneficio,in
ij.q.primæ partis. Tamen iſta non tranſeunt abſq; dubio,
ex eo quia plura iura ſunt quæ perſonatum dignitatẽ appel
lant,& pro eodẽ capiunt,vt in c.ad aures.de reſcrip.& in c.ex
parte.eo.tit.cum ſimi. Sed ad iſta iura datur cõmunis reſo-
lutio per Abb.& Moder.in c.cùm acceſſiſſent.de conſti. & in
d.c.de multa.videlicet ꝙ procedũt largo modo : vt probatur
18 in d.c.cùm acceſſiſſent.Sed propriè capiẽdo,† aliud eſt digni
tas,aliud perſonatus, & aliud officiũ:ex quo infert d. Alex.in
conſi.lxxvij.In cauſa & lite.col.ij.lib.ij.ꝙ iſte text. requirens
cauſas à ſede apoſtolica deberet cõmitti, exiſtentibus in di-
gnitate,nõ habent locũ in primiceriatu. Sed diligenter attẽ
de,ꝙ iſta non videntur omni ex parte vera, & in primis non
vſque adeò apparet, ꝙ perſonatus non ſit dignitas. Quia ſi
iſta nomina dignitas,perſonatus, & officiũ ſunt ſynonyma:
vt volunt omnes in d.c.cùm acceſſiſſent. per illum text.& in
d.c.ad aures.neq; reperiatur tex.qui contrarium determinet:
ego nõ video quare perſonatus non debeat dici propriè di-
gnitas,neque obſtat iſte tex.quia illa dictio aut,vario modo
exponitur,vt patet in l.cùm quid.& l.ſæpe. & l.cum coniun-
ctione.ff.de ver.ſi.& ff.de au.& ar.leg.l.ſi legatum. cum con-
cord.vt per Archi.in c.ij.de reſti.in integ.eod.libr.vt per Al-
beric.in ſuo dictionario,& ideo ſuper ea fundamẽtum fieri
non poteſt.argumen. eorum quæ notantur in l.ambiguo.ff.
de reb.dub.vel melius dicas ꝙ hîc ponatur illa dictio aut,
inter genus & ſpeciem:vt dicit notabiliter Bald. in l.vbi pa-
ctum



ctum.in j.col.in prima oppo.c.de tranſac.& Card. in cle.j.in
xiiij.q.de cau.poſſeſ.& ſecũdùm hoc iſte text.probabit,quòd
perſonatus eſt ſpecies dignitatis:& ſi in aliquo iure reperia-
tur contrarium,illud attribuendum erit conſuetudini parti-
culari,quæ poteſt in hoc multum detrahere,vt in c.cùm con
tingat. de foro compet.& c.j.& fi.ĵ.titul.j. † Et ex hoc infe-
19 ro quòd Alexan.in dicto conſi.lxxvij.peſſimè ſit loquutus,
dum voluit,ꝙ expoſitio iſtius text.non habet locum in pri-
miceriatu,quia ſiue primiceriatus ſit dignitas ſiue perſona-
tus,qui differt à dignitate,iſte tex.vtrunque comprehendit,
& tamen inficiari non poteſt,quòd ſit dignitas,vel perſona-
tus,qui pro eodẽ capitur , vt eſt caſus in terminis in d.c.cùm
acceſſiſſent.& bonus tex.in c.perlectis.xxv.diſtin.§.ſi ſunt.&
§.ad primicerium.per quem tex. Areti.in conſi.xxiij.incipiẽ.
In præſenti conſultatione.tenet quòd ſit dignitas niſi Papa
aliud per ſuas literas velit:& hoc idem dicit Andre. Sicul.in
conſi.xxxix.Clementiſſime Deus.in iij.col.libro j.& ſequun-
tur Moder. Taurinen. in l.fi.colũ.penulti.ff.de offic.eius cui
man.eſt iu. † Nota quartò ſecundùm Domi.quòd canoni-
20 cus non dicitur habere dignitatem. Adde eundem Domi.qui
ad hoc idem notat iſtum text. in c.fin.in princip. per illum
tex.ĵ.de renun.& hoc euidenter† hîc probatur propter illam
21 dictionem ſiue,quæ ponitur inter dignitatem & canonica-
tum,de cuius natura eſt diſiunctionem & diuerſitatem im-
portare, vt tradit idem Domi.in c.licet.j.de offi.vica.qui ad
hoc iſtum tex.ponderat & in §.cùm verò.ĵ.eod. & hoc idem
tenet Bald.in c.paſtoralis. de offic. delega.pro qua opin.vi-
detur eſſe tex.in c.fi.ĵ.de offi.deleg.in prin.cum ſimi.quæ tra
dunt Moder.in tracta.de beneficio,in ij.q.j.partis:& hoc idẽ
firmat And.Sicu.in c.quęſitum.in primo notab.de re.permu.
Sed aduertendum eſt, quia iſte text. non videtur probare
illud ad quod Domini.inducit: quia dictio ſeu, poſita hîc in
tex.inter dignitatem & canonicatum,non arguit, canonica
tũ diuerſum eſſe à dignitate, ſed eſſe idem cum dignitate de-
ſui natura.† Quia illa dictio ſeu,inducit augmentũ & parita
22 tẽ,licet quo ad verba videat̃ diſiunctionẽ inducere , ratione
diſpoſitionis,de qua agitur.tex.eſt de hoc ſingularis in.l.ſi qs
ita.ff.de au.& arg.leg.quẽ ad hoc pro ſingulari cõmẽdat Cre
mẽ.in ſing.lvj.inci.Lego Digeſtũ.vbi dicit, ꝙ ſi teſtator legat
Digeſta,

Digeſta,ſiue Codicem,ꝙ vtrũque debetur,per d.l.ſi quis ita.
quam etiam ad hoc ponderat Roma.in conſil.ccclxiij.in ij.
col.Alexan.in conſi.cxciij.in ij.col.lib.ij.Decius in conſi.lxix.
Viſis duobus.in iij.col.in j.parte:& ita tex.noſtrum inducunt
domini de Rot.in deciſi.ccccxlv.incip. Si Legatus.in titu.de
præben.in ij.col.in nouis.vbi æquiparant canonicatũ & di-
gnitatem,per iſtum tex.& ſic iſte tex.poteſt retorqueri cõtra
Domi.& ſequaces.Nam ſi dictio,ſeu,ponitur inter dignitatẽ
& canonicatum,clarum eſt,ꝙ canonicatus eſt dignitas,ex eo
23 †quia vna pars alternatiuè per aliam debet declarari, vt di-
cit Bar.per illum tex.in l.j.ff.de reb.dub. & hoc maximè hîc
procedit,quia talis dictio ponitur ſicut inter genus & ſpeciẽ,
& ſic declaratiuè,vt patet in c.nulli.de reb.eccle. non alie.&
24 in c.multi.ij.q.j.& in c.ab eo.ꝫ.de elec.†Nam dignitas dicitur
eſſe genus comprehendens ſub ſe plures ſpecies,ſiue ordines
dignitatum,vt tradunt Doc.in c.cùm acceſsiſſent. de conſti.
& in c.de multa.de præb. inter quas erit canonicatus eccle-
ſiæ cathedralis,& hoc innuitur ratione illius diſtinctionis,ſi-
ue pro quo eſt gl.iuncto tex.in l.ad protegendum.c.de in lit.
dan.tuto. quæ exemplum ponit in illo dicto Alex. ſiue Paris,
de quo tex.& exẽplo meminit Bart.in l.ſi quis ita ſtipuletur.
ff.de ver.ob.& hoc idem probatur per gl.pen.in c.ſi canoni-
ci.ꝫ.de offi.ord.vbi tex.ille de canonicis loquitur: & tamẽ gl.
illa appellat canonicatum dignitatem.Facit quod not.Bal.in
25 l.j.c.de pet.bo.ſubla.lib.x. †Nam canonicatus in eccleſia ca-
thedrali eſt nomen maximi honoris & præeminentiæ, vt di
cunt Doctores in c.fi.de præb.& tradit no.Domi.in c.quam-
uis.in princ.§.quanquàm. in iij.not.ꝫ. de præben. ſequuntur
Mod.in tract.de benefi.in q.xiv.tertiæ partis.Sed Fel.in c.pa
ſtoralis.in iij.col.de offi.deleg.videtur cõcordare opi. licet de
prædictis non faciat mentionem.Dicit enim, ꝙ propriè lo-
quendo canonicatus non eſt dignitas, & ita procedat dictũ
Domini.hîc, ſed largo modo poteſt dignitas appellari,& ita
procedat glo.in d.c.ſi canonici.& pro iſta diſtinctione adde
Imo.in c.relatum.el ij.in iiij.col.de teſta.vbi dicit ꝙ canoni-
cus quo ad quid dicitur eſſe dignitas,vt in iſto tex.aliâs verò
canonicus dicitur beneficiatus ſimpliciter, & hoc idẽ latius
repetit Imo.in c.dudum.el j.col.j.de elect. Tamen iſta reſo-
lutio Felini & Imolæ mihi nõ ſatiſfacit, quia vt ſuperius di-
ctum eſt,



ctum eſt,negari non poteſt ꝙ canonicatus in eccleſia cathe-
drali habeat effigiem dignitatis propter maximam præemi
nentiam,propter quam multi Reges in canonicos eccleſiarũ
cathedralium ſe creari procurarunt, vt de Rege Franciæ in
eccleſia ſancti Hilarij,refert Abb.in c.extirpandæ.§. qui ve-
rò.de præben.& tradunt Moder.in tracta.electionũ. fo.18.&
ꝙ talis præeminentia æquipolleat dignitate tenet Domi.in
c.j.ꝫ.de fil.presby.& eſt tex.hîc qui videtur iſta reparare,vt di
cũt domini de Rota in dicta deciſ.quod ex dictione,ſeu,ma-
nifeſtè colligitur.Et ideo hac ratione videmus ꝙ in multis
eccleſijs cathedralibus,adeò canonicatus in pretio habetur,
ꝙ ratione præeminentiæ appellant ſe Cardinales, vt patet
in eccleſia Rauennaten.& Compoſtellana,in quibus Andre.
Sic.qui hoc tenet,exemplum poſuit in c.cùm acceſsiſſent. de
conſti.& hoc idem de eccleſia Mediolanen. dicit Curtius in
tracta.cõſuetu.in xxix.col.& idem in eccleſia Calugurritan.
vbi ſunt octo canonici, qui appellãtur Cardinales,& ſic ſunt
& reputantur eſſe in dignitate. Et ideo ego aliter reſolue-
rem iſtas opin.vt dicamus quòd aut aliquis eſt canonicus in
eccleſia cathedrali,& iſto caſu vera ſit iſta concluſio, quòd
canonicatus dicatur dignitas,& habeat eandem prærogati-
uam,& tali caſu canonicatus dicitur eſſe de dignitatibus mi
noribus propter illam qualitatem honoris eccleſiæ cathedra
lis, & ita procedunt dicta Rotæ,& glo. in dicto capite,ſi ca-
nonicis. cum ſimilibus ſuperius allegatis. Aut verò quis eſt
canonicus eccleſiæ inferioris collegiatæ, & tali caſu proce-
dat opinio Dominici hîc,cum adductis ſuperius, & pro hoc
videtur deciſio Inno.in c.fraternitatem. de ſepul. de quibus
omnibus latiſsimè dico in tractatu meo expectatiuarum in
princip.vbi pono ſex modos creationis in canonicum & eo
rum differentias. Et hoc quod hîc dicitur,canonicum poſſe
fieri delegatum,debet intelligi,concurrentibus alijs requiſi-
tis à iure antiquo,cui per iſtum textum non cenſetur deroga
26 tum, & ſic†requiritur quòd talis canonicus vigeſimum at-
tingat annum,& ſic licet canonicus in minori ætate eſſe poſ
ſit,vt tradit Rot.in deciſi.cccxxiiij.incip. Suppoſita.in nouis.
Tamen quo ad effectum vt eſſe poſsit iudex delegatus, illa
ætas xx.annorum requiritur per tex.in c.cùm vigeſimum.de
officio delega.& ita in terminis notat Lappus in allegatione

xlvij.incip.Factum ita ſe habuit.in penul.colũ.& videtur te-
nere gloſ.hîc in verſic.canonicis.Item hoc procedit etiam ſi
in delegatione non fiat mẽtio de canonicatu,ſed de alio be-
neficio,quod non ſufficiebat ad delegationem.Ita notabili-
ter in pulchro caſu conſuluit Abb.in conſi.xciij.In quæſtio-
27 ne quæ ad præſens.libr.ij.†Sed ſi canonicus eſſet minor xx.
annis,delegatio non valeret,niſi ex certa ſcientia Papæ,vt
tenet gloſſ.& alij in ver.canonicis. Et eodem modo videtur
requiri,quòd talis canonicus cum effectu ſit canonicus,nam
ſi eſſet canonicns ſub ſpectatione præbendę,non videtur ꝙ
28 talis delegatus eſſe poſsit.†Quia verba cum effectu debent
intelligi,cap.relatum.de cleri.non reſiden.l.j.§.hæc verba.ff.
quod quiſque iur.& quia talis canonicus ſine præbenda nõ
dicitur beneficiatus,vt concludit Ab.in c.in noſtra. in tertio
notabili,extra eodem titu.ſequitur Decius in ca.cùm M.in j.
col.nume.2.& nu.35.de conſti. Quia talis dicitur canonicus
in herbis,vt dicit Imo.in c.relatum.de præben. Sed contra-
rium concludendum eſt,vt tenet Ioan.Calde.in dicto c.cùm
M.quem ibi refert Barba.in lviij.col.& tenet ſimpliciter Do-
29 mini.hîc in xxiiij.& hoc poteſt taliter ſuaderi.Nam†quo ad
effectum delegationis non inſpicitur exercitium dignitatis,
ſed nomen:vt concludunt domini de Rota,in deciſio .cccc-
xlv.incipien.Si legatus.in iij.col.in titul.de præben.in nouis.
ad idem facit quod notabiliter dicit Dominic.in c.ſi is cũi.§.
30 & ſi.ĩ.de præbend.†Quod ſi in aliqua eccleſia eſt conſuetu
do,quòd dignitas non conferatur niſi canonico, quòd tali
caſu ſufficiet quòd ſit canonicus ſine præbẽda, quo ad hoc
vt talis conſuetudo verificari poſsit.Et hoc manifeſtè pro-
batur ex gloſſ.poſita hîc,in verſicu.canonicus.quæ vult ſuf-
ficere,quòd illa qualitas detur à principio. Vnde ſi poſtea
ceſſet omnino,etiam quo ad nomen,tamen valet delegatio.
31 †& hinc eſt,quòd diſpoſitio cap. licet canon.ĩ.de electiõ.
licet ſit pœnalis,verificetur tamen in habentibus parochia-
lem habitu & nomine tantùm : licet non actu, vt concludit
ibi Archidiaco.Eodem modo dicit Imol.procedere quòd di
citur in capitulo,de multa.de præbend. & reaſſumunt Mod.
in tractatu beneficij.quæſtione xlij.tertiæ partis.Nec obſtat
quòd tales canonici,non dicantur beneficiati, vt dicebat
Abb.in dicto cap.noſtra.quia eſt diſtinguendum, an ſint re-
cepti



cepti in eccleſia numerata,vel non numerata. Quia primo
caſu procedit dictum Abba. ſecundo caſu, quod dictũ eſt,vt
notabiliter Rota concludit in dicta deciſio.ccccxlv.in fi.vbi
32 videndum erit latè. †Et iſta omnia de plano procedunt in
canonico ſæculari,ſed de regulari monacho effecto canoni-
co eccleſiæ cathedralis magna eſt difficultas.Nam Archidi.
hîc,& Ioan.Andreas,tenent quòd diſpoſitio iſtius text.non
procedat in tali canonico,& idem poſt relatas opiniones cõ
cludit hîc Dominicus in j.quæſtio.Ratio iſtius opinionis eſt
quia talis monachus de iure antiquo prohibetur eſſe iudex,
vt probatur in cap.de præſentium.& ibi gloſ.xvj. quæſtio.j.
facit ratio cap.j.de ſyndico.& cap.ij.de poſtu.& iſta opin.eſt
communis,cum qua poſteriores tranſeunt.Iſta tamen opinio
ampliatur vt procedat etiam in priori cathedralis eccleſiæ
religioſo conuentuali & manuali,vt idem Dominic.dicit in
cap.is cui.in fine.ĩ.de præben.& etiam haberet locum in de-
cano rurali,vt dicit Rota,deciſio.ccccxlij. in nouis. Modò
aduertendũ eſt ꝙ contra iſtam opi.tenet Panor.in c.cauſam
quæ.de iudi.vbi tenet ꝙ diſpoſitio iſtius tex.habet locum in
religioſo canonico eccleſię cathedralis,prout ſunt monachi
eccleſiæ Cathanieñ.in Sicilia.Quam opi.licet putem eſſe ve
riorem exiſtimo tamẽ Abb.eam tenuiſſe pro ſuo potius cõ-
modo quàm veritatis tuendæ gratia,erat enim Siculus qui
plus nimio cupiditatibus ſuis indulgẽt,vt eſt in ꝓuer. perue
tuſto,& erat etiã monachus & habitũ monaſticum ſancti Be
nedicti in d.eccleſia Cathanien.aſſumpſit,& ſunt ſimiles ec-
cleſiæ in Anglia,& in ciuitate Peruſina,vt dicit ibi Abb. &
Pet.de Anch.hîc,qui quidẽ monachi faciunt vnum corpus,
cum ipſo qui habetur loco Abbatis,& omnia ibi expediunt,
33 †per Epiſcopum & monachos.Tales ergo monachi poſſunt
dici canonici,per tex.iũcta gl.in c.ij.lviij.diſt.Neque vocabu-
34 li etymologia contra dicit:†quia canonici dicuntur à cano-
ne,& canon idem eſt ꝙ regula,dans certam normam viuen-
di.c.canon.iij.diſt.competit igitur hoc nomen monachis re-
gularibus,& tales poſſunt appellari canonici:ſtante hoc po-
teſt illis committi cauſa à ſede Apoſtolica,ſicut alijs canoni
cis ſæcularibus.Pro qua opin.dicit Abb.eſſe tex. hîc,iuncta
35 cle.ij.eo.tit.nam in d.clemẽ.ij.dicitur,†ꝙ religioſus obtinens
prioratum poteſt eſſe delegatus Papæ, quia habet dignitatẽ

ſecundùm diſpoſitionem iſtius tex.qui ſimpliciter facit men
tionem de habentibus dignitatem,non diſtinguens inter ſæ
culares,vel regulares.Vnde ex quo qualitas requiſita ad de-
legationem reperitur in religioſis efficiuntur habiles, & ca-
paces delegationis Apoſtolicæ,ſicut ſæculares.Ex quo ſequi
tur ꝙ ſicut per diſpoſitionē d.cle.ij.extenditur prima diſpo-
ſitio iſtius tex.loquentis de habētibus dignitatem ad mona-
chos,habentes etiam dignitatem,eodem modò videtur extē
di ſecunda diſpoſitio iſtius tex.loquentis de canonicis ſæcu-
laribus ad canonicos religioſos,vnde non eſt dare rationem
diuerſitatis,ita Abb.concludit cōtra cōmunem opi.in dicto
c.cauſa.licet longioribus verbis hæc proſequatur, & eādem
opiñ.firmat Abb.& dicit ſe ſuper hoc aliâs conſuluiſſe,in c.
cùm olim.el ij.in iij.col.ver.in glo.de priuil. Sed ad iſtam ra
tionem Abba.reſpondet Lud.Roma.in l.ij.ff.de verb.obliga.
qui refert ſe hoc præſente Ab.in Ro.curia dixiſſe,dicit enim
ꝙ d.cle.ij.loquitur de priore conuentuali,qui prioratus dici-
tur dignitas,vt in c.niſi.de præb.Quæſtio verò noſtra loqui
tur de monacho vel regulari,qui reputatur canonicus in ec-
cleſia cathedrali,per quem canonicatum nulla tribuitur di-
gnitas ſecundùm veras concluſiones:vnde argumentū non
valet de habentibus dignitatem,ad non habentes,probatur
36 hoc, quia videmus, ꝙ ſimplices monachi prohibentur† eſſe
procuratores,c.j.de ſyndico.& c.monachi.xvj.q.v.& tamen
illa iura non habent locum in monachis habentibus digni-
tatem,c.ſopitæ.de cenſi.c.contingit.de tranſact.& c.cùm de-
37 putati.de iudi.† & eodem modò videmus,mulieribus procu
ratoris officium prohiberi,& tamen ſi ſint in dignitate poſ-
ſunt procurare,c.cùm dilecta.de confir.vtil.vel inutil. Vnde
concludit cōtra Abb.ꝙ licet diſpoſitio iſtius tex.ceſſet in ha-
bentibus dignitatem per d.cle.ij.non tamen ceſſat in nō ha-
bentibus,ne cenſeatur correcta diſpoſitio iuris antiqui,vt in
d.c.de præſentium.& ideo dicit ꝙ Roma.curia conſueuit,qn̄
cauſas committit huiuſmodi religioſis expreſſam mentionē
facere de qualitate monachatus. Sed tenendo opinionem
38 Abba.ad iſtud dictum Roma.facilis patet ſolutio.† Nam li-
cet diſpoſitio loquens de exiſtentibus in dignitate non de-
beat extendi ad non habentes, illud eſt verum, quando illi
qui non habent dignitatem ſunt omnino priuatæ perſonæ,
& ita



& ita iura allegata per Roma.procedunt,ſecus verò quando
illæ perſonæ haberent officium,& qualitatem eminentē,vt
eſt canonicatus,per ea quæ ſuperius dicta ſunt:quia tali ca-
ſu non videtur inconueniens,quòd diſpoſitio loquens de di
gnitatibus,habeat locum in illis qui habent officium æqui-
pollens dignitati, vt eſt canonicatus, & licet maior ratio ſit
39 in habentibus dignitatem.† Nihilominus propter hoc extē-
ſio non prohibetur habere locum in caſu in quo eſt minor
ratio,prout eſt caſus ſingularis,in l.j.§.qui autem.ff.de aleat.
quem in iſto propoſito extenſionis alleg.pro ſingulari Bal.in
l.fina.in ij.col.nume.4.C.ſi contra ius, vel vtilita.publi. & in
in l.binas ædes.circa medium.ff.de ſerui.vrba.prædio . cum
concordan.vt per Feli.in c.quæ in eccleſiarum.in iiij.colū.de
conſtitutio.& ad hoc idem ſæpius de iſto textu facit feſtum
Decius in multis locis,vt patet in l.ſi emancipati.in j.col.C.
de collatio.& in c.cùm in cunctis.§.clerici.in j.colum.de elec.
vbi ad illum tex.ponit caſum,& in cap.non liceat.in ij.colū.
de præben.& in ca.j.in iiij.col.de probatio.& in cap.cùm ſit.
nume.19.de appellatio.& in conſil.v.& in conſil.liiij.In caſu
domini.in iij.col.in ſecunda parte.vbi notabiliter loquitur,
& in conſil.lxxvj.Conſultus à reuerendo.in j.col.ea.parte,&
iſta eſt communis concluſio,& quia extenſio non prohibe-
tur,etiam in odioſis de caſu ad caſum qui lato ſumpto voca
bulo poſſet comprehendi,vt tradit Alex.in l.Centurio.in ij.
col.ff.de vulg.& pup.per tex.in l.filium habeo.ff.ad Macedo.
40 cum alijs,vt ibi per eum.Sed† canonicatus venit largo mo-
do appellatione dignitatis,vt concludit Feli.in c.paſtoralis.
in iij.col.de offi.deleg. Ergo &c.Cùm igitur diſpoſitio iſtius
tex.loquens ſimpliciter de dignitate,extendatur ad dignita-
tes regulares,per dictam clemē.ij.ergo extendetur cum alijs
41 qualitatibus ſuis.† Quia qualitas quæ eſt in cōſtitutione re-
lata,cenſetur repetita in conſtitutione referēte,l.lecta.& ibi
not.Moder.in v.notabili.ff.ſi cert.peta.& Bald.in l.ſi defen-
ſor.§.qui interrogatus.per illum text.ff.de interro.actio.& in
l.ſi prior.per illum text.ff.ſolu.matri.& in l.ſi ita ſcripſero.de
de condi.& demonſtra.Iaſon in l.vbi autem.§.illud.ff.de ver.
obliga.in j.notabili.quem §.legit poſt l.ſtipulationum quæ-
dam.cum materia authen.ſi quis in aliquo.C.de æden. facit
text.in l admonendi.ff.de iureiur.& in l. à ſe toto.ff.de hære.

inſti.cum concor.quæ ſcribunt Moder.in l.certum.ff.ſi cert.
42 pe.†& quia qualitas adiecta in d.cle.ij.nõ debet reſtringere
diſpoſitionem præcedentẽ,vt not.tradit Areti.in l.talis ſcri-
ptura.in iiij.col.ff.de leg.j.& in conſi.cxliij.Viſa conſultatio-
ne.per totum:cum conſil.ſeq.Et hoc maximè tenendum eſt:
43 †quia text.in d.c.ſtatutum.alternatiuè loquitur, & vna pars
alternatiuè per aliam debet declarari,l.j.vbi not.Bar.de reb.
dub.quẽ tex.pro ſingulari cõmendat Roma.in cõſil.ccxxxj.
Præmiſſorum Doctorũ &c.Et reaſſumit Decius in cõſil.lvij.
in ij.col.in ij.parte.& in cõſi.lxvj.Dominus Raynaldus.in ij.
co.nu.4.e.li.& ideo illa pars alternatiua de canonicis eccle-
ſiæ cathedralis,quę ponitur hìc in tex.debet determinari ſe-
cundùm declarationem factam de prima parte alternatiuè,
ſcilicet de dignitatibus,arg.eo.quæ dicit Abb.in c.de multa.
in gl.in eadem.de præben.cum concor.vt ſcripſi in §.pœna-
les.Inſtitu.de actio.Sed quantùm ad illam partem de digni-
tate loquentem reperitur facta declaratio in dicta clemẽ.ij.
ergo reſpectu iſtius ſecundæ partis,in qua concludit eadem
ratio extendi debet,& ſic opinio Abb.per iſta defenditur à
dictis Roma. Vnde And.Sicu.& Feli.in dicto c.cauſam.alijs
rationibus reprehendunt Abba.& conantur defendere com
munem opinionẽ,ex quorum dictis aſſumam tantùm vnam
44 rationem quæ videtur prima facie magis vrgere.†Dicunt
enim quòd regula eſt firma in iure,quòd quãdo in vno actu
concurrunt duæ rationes, quarum altera nocet,altera verò
prodeſt:cauſa illa quæ nocet debet attendi, nõ illa quæ pro-
deſt, vt eſt text.in l.ſi quis in graui.§.finali.cum ſequenti.ff.
ad Sillania.adde text.& ibi Bart.in l.iij.in princip.ff de ſuſpe.
tutor.Sed in caſu noſtro in monacho canonico eccleſiæ ca-
thedralis duæ cauſæ concurrunt,vna quia eſt monachus,&
iſta nocet,propter quam prohibetur eſſe iudex,dicto cap.de
præſentium.alia eſt canonicatus, qui prodeſt ad delegatio-
nem.Concurrentibus igitur his duobus rationibus,illa po-
tius attendenda eſt,quæ nocet,& ſic vt prohibeatur eſſe iu-
dex. Sed iſta ratio ſumpta ex dicta regula,l.ſi quis in graui.
§.fina.pluribus modis euitari poteſt:nam aduertendum eſt,
quòd ratio quare regula prohibitiua,& quæ nocet,attendi-
tur in prædictis iuribus,non eſt ideo quia abſolutè, & diſtin
ctè regula quę nocet atttendatur,ſed quia illa prohibitio eſt
ſpecialis,



ſpecialis, & ſic ſe habet vt ſpecies, regula verò permiſſiua vt
genus,& generi per ſpeciem derogatur,vt expreſsè dicit Bar
to.in extrauagan.ad reprimendam.in ver. non obſtantibus.
& declarant nouiſſimi Regien.in l.j.§.j.poſt Alex.ibi in fi.ff.
de ope.no.nun.& Decius in c.at ſi clerici.in xv.col.ver. ſexto
aliàs.extra de iudi.& ante ipſos Alexã.in l.ſi conuenerit. in ij.
col.nu.iiij.de ſen.& re iud.cum concor.vt ſcribit Iaſ.in repe.
l.ſi arroganter.in xvij.col.nu.48.ff.de adop.& iſto modo illa
iura, quæ pro iſta regula inducuntur de plano procedunt.
Sed quando vtraque regula fuiſſet generalis, vt in caſu no-
45 ſtro illa ratio non procedit.Nam generaliter†monachi pro-
hibentur iudicare & etiam generaliter canonici eccleſiarum
cathedralium permittuntur eſſe delegati:in iſto enim cõcur
ſu duarum diſpoſitionum generalium regula permiſſiua at-
tendi debet,quia etiam videtur magis qualificata,quia agi-
tur de maiori fauore,& ideo offuſcat cauſam præcedentem.
Vnde tali caſu prædicta regula non procedit,vt eſt caſus in
l.ſi vir.ff.pro dona.& melior tex.in l.nõ intelligitur.§.ſi quis
palam.& ibi not.Bart.ff.de iure fiſci. & tradit Dyn. in regula
poſſeſſor.col.pe.de regu.iur.& latius idem Bar.in d.l.ſi vir.&
reaſſumit And.Sicu.in c.cùm ſuper.in iij.col.de offi.deleg.&
Feli.in c.venerabilem.de exceptio.& aliter limitat Bar.in d.l.
46 ſi quis in graui.§.fi.vt ibi per eũ.†Et ꝙ illa qualitas debeat
conſyderari,quæ magis fouetur à iure communi eſt tex.in c.
ſuper quæſtionum.§.porro.de offi.deleg.tradit Aret.in l.ij.in
prin.de verbo.obliga.dum alleg. l.nam ſimiles.ff. de iniuſto
rup.& in terminis noſtris hoc dicunt Moder. de Monteferra-
to in repeti.l.j.in xxiij.col.verſi.iiij.quando in vno.ff. de leg.
primo.& iſta eſt alia limitatio ad dictam regulam quam latè
probat Iaſ.in d.repe.l.ſi arrogato.nu.48. & quia in caſu no-
ſtro conſyderatur validitas reſcripti Apoſtolici.Vnde quan-
do ex parte regulæ permiſſiuæ concurrit fauor, vt actus ſu-
ſtineatur illa præfertur regulę prohibitiuæ,vt not.tradit Iaſ.
in l.iij.in fi.C.de inoffi.teſta.quod pro ſingulari commendat
Gerardus de Petra ſancta in ſing.ſuo.xlij.incip. Nam quãdo
duæ cauſæ vbi aliam notabilem limitationem ad prędictam
regulam ſcribit.faciunt quæ dicit And.Sicu.in c.nonnulli.§.
ſunt & alij.in iij.colum.de reſcriptis.Et pro iſta limitatione
Iaſ.eſt caſus in c.ſi eo tẽpore.ſupra eo.ti.& lib.& ita prædicta

argumenta reſoluuntur vltra alios, aliæ rationes adductæ,
per And.Sicu.& Fel.fragiles ſunt,& ad eas reſpondet Decius
in d.c.cauſam.vbi videndum eſt.Non obſtat etiam ꝙ induce
retur correctio iuris antiqui de quo in d.c.de præſentium.ſi
iſte tex.extẽderetur ad canonicos religioſos. Quia dico tibi
non eſſe verum,quia ille tex.ſolum prohibet ſimplices mona
chos ne poſsint eſſe iudices,vt manifeſtè ſentiunt domini de
Rota deciſ.cclxxxiij.in tit.de offi.vica.in antiquis,& ideo nõ
comprehendit canonicos qualificatos,& ſic habentes cano-
nicatum per regulã,quam tradit Sal.in l.fi.in princ.c.de iur.
47 dot.videlicet ꝙ ſtatutũ vel diſpoſitio generalis†non cõpre-
hendit perſonas qualificatas, quem ſequitur Iaſ.in l.j.in iij.
col.ff.ſol.ma.pro quo alleg.l.in teſtamentis.iuncta l.hac con-
ſultiſsima.c.qui teſt.fa.poſ.& idem tenet Iaſ.in l.poſtquàm.
in iij.col.c.de pac.Mod.de Monteferrato in repe.l.ſi conſtan-
te.in v.col.& xxvij.ff.ſo.ma.cum concor.vt dixi in prooemio
regularum Cancellariæ.q.iiij.& pro iſta regula bene faciunt
quæ ſcribit Decius in rub.de proba.col.ij.nume.11.& 12.& in
conſi.lxv.in j.col.lib.j.& in cõſi.j.in j.col.in iij.vol.cũ pluribus
concor.vt dico in §.rurſus.nu.22.Inſti.de actio. vbi concludi
48 tur,†ꝙ ſtatutum loquens de homicidio non habebit locum
in homicidio qualificato.Patet ergo ꝙ diſpoſitio d.c.de præ-
ſentium.procedet & habebit hodie locum in caſu ſuo,videli
cet in monachis ſimplicibus.Caſus ergo noſter extra illã diſ-
poſitionem inducitur,pro quo facit text.in c.ſtatutũ.de elec.
iſto lib.vbi dicitur ꝙ diſpoſitio c.licet canõ. quæ loquitur de
parochiali,non habet locum in parochiali qualificata.Et ſic
opi.Abb.contra communem videtur verior: ſtat ergo cõclu-
ſio ꝙ diſpoſitio iſtius tex.habet locum in monachis canoni-
cis eccleſię cathedralis,etiam nulla facta mentione,vt de hoc
videtur eſſe deciſio Rotæ vltra prædicta.nu.209. incip.No-
ta ꝙ vbi cauſa.in tit.de commiſsio.in antiq.& quod dictũ eſt
de monachis idem dicendum eſt de fratribus mẽdicantibus:
vt dicit Abb.in c.cũm olim.in j.nota.per illum text.de ma.&
obe.ampliando,& declarãdo,vt ibi per Fel.& pro iſta opin.
vltra ſuperius adducta facit glo.in cle.ij.de iud. quã ibi not.
Car.in v.q.vbi dicit ꝙ diſpoſitio illius tex.loquẽs ſimpliciter
de canonicis habet locum in regularibus: quia appellatione
canonici illi veniunt.facit etiam glo.Italiæ in c.j.ĩ.de tempo.
ordi.&



ordi.& glo.in cle.j.de reſcrip.dum extendit text. de regulari-
bus ad ſæculares.Retenta tamen communi opinio. pro vera
limitarem ego primo non habere locum in religioſo canoni
co & valdè literato.Quia tali caſu propter duplicem præro-
gatiuam recederetur à diſpoſitione iuris,arg.l. ſed reproba-
ri.§.ſi enim.ff.de excu.tuto.& quod ibi not.Bal.& per ea quæ
tradit And.Sicu.in c.cùm vigeſimum.in vij.col.de offi.dele-
ga.& in tractatu de præſtantia Cardinalium. in j.q.j. partis
principalis.col.xv.& in prooe.cle.in ix.& x.col. per totum, &
in c.j.col.xxiiij.& ibi Fel.in xviij.col.de conſtitu.& in c.ſi pro
debilitate.in v.col.& in c.de cauſis.nume.4.de offi. delega.&
alibi ſæpe facit tex.in c.de multa.de præbend.aliàs enim vbi
non daretur illa eminens ſcientia procedit cõmunis opinio
49 illa præcipua ratione.†Quia monachi & religioſi in dubio
præſumuntur iuris ignari,c.ex multa.de voto.& in c.quoniã.
de ſimo.tenet Decius in c.paſtoralis.de iudi.Quia potius cõ-
templationi intendere debent,quàm actioni,vt in c.licet. de
regu.tenet Bal.in rubrica.c.de ſumma Trini.& in l.athletæ.
50 §.de ruſticis.in fi.ff.de excu.tut.†Sed vbicunque ſunt eruditi
& habent eminentem ſcientiam ab illa contemplatione rece
di poteſt propter maiorem vtilitatem rerum eccleſiaſticarũ,
vt in c.niſi.§.pro defectu.& §.verum.de renun. Iſtud tamen
quod dictum eſt non procederet quando non concurreret
in religioſo,niſi ſola qualitas ſcientiæ,quia illa ſola nõ ſuffi-
ceret:ex quo iſte text.requirit dignitatẽ vel canonicatum. Et
dato ꝙ ſolus canonicatus in religioſo non ſufficiat, tamen
51 concurrente qualitate doctrinæ, ſingula quæ†non proſunt
multa collecta iuuant:vt in c.j.de treug.& pac.& pro hoc vi-
detur notabilis deciſio in puncto Car.in cle.fi.de ſenten.ex-
commu. Secundò limitatur iſta concluſio non habere locũ
52 quando Papa†ex certa ſcientia committeret monacho cau-
ſam,quia tali caſu,ſiue ſit canonicus,ſiue nõ,poterit eſſe de-
legatus etiam ab inferiore:vt tradit Calde.in conſi.ij.de offi.
delega.argu.c.qui veræ.xvj.q.j.& hoc expreſsè tenet Abb.
in c.per inquiſitionem.in ij.nota.de electio.ſequitur Areti.in
conſi.lviij.Diligenter conſyderatis.in iij.col.in fi.& hoc etiã
tenent Moder.Taurinen.in l.fina.ff.de offic.eius.& Feli.in c.
nonnulli.in iij.col.verſi.limito.ij. de reſcrip. ad quos prædi-
cta addes.bene facit quæ dicit gloſ.in c.ij.de iudi.dum ibi
diſponitur

53 diſponitur ꝙ†Papa ex certa ſcientia poſſet cauſam ſpiritua
lem etiam laico committere. Tertiò limito non habere lo-
cum communem concluſionem, quando religioſus eſſet da-
tus delegatus, vnà cum alio qui haberet dignitatem. Quia ta
li caſu licet de per ſe delegatus eſſe non poſsit: ratione tamē
adiuncti habilitatur, arg. tex. in c. per tuas. de arbi. & no. Bal.
in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. per illum tex. ff. de æden. cū con
cor. vt per Iaſ. in l. imperium. in j. col. & in l. cum quidam. ff. de
iur. om. iud. & Fel. in c. j. de pręſcrip. & de hoc in terminis vide
tur caſus in c. cùm dilecti. de accu. & ibi not. Abb. in j. nota.
& ita procedit tex. iuncta ſubſcriptione in c. per inquiſitionē.
& ibi expreſsè not. Abb. de elec. ſic etiam debet declarari tex.
54 in c. cùm olim. el ij. de priuileg. ne inducatur correctio. †Nam
multa per nos facere non poſſumus, quæ cum adiuncto licet,
vt probatur in d. c. per tuas. cum ſuperius alleg. per quæ iura
notabilem cautelam tradit Thomas Ferratius in caute. x. in-
cipien. Si contingat. poſt Iaſ. in l. emancipati. in iij. colū. c. de
colla. cum pluribus ibi per eum cumulatis, & in caute. xxiij.

Quartò communis concluſio neque iſte tex. procedit in ca
ſibus enumeratis in d. cle. ij. de reſcrip. & alijs quos tradit Fe-
li. in c. inſuper. de teſti. & notabilius in c. cùm I. & A. in pen.
col. de re iud. Quintò limitatur non procedere, quando ta-
ler monachi fierent inquiſitores, quia ratione fidei hoc tole-
raretur: & ita procedit quod not. Abb. in c. cùm dilecti. in j.
nota. de accu. Sextò notabiliter limita iſtam cōcluſionē nō
procedere, quando religioſus daretur commiſſarius Apoſto-
licus in extraiudicialibus. Quia tali caſu, dato ꝙ non habeat
dignitatem, non habet locum iſte text. Ita notabiliter dicit
Abb. in c. cùm in veteri. in ij. not. de elec. aliâs ſi contrarium
diceremus, diſpoſitio illius tex. cenſeretur correcta ſecundùm
55 eum, quod non eſt dicendum. †Sed diligenter eſt aduerten-
dum, quia nō videtur ratio differentię inter iudicialia, & ex-
traiudicialia: vt patet in c. j. ꝟ. de iud. eod. lib. & in l. nec mirū.
ff. de pig. actio. & quia ratio iſtius tex. quæ aſsignatur hîc in
gl. ſede Apoſtolica, videlicet ne pannoſus & ſimplex clericus
repreſentet Papam, militat iſto caſu, & ideo ego reſpondere
planius ad text. in d. c. cùm in veteri. quòd ille text. procedat,
quando religioſus ſolus nō fuit datus commiſſarius, ſed vnà
cum alijs habentibus dignitatem, vt ibi expreſſè dicit text. &
ideo



ideo ſuccedit illud, quod dictum fuit ſupra in tertia limita-
tione, quòd ea quæ per nos ſoli non poſſumus expedire, cum
56 adiuncto habili conſequimur. †Quia inhabilitas vnius ſup-
pletur per habilitatem alterius. argu. c. ſacris. de ſepul. & d. l. ſi
quis ex argentarijs. §. j. ff. de æden. & iſtam puto veram eſſe
rationem ad illum text. & per iſta habes vltra omnes iſtam
57 concluſionem perfectiſsimè diſcuſſam. †Nota quintò ex iſto
tex. ſecundùm Domi. hîc ꝙ cauſæ à ſede Apoſtolica debent
committi in locis vbi copia peritorum poſsit haberi, ita hîc
not. omnes, & ſequitur Felin. in c. de quarta. in ix. col. de præ-
ſcrip. & Roma. notab. cccclv. incipien. Si allegatur in cauſa. &
ratio videtur, quia vbi eſt copia peritorū præſumitur quòd
cauſæ melius decidantur. argu. c. prudentiam. de officio. dele
ga. facit tex. in l. ſi auiam. c. de ingenuis manu. ibi, ſi cum pe-
ritioribus tractatū habuiſſes facilè cognoſceres &c. Et iſtud
intelligitur quando commode fieri poteſt talis commiſsio, vt
tex. hîc dicit: ſecus tamen ſi cum in commoditate, quia tali
caſu iudex ſibi prouidere poteſt de aſſeſſore, vt dicitur in §.
aſſeſſorem. ꝟ. eod. qui text. ita declarari poteſt & extendi ad
iſtam incommoditatem. Quia licet iudex ratione ſuæ peri-
tiæ non indigeat eius opera, ratione tamen loci vbi copia
peritorum non habetur neceſſaria videtur vt ſaltim in ali-
quo adimpleatur diſpoſitio iſtius textus: pro quo faciunt ea
quæ ad propoſitum ſcribit Iaſ. in l. certi. in ij. col. c. de iudic.
Maius tamen dubium eſt. Nūquid clauſula decreti appoſita
hîc in fi. comprehendat iſtum caſum, in euentum ꝙ commiſ-
ſio fieret in loco vbi non eſt copia peritorum, cùm tamē alio
loco haberi poſſet commode. Omiſsis pluribus communis
opinio. videtur quòd talis commiſsio vitietur per ea quæ in
ſimili dicunt hîc Domini. & alij in caſu minus dubitabili, &
pro iſta opin. facit tex. in c. tuæ. de cler. non reſid. Ego autem
puto contrarium, quia iſta verba text. ſignificant potius acci
dentiam facti, quàm iuris miniſterium, & ideo iſtum caſum
non excludunt. argumen. gloſ. notabilis in clemen. j. in verſi.
præſidentes. ꝟ. eodem titu. & gloſ. in l. vnica. in verſi. ſpon-
ſam. c. de rap. virginum. & videtur ſentire gloſ. hîc in ver. nec
audiantur. Nam ſufficit quòd iudex habeat qualitatem de
qua hîc: & propter quam principaliter ipſa diſpoſitio ema-
nauit. Vnde illud, quod de copia peritorum dicitur pro-
cedit de

58 cedit de bene eſſe, †neq; obſtat illa regula ꝙ clauſula in fine
appoſita referatur ad omnia præcedentia, quia illud proce-
dit,quando omnia præcedentia ſunt de forma ſubſtantiali,
& nõ de iuſtitia,vel niſi ſequatur abſurdum,vel incõueniẽs,
vel annullatio actus,ita quaſi in terminis not. Abb.in c.eccle
ſia.el ij.in vj.notab.per illũ tex.de electio. & notabilius Car.
in conſi.lxx.Ex pręmiſſo ſupraſcripto.vbi reſpõdet iſto mo-
do ad illum text.qui habetq́ clauſulam decreti in fi.vt hîc:&
iſtud etiam notat Bar. in l.fi.§.Titia.ff.de lib.leg.aliter illa re
gula limitatur, vt latè per Moder.in c.cauſam. de reſcrip.&
in c.ſecundò requiris.de appella. nec minus obuiat illa alia
regula, ꝙ vna determinatio reſpiciens plura determinabi-
59 lia &c.vt l.iam hoc iure.de vulg.& pupil. † Quia illa regula
procedit vbi eſt eadem ratio in omnibus,l.Caius.ff.ſol.matr.
tradit Alex.in l.Gallus.§.quidam.de lib.& poſthu.Sed hîc nõ
eſt eadem ratio in contentis ſub iſta diſpoſitione ex eo,quia
iſtud quod de copia peritorum dicitur, cõmoditatem reſpi-
cit:quia cõmodius cauſæ tractantur in tali loco. Per hoc ta-
men ſi alibi non ita cõmode tractentur dummodo ritè pro-
cedatur ſatiſfactum videtur diſpoſitioni.Non obſtat text.in
d.c.tuæ.quia ille tex.procedit ratione ſtudij,quod debet fie-
ri in locis inſignibus vbi copia peritorum habetur ad docen
dum,ſine quibus non poteſt vera doctrina haberi, vt nota-
tur in proœ.Digeſt.Et hoc ſuadetur:quia vt dicit hîc Domi.
quædam hîc fuerunt addita à compilatoribus, vt patet de
verbo cõmode,poſitum hîc.Vnde talia verba non inducunt
diſpoſitionem,vt tradit Alex.de cõpilatoribus Digeſtorũ lo
quens in l.viro.ff.ſo.ma.vt etiam patet in c.penul.§.prohibe-
mus.ĩ.de offi.lega.vbi Domi. & alij reprehendunt rationem
60 illius tex. † Nota ſextò ibi, literarũ ſedis apoſtolicæ &c.ꝙ
delegatio debet fieri per literas,& ſic requirit ſcripturam,ita
intelligit iſtũ tex.Domi.in c.j.§.poſtquàm.in fi.ĩ.de cenſi.Sua
detur hoc:quia tex.iſte ponit clauſulam decreti,ergo videtur
introducere formam,vt dicit Bal.in l.j.ff.de lib.& poſth.facit
tex.in c.cùm in iure.de offi.deleg.Tamẽ iſtud efficaciter hîc
non probatur. Dictum tamen eſt in ſe verum, ꝙ delegatio
Papæ debet per literas probari,& non per teſtes,vt in l.j.c.de
man.princ.& tradunt docto.in c.quoniã contra. de proba.&
hoc idẽ eſt in delegatione Epiſcopi ad vniuerſitatẽ cauſarũ,
ſecus



ſecus autem ſi ad vnam cauſam: quia tũc probari poteſt per
teſtes,vt tradunt domini de Rota in deciſi.cccxcvij.incip. Si
Epiſcopus.in ij.dub.ſub titu.de reſcrip.in nouis. Et quod di
ctum eſt in delegatione Papæ, idem dicendum eſt in ſubde-
legatione quæ ſcripturam requirit,& per teſtes probari non
poteſt,vt dicit Imo.in d.c.cùm in iure. & Archi.in c.ſi ſubde-
legato.de offi.dele.lib.vj.Hoc tamen nõ procedit in ſubdele-
gatione collectoris dati à Papa,quia licet commiſsio ſcriptu
ram requirat,& probari per teſtes non poſsit,tamen ſi faciat
ſubcollectorem,talis ſubdelegatio per teſtes probari poterit,
vt dicunt domini de Rota in deci.cclxvj.incip. Dixerunt. in
titu.de proba.in nouis.per rationẽ ibi poſitam per eos quos
cum alijs concor.ſequitur Bartho.Belenz.in tracta. de chari.
ſubſi.q.cxj.declarando vt per eum in q.cxiiij.& prædictum
notabile adeò eſt verum, ꝙ etiam ſi delegatio per tranſum-
ptum probaretur,non ſufficeret, prout concludit Roma.in
conſi.cccxxxviij.incip.Cùm propoſitam quæſtionem.Et hoc
verum eſt niſi tranſumptum fuiſſet tranſcriptum ab origina
li ſolenniter,iuxta formã c.fi.de fi.inſtr.& quæ ibi dicunt do
cto.quia tali caſu fides illi tribueretur,vt ibi habetur: & tra-
dit Ange.& alij in auth.ſi quis in aliquo.c.de æden. Hoc ta-
men verum eſt,quando lis non pendet. Si verò lis penderet
tunc ſeruat Rota ꝙ etiam ſi tranſumptaretur cum ſolẽnita-
te de qua in c.fi.ei nõ adhiberetur fides,niſi iura ſint extra-
cta per compulſoriam decretam ab auditore coram quo pẽ-
det lis,& talis practica fuit fundata forte in c.fi.vt lite pen.&
in deci.ccccxj.in no.incip.Si lite pendente,dum alleg.c.vt no
ſtrum.de appella.Sufficeret tamen iſto caſu, ꝙ produceretur
ſumptum facultatis collectoris de regeſtris bullarum Papæ,
quia illi Rota ſolet fidem adhibere ſicut originalibus, vt di-
cunt domi.in deci.dcxxj.incipiẽ.Nota ſumptum.quæ eſt du-
plicata errore,in deci.dclxxxj.dummodo ſigilla recognoſcã
tur, quibus ſumptum clauſum præſentatur,& iſta de plano
procedunt in cauſis pendentibus in curia, ſecus extra curiã,
quia tali ſumpto cum ſolo ſigillo,non adhiberetur fides,niſi
produceretur bulla plumbata.Et ratio differentiæ poteſt eſſe
quia in curia poteſt de facili haberi recurſus ad regiſtrũ, vel
Papã,ſi de viribus ſumpti dubitatur:iuxta ea quę not. Spec.
in titu.de proba.§.videndũ.verſi.quod de auditoribus,quod
fieri

fieri facilè non poſſet extra curiam. Quæ omnia notabis in
practica quãdo fueris Romæ. Nota vltimò generaliter per
viam regulæ, ex iſto text. ſecundùm omnes, ꝙ cauſæ à ſede
apoſtolica debent cõmitti exiſtentibus in dignitate, ita not.
Abb. in c. ſuſpicionis. in ij. col. de offi. deleg. & in c. quoniam
Abbas. in v. col. eo. ti. & Alex. in conſi. lxxvij. In cauſa & lite.
in ij. col. vol. ij. & in rubr. ff. de offi. eius. in ij. col. Amplio iſtam
regulam & limito vltra ſcribentes pluribus modis. Primò
ampliatur regula ſupradicta ꝙ procedat etiam ſi ille cui com
mittitur cauſa nõ habeat dignitatem in illo loco vbi fit com
miſsio ſed alibi, ita tenet Card. in cle. fi. in fi. de ſentẽ. excom.
61 † Sed tamen iſtud dictum Card. ſimpliciter ita intellectum
non videtur verum, ex eo quia quando cauſa committitur
exiſtẽti in dignitate in dubio cẽſetur ſibi cõmiſſa iuriſditio
in eo loco, vbi habet dignitatem, non autem in loco vbi reſi
det, niſi hoc expeſsè dicatur. Caſus eſt de hoc quem ibi pon-
derat Ioã. And. & Abb. in c. fi. de re. permu. & hoc idem tenet
Abb. in c. olim. in gl. j. de excep. ad idem eſt tex. iuncta ſupra-
ſcriptione in c. fi. & ibi not. Abb. in j. notabili. de iudi. Suadẽ-
tur hoc, quia habens dignitatem ſi reſideat extra locum di-
gnitatis priuatus reputatur: vt dicit Abb. in c. fi. in iij. col. de
foro compe. per alleg. ibi per eum. Sed priuato fieri non po-
teſt delegatio. igitur &c. Et ſecundùm hoc declarandum eſſet
dictum Card. procedere, quando de hoc fieret mentio. Sed
videtur ꝙ etiam ſine mentione dictum Card. poſsit defendi,
ex eo quia iſte tex. non requirit aliud, niſi ꝙ cauſa committa
tur exiſtenti in dignitate, & ꝙ reus per tale reſcriptum vltra
vnam dietam à ſua dioceſi non trahatur, vt in §. j. infra eo.
vnde ſi in patria mea reſideret pro ſuo beneplacito habens
dignitatem alibi, ego exiſtimo impetrationem valere, & ꝙ
62 iuriſditio cenſeatur data in illo loco impetrantis. † Quia in
dubio actus agẽtis debet interpretari ſecundùm eius volun-
tatem & diſpoſitionem iuris. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. Vnde
ex quo iudex eſt conſtitutus in dignitate, & per impetratio.
contra reum fit intra metas iuridicas talis impetratio nõ po
teſt dici doloſa. Non ob. ꝙ talis cenſetur priuatus, quia illud
eſt verũ reſpectu exercitij iuriſditionis, quam in alieno terri
torio exercere nõ poteſt, vt in l. iij. ff. de offi. præſid. alleg. per
Abb. ſecus verò vigore cõmiſsionis Apoſtolicæ quæ hono-
rem



rem tribuit & iuriſditionẽ, & illuſtrat dignitatẽ etiã alibi exi
ſtẽtem quæ cõmittatur perſonam: vt in c. ſi gratioſæ. §. eodẽ.
& c. præſenti. infra de præbend. & talis qualitas nõ ſeparatur
à ſubiecto, niſi per mortem ciuilẽ vel naturalẽ. Et ideo ego di
ctum Abb. & aliorum declararem procedere, quando fieret
impetratio ſiue cõmiſsio habenti dignitatem reſidenti tamẽ
vltra dietam à loco rei. Quia tali caſu in dubio procedit
quod dicit Abb. cùm ceſſet ratio ſupradicta. & iſto modo iſtę
opi. concordari poſſunt, & ita declaratur etiã dictum Domi.
in c. ne aliqui. col. fi. ĩ. de hære. & ſupra in proœ. in v. notabil.
Secundo principaliter regula prædicta extenditur, vt pro-
cedat etiam in ſubdelegato. Nam ea ratione qua delegatus
requiritur, ꝙ ſit in dignitate, eadẽ ratione in ſubdelegato di-
cendum eſt, ita tenet Abb. in c. paſtoralis. in iij. col. de offi. de
leg. & Rota deci. cccxcij. Not. ꝙ ſi in forma cõmuni. in antiq.
63 & ratio redditur: quia † ſubrogatus ſapit naturã ſubrogati. §.
fuerat. Inſti. de actio. cum ſi. Et ex hoc infertur, ꝙ ſi Papa ex
certa ſcientia cõmitteret cauſam ſimplici clerico non habẽti
qualitatem requiſitã in iſto tex. ex quo videretur ſecũ diſpẽ-
ſare iuxta ea quæ dicit glo. hîc in ver. literarũ. ꝙ talis clericus
poſsit alteri ſimplici clerico illam cauſam ſubdelegare: quia
ſubrogatus ſapit naturã &c. & ita in terminis poſt longã diſ-
putationẽ tenet Decius in c. ſi pro debilitate. de offi. deleg. cõ
tra Feli. qui contrariũ tenebat rationibus de quibus ibi latè
per eos. Pro qua opi. facit quæ tradunt Docto. in l. filiuſfami
lias. §. diui. & in l. pater. §. quindecim. de leg. iij. ꝙ res ſemel effe
cta alienabilis, ſemper durat alienabilis. Ita hîc eſt dicẽdũ, ꝙ
cauſa ſemel effecta delegabilis nõ exiſtẽti in dignitate duret
64 cũ qualitate ſua. Tamẽ quantũ ad iſtũ caſũ † mihi opi. Feli.
videtur verior ex eo quia negari nõ poteſt, ꝙ delegatio facta
ſimplici clerico eſt exorbitans tribus rationibus. Primò quia
inducit habilitatẽ incapacis, & iſto reſpectu inducit priuile-
giũ perſonæ. Secũdò quia per iſtã delegationẽ derogatur diſ
poſitioni iſtius tex. diſponẽtis cauſas delegari debere exiſtẽti
in dignitate. Tertiò qa huiuſmodi delegatoria reſcripta iam
de ſe extra iſtũ caſum ſunt odioſa: quia abſorbẽt iuriſditionẽ
ordinariã gl. in c. j. ſupra eo. & in c. ad hæc. extra eo. titu. Iſtis
tribus rationibus cõcurrentibus videtur dicendũ ꝙ talis ha-
bilitas transferri nõ poſsit per ſubdelegationẽ alteri perſonę
incapaci.

65 incapaci. Quia priuilegium† non tranſit de perſona ad per-
ſonam, etiam ex identitate rationis, c.ſanè. de priuilegijs. &
maximè priuilegium continens diſpenſationē, & in caſu iſto
quia diſpenſatio de ſe eſt odioſa: vt in c.j. infra de fil. presb. &
perſonam nō tranſgreditur. §. ſed quod principi. Inſti. de iure
natura. facit l. quia perſonale. ff. ſolut. matri. maximè cùm ſit
correctoria iſtius diſpoſitionis debet reſtringi, & prohibetur
extenſio. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. ma. Cùm igitur plures ſint
rationes obſtantes, ideo concludendum eſt iſtum ſimplicem
66 clericum, † cum quo per principem eſt diſpenſatum, non poſ
ſe alteri clerico ſimplici delegatam ſibi cauſam ſubdelegare,
niſi habeat qualitates requiſitas in iſto tex. Vt tamen omnia
iſta magis lucidius intueri poſsint reaſſumo iſtam q. per viā
dubij, videlicet an ſi Papa ex certa ſcientia delegat cauſam
non habenti qualitatem de qua hîc, poſsit delegatus ſubde-
legare non habenti dictas qualitates. Super quo videtur di-
cendum. Primò ꝙ ſic affirmatiuè propter illam vulgarem re
gulam qui habet ꝙ ſubrogatū ſapit naturam illius in cuius
locū ſubrogatur, in c. eccleſia. vt lit. pen. in cle. j. de offic. vica.
cum vulga. Cùm ergo delegatus licitè ſine illis qualitatibus
procedat eodem modo dicendum eſt in ſubdelegato qui eſt
ſubrogatus eius loco. Secūdò pro hac parte videtur eſſe tex.
in terminis in c. ex literis. in prin. de in integr. reſti. vbi ſi Pa-
pa delegat cauſam matrimonialem non Epiſcopo, cùm aliâs
de ſui natura debet delegari Epiſcopo, vt in c. decedentibus.
de exceſsi. præla. & tradit Specu. pulchrè in titu. de reſcriptis
principum. §. ratione formæ verò cuius ad inſtructionem. &
Abb. in c. cauſam matrimonij. de offi. deleg. ille delegatus po
terit illam ſubdelegare ſimiliter non Epiſcopo. Tertiò po-
teſt optimè adduci illud quod voluit Bar. poſt quoſdā Doct.
in l. j. in iij. col. verſi. quæro nūquid &c. ff. de officio eius. vbi
dicit ꝙ licet cauſa meri imperij nō poſsit delegari niſi a prin
cipe, vt in l. j. in prin. ff. de offic. eius. habetur imperium. ff. de
iur. omnium iudi. nihilominus ſi princeps delegat illam poſt-
ea poterit delegatus ſubdelegare, licet non fuerit princeps,
quia cùm cauſa ſemel mutauit naturam ſuam cenſetur facta
delegabilis: ar. l. fi. in fi. c. de imponen. lucr. deſcrip. libr. x. &
l. pater filium. §. quindecim. ff. de leg. iij. In contrarium verò
adduco primo, nam quod non habens huiuſmodi qualitates
poſsit



poſsit eſſe delegatus videtur eſſe quoddam priuilegium cō-
tra iſtum tex. Sed priuilegium non egreditur perſonam pri-
uilegiati, vt in c. ex parte. & in c. porrò. de priuileg. & in regu
la priuileg. cum vulg. ergo &c. Secundò nemo dubitare de-
bet quin iſta non ſit quædam diſpenſatio quo ad delegatū,
vt non exiſtens in dignitate, vel canonicus poſsit eſſe dele-
gatus, ergo reſtringenda quo ad ipſum tantùm, vt patet per
tex. j. q. vij. in c. niſi rigor. & c. j. & ij. de fil. presby. lib. vj. Ter-
tiò pro hac parte facit iſte tex. in §. in nullo verbo, neque ali-
bi, vbi tex. dicit ꝙ ſubdelegatio debet fieri perſonis ſuperius
duntaxat deſignatis, & ſic vtitur vera taxatio, quaſi inten-
dens ꝙ nullo caſu poſsit ipſe delegatus ſubdelegare niſi ha-
bentibus prædictas qualitates. Quartò pro hac parte addu-
co tex. valdè vrgentē in c. ſuper quęſtionum. in §. porrò. & in
§. ſi verò. de offi. delega. vbi ſi princeps delegat cauſam cum
illa clauſula appellatione re. & ſic dat hoc priuilegium dele-
gato, ipſe non poterit eodem modo ſubdelegare cum ipſa
clauſula, & ſic illud priuilegium non tranſit in ſubdelegatis.
Si ergo priuilegium cohærens cauſæ non tranſit in ſubde-
legatum ſi cauſa ſubdelegatur, multò magis priuilegium co-
hærens perſonæ non debet tranſire in eum. Vlterius de ſui
natura cauſa debet delegari habentibus d. quali. non alijs. d.
c. ſtatutum. naturam igitur primordialem debemus attēde-
re. argu. l. fi. c. de his qui ven. æta. imp. Sextò duo ſpiritualia
non debent concurrere in eodem ſubiecta, l. j. de dot. promiſ.
Septimò vbicunque aliqua res nō eſt tranſmiſsibilis ad hæ
redes, ſi tn̄ de voluntate teſtatoris fiat tranſmiſsibilis intelli-
gent tantùm de primo. l. antiquitas. c. de vſufr. ita in caſu no
ſtro eſt dicendū, ꝙ illa delegatio non poſsit fieri in ſecundū.
Iſtis tamen ſic ad vtranque partē deductis, tenendo partem
negatiuam ad cōtraria facilis erit reſpōſio, primò dum dice
batur, ꝙ ſubrogatus ſapit naturā, &c. nam illud eſt in natura
primordiali, & ꝙ ſubrogatus ſapit naturā quam habet à le-
ge, non autem naturam accidentalem quæ ex accidenti da-
tur, prout eſt iſta data ab homine ꝙ ſine illa qualitate poſsit
eſſe delegatus ſed ſapit naturā primordialē, videlicet ꝙ non
poteſt eſſe delegatus niſi habeat prædictas qualita. Illa enim
dicitur natura primordialis, id eſt primęua, & hoc modo pa-
tet gl. in l. certi cōdictio. in prin. ff. ſi cer. pe. & pro iſta reſpō-
ff ſione eſt

ſione eſt tex.ibi not.Bar.in l.item veniũt.§.cùm prædiximus.
ff.de peti.hære.& Bar.in l.j.§.hæc actio.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe
iuſ.fue. Secundò non obſt.text.in c.excluſis.valdè vrgens.
Ideo enim potuit ibi cauſa matrimonialis alteri quàm Epi-
ſcopo ſubdelegari,quia delegatus ſubdelegauit alteri colle-
gio cui Papa iam cõmiſerat ei prædictam cauſam matrimo
nialem:& ſic ambos illos viſus eſt Papa habilitare indiſtin-
ctè ad cognoſcendum de cauſa illa.Nec obſt.ſi diceretur ꝙ
hæc reſponſio non procedit, quia delegatio eſt ſtricti iuris:
vt in c.j.& ix.de offi.deleg.quo non eſt dicendũ ꝙ licet Papa
habilitauerit illos non Epiſcopos ad cognoſcendum de tali
cauſa vt delegatos, videatur etiam habilitaſſe illos, vt alter
alteri ſubdeleget niſi quatenus ei de iure cõpeteret,maximè
quia tex.in d.c.ſuper quæſtio.vult ꝙ licet duo ſint dati dele-
gati cum clauſula à Papa recepta,tamen ſi alter ſubdelegat
alteri non poterit cum illa clauſula ſubdelegare, & ſic tex.in
d.c.ex literis.non procedit tex.eo,quia Papa voluerit,ſed ſo-
lùm ex poteſtate ipſius delegati ſubdelegantur. Et ideo ad
hoc motiuum reſpondetur,ꝙ videtur habere duo capita,pri
mum caput circa c.cũ xx.ſecundũ circa c.ſuper quæſtionẽ.
& quo ad primum dico ꝙ dato ꝙ delegatio ſit ſtricti iuris il-
lud eſt verum quo ad diuerſas cauſas,vt videlicet delegatus
poſsit cognoſcere de alia cauſa in cõmiſsione expreſſa iſto
modo.tex.in d.c.P.& G.procedit,ſed circa illam cauſam cõ-
miſſam tantummodo eſt fauorabilis & ampliãda, patet per
c.j.de offi.deleg.vbi eſt ſi non dicatur in cõmiſsione poteſt
delegatus compellere impediẽtes ſuam iuriſdi. Ad idem me-
lius facit tex.in c.præterea.eo.tit.vbi cõmiſſa cauſa tantum-
modo cenſetur cõmiſſa,ſine quibus cauſa expediri non po-
teſt.In propoſito ergo cùm Papa in d.c.ex literis.habilitaue-
rit illos nõ Epiſcopos,vt poſsint eſſe delegati conuenienter
videtur illos habilitaſſe,vt alter poſsit committere & alteri
ſubdelegari cùm ſit ꝙ cauſa aliâs nõ expediret̃,ex quo in cõ
miſsione illa nõ adeſt illa clauſula ſi nõ omnes,de qua in c.
prudẽtiam.§.adijcimus.& in c.quãuis.eo.tit.& pro tollenda
iſta contrarietate videtur caſus in terminis non inſtando in
verbis,in c.quãuis.eo.tit. vbi ſi cauſa duobus cõmittit̃ ſimpli
citer videt̃ & c.ſi hoc expreſſa nõ dicat̃ ꝑut eſt caſus noſter.
Quo aũt ad tex.in c.ſuper quæſtionũ.§.ſi nõ reſpõdetur.qđ
differt



differt multis ille caſus à d.ca.ex literis.nam ideo ibi priuile-
gium procedendi appellatione re.extinguitur,quia aliter po
terat ſolus procedere appella.re.vnde iudicium omnino ha-
buiſſet effectũ,& ſic cauſa habuiſſet finẽ. Sed in caſu d.c.ex
ex literis.iudicium fuiſſet effectũ fruſtratoriũ in eo tãtùm, &
ſic cauſa illa fuiſſet proteſtata,cõtra c.finem litibus.de do.&
contu.maximè quia erat cauſa matrimonialis quæ requirit
breuiorem expeditionẽ,iuxta vulg.cle.diſpẽdioſam.& clem.
ſæpe.Circa verò doctrinam Bar.in l.j.ff.de offi.eius.reſpon-
deo,ꝙ illa nõ obſt.duplici capite. Primò quia quod ipſe de-
legatus poſsit cauſam meri imperij ſubdelegare illud nõ eſt,
ex eo quòd cauſa mutauerit naturã ſuam,ſed propter regu-
lam generalem,quæ habet quòd delegatus principis indi-
ſtinctè poteſt ſubdelegare,vt d.l.à iudice.C.de iudic. Verùm
eſt ꝙ poſſet etiam dici illud eſſe verum in cauſis delegabili-
bus & quæ poſſunt per iſtum ſubdelegari.Sed iſta nõ eſt hu
iuſmodi,quia expreſſè prohibetur hãc ſubdelegare inferior
à principe,d.l.j.ff.de offi.eius.cum ſimi.ideo aliter reſpõdeo
ꝙ illa doctrina Bart.non eſt vera,quia habet expreſſum ca-
ſum.l.contra ſe.in c.ſi probabiliter.de offi.deleg.vbi delega-
tus principis non poteſt cauſam grauem ſubdelegare, prout
eſt cauſa meri imperij,prout not.do.Anto.in ca.quod ſedes.
in prin.vlti.col.quem ſequitur ibi Ioan.And.& Imo.de offi.
ordi.& idem videtur velle Spe.in tit.de leg.§.excipientem.in
v.col.verſ.ſed hîc incidit alia quæſtio.& Sali.poſt Pet.& Cy.
in l.j.C.qui pro ſua iuriſdi.& per iſta puto reſponſum ad illã
doctrinam Bar.& ſic ad omnia motiua pro hac parte indu-
cta.Vel alio modo reſponde quòd in caſu noſtro eſt diuerſa
ratio quàm in caſu Bar.quia in caſu Bar.& iurium,quæ alle-
gat,nimirùm durat res in eadẽ natura quã aſſumpſit, quia
eſt eadem. Sed in caſu noſtro in quo ſunt plures inhabiles
ad gerendum vnum actum,ſcilicet,vnus habilitatur, nõ ſe-
quitur ex hoc habilitatio aliorum,quia ſunt diuerſæ perſo-
næ.Tenendo tamen diſputationis gratia partem affirma-
tiuam ad motiua facta pro parte negatiua faciliter reſpõde-
ri poteſt.Et primò ad primũ motiuum dum dicebatur quòd
iſtud erat priuilegium perſonale,videlicet,quòd non haben
tes iſtas qualitates poſsit cognoſcere, &c. quia negatur ma-
ior,videlicet,ꝙ ſit priuilegiũ,imò dicitur onus,quia iudicare

 eſt onus:

eſt onus:vt eſt tex.in l.munerum.§.iudicandi,ff.de muneri.&
hono.facit optimum tex.in c.cùm æterni,de reg.iur.lib.vj.fa
cit etiam tex.in l.ſancimus.c.de iudic.cum alijs ſi.igitur &c.
& hac de cauſa delegatus cognoſcit an ſua ſit iuriſditio,vt
in c.ſuper literis,de reſcript.& in c.vt debitus.de appellatio.
quia non præſumitur in ſe velle recipere onus. Et ſimiliter,
per iſta erit reſponſum ad ſecundum argu.dum dicebatur ꝙ
erat diſpenſatio,quia non eſt diſpenſatio,ex quo affert onus
non autē vtilitatē vel priuilegium quod eſt de natura ipſius
diſpenſationis. Vlterius non obſt.text.in c.ſtatutum.§.non
ſolùm,de reſcrip.lib.vj.vbi dicitur ꝙ ſubdelegatio debet fie-
ri perſonis ſuperius duntaxat deſignatur, & ſic habentibus
qualitatem prædictā,illud enim habet locum quādo delega
tio ipſa erat facta perſonis prædictis,tunc enim bene verum
eſt,ꝙ ſubdelegatio eſt fienda tantummodo illis perſonis,ſed
quando non eſſet delegata cauſa modo prędicto de q̄uo ibi,
tūc in ſubdelegatione non eſſet etiam ſeruandus ille tex.de-
bet enim Papa ipſe velle licere alijs quod ipſi licitum facit,
iuxta regulam,ꝙ omnis eius actio eſt noſtra inſtructio,in c,
ſignifica.de elect.in c.& ſi Chriſtus.de iureiur.cum vulga.&
præſertim quādo in loco nō eſſent perſonæ habentes dictas
qualit.Itē & quartò nō obſt,tex.in.c.ſuper quęſtio §.ſi verò,
de of.dele.vbi ſi princeps delegat cauſam ap.re.delegatus nō
ſubdelegat ap.re.& eſt ratio,quia illud eſt priuilegiū quod à
ſententia nō poſsit appellari eſt maximum priuilegium,quia
iudex non videtur habere ſuperiorem, tunc ideo tale priui-
uilegium non egreditur perſonam. Sed in caſu noſtro non
vertitur aliquod priuilegium,vt ſupra dixi in ratione primi
argumenti,ſed quia iſta reſponſio videtur nimium genera-
lis.ideo reſpondetur aliter,quia ideo nō potuit cauſā ſubde-
legari cum illa clauſula,quia omnino alter de per ſe ſiue ſub
delegare poterat procedere app.re. & ſic cauſa omnino ha-
buiſſet finem, & videtur non fuiſſe deluſorium .Sed in caſu
noſtro,ſi cauſa non poſſet delegari non habenti prædictam
qualitatem,puta quia in loco vel extra vltra vnam dietam
non reperirētur huiuſmodi clerici iudicium eſſet deluſoriū,
& ita ſit reſponſum ſatis ad illud c.ſuper quæſtionū.§.porrò,
Item non obſtat,ſi diceretur ꝙ videtur dicta induſtria &c.
quia non cenſetur,niſi appareat quo caſu,ſi eſſet electa non
eſſet du-



eſſet dubium,quia non poſſet nemini ſubdelegare, vt in c.fi.
eo.tit.ſed ceſſaret omnis coniectura induſtriæ quando in lo
co non eſſet aliquis habens aliquam dignitatem vel canon.
Item non obſt.ſi diceretur ꝙ delegatus non poteſt vti clau-
ſula ex certa ſciētia,quia importat plenitudinem poteſtatis,
glo.in c.ad hæc.de reſcrip.ſed delegatus non habet plenitu-
dinem poteſtatis,quia illius eſt ſoluere &c.vt in c.inter alia.
de ſenten.excom. Reſponde quòd delegatus nō facit ex eo
ꝙ vtatur illa clauſula,ſed facit, quia lex debet eſſe poſsibilis
iiij.diſt.erit autem lex.Sed pone ꝙ in loco non ſunt habētes
dictas qualita.nec ibi propè,& Papa delegaret nō habenti,
præſumeretur tollere ius tanquàm impoſsibile ex cauſa. Et
per hāc rationem inferri poteſt,ꝙ ipſe delegatus poſſet ſub-
delegare nō habēti illas quali.de quibus hîc, quo ibi nō inue
nirent tales. Redeundo igitur ad propoſitum iſtius vltimi
notabilis,regula igitur eſt ꝙ cauſæ à ſede Apoſtolica debent
committi perſonis exiſtentibus in dignitate. Iſta concluſio
ſingulariter limitat vltra alios pluribus modis.Primò proce
dere in executoribus gratiarum.Nam dato ꝙ ipſi ſint in di-
gnitate,poſſunt tamen committere vices ſuas ſimplici cleri-
co nullam habenti dignitatē,vt notabiliter concludunt do-
mini de Rota,deciſio.ccclxix.in tit.de reſcrip.in no.incip.Si
in forma cōmuni &c.vbi dicunt ita fore in Rota per omnes
dominos cōcluſum per d.Archi.hîc,quia tales nō ſunt iudi-
ces,ſed meri executores,& ita etiam idem tenent in deciſio.
ccexcij.incip.Nota ꝙ ſi in forma.in titul.de executoribus.in
antiquis.Declarando tamē vt per eoſdē dn̄os in deciſ. incip.
Nota quòd executor.in titu.de offic.delegati.in antiquis.
Tertiò extende regulam ſecundam habere locum in Do-
67 ctore ſimplici.† Quia in tali verificatur diſpoſitio iſtius tex.
ex eo quia Doctoratus dicitur eſſe dignitas.c.quāto.de ma-
giſt.cum cōcor.ibi traditis per Feli.& idē latius tradunt Mo-
der.in tract.de Doctori.in iiij.parte.q.ij.& Alex.in l.Centu-
rio.in ij.col.ff.de vulg.& pup. Sed vnum mihi obſtat, quia
tex.iſte loquitur de dignitatibus eccleſiaſticis,& Docto.non
eſt in dignitate eccleſiaſtica, & licet hoc admittatur ex eo,
68 quia talis dignitas reperitur à iure canonico expreſſa.† per
regulam c.j.de æta.& qualita.vbi habetur, quòd illæ dicun-
tur dignitates eccleſiaſticæ, quæ nomen habent à iure ex-

preſſum, vt tradit Archi.& Domi.in c.j.in ti.j.tamen ex alio
iſta dignitas non ſufficit,quia iſte tex.loquitur de dignitati-
bus propriè patet,quia canonicatus largo modo eſt digni-
tas,vt dicit Fel.in c.paſtoralis.in iij.col.de offi.deleg.Et tamē
in diſpoſitione iſta ſub illo verbo,dignitatibus,non compre
henditur,ſed ponitur hîc in tex.vt qualitas differens à digni
tate ſecundùm omnes Docto.vt patet ex dictione,ſeu.Ergo
manifeſtè colligitur,ꝙ illud verbum dignitate, poſitum hic
in tex.accipitur pro dignitate propriè,nō largo modo. Quia
tali caſu canonicatum comprehenderet,nec poneretur vt di-
uerſa in tex.cùm igitur Doctoratus non ſit propriè dignitas,
vt concludunt Mod.in tract.de beneficio,in ij.q. primæ par-
tis.fol.penul.quia diffinitio dignitatis data per Abb.& com-
muniter Docto.in c.de multa. non adaptatur Doctori. ergo
concludendum eſt non comprehendi ſub diſpoſitione iſtius
tex.qui de proprijs dignitatibus loquitur, vt tenet hîc gloſ.
in verb.dignitate.quæ communiter approbatur, & pro iſta
opinione videtur glo.quæ hoc tacitè ſentit hîc in verſi.ſede
Apoſtolica:aliâs ſequeretur ꝙ eadem ratione poſſet fieri cō-
miſsio ſimplici clerico cùm dicatur habere dignitatem ratio
ne clericatus,vt in c.denique.iiij.di.& in c.j.ī.de vi.& ho. cle.
& breuiter de hoc videtur deciſio Car.ſi ſubtiliter pondere-
69 tur in cle.fi.de ſen.exc.vbi dubitat an Doctor exiſtens†Pata
uij habens tamen dignitatē alibi ſit capax delegationis, attē
to ꝙ alibi dignitatem habet,& concludit ꝙ ſic,facta mentio
ne de tali impedimento.Si igitur illud eſſet expeditum quod
Doctor ratione Doctoratus poſſet eſſe iudex delegatus, nul-
lum fuiſſet dubium,an haberet alibi vel non haberet digni-
tatem,cùm tali caſu dignitas Doctoratus ſufficeret quæ Do-
ctorem committatur,vbique concludo ergo quòd diſpoſitio
iſtius tex.non procedit in ſolo & ſimplici Doctore. Limitarē
tamen hoc niſi eſſet Doctor excellentis & eminentis doctri-
næ,quia in tali regulæ iuris tranſgrederentur per tex.nota-
bilem in l.ſed & reprobari.§.ſi enim.ff.de exc.tu.quem ibi ad
hoc pro ſingulari no.Bald.& Alex.in l.centurio.in ij.col.ff.de
vul.& pup.cū multis concor.quæ cōgerit And. Sic.in tra. de
præſtan.Car.in j.q.j.par.princi.col.xv.& in proœ.cle.in ix.&
x.col.per totū.cū alijs ſi.vt ſcribo in d.l.ſed reprobari.Sed iſta
limitatio morderi poteſt,ex eo quia licet Doctor ſit eminen-
tis doctrinæ,



tis doctrinæ,nō propter hoc talis eminēs doctrina conſtituit
eum in dignitate,licet eum faciat magis mereri, & meritum
non tribuit dignitatem:vt dicit Gar.in cle.ij.in ij.q.de magi.
ſequitur Decius in c.clerici.de iud.& in.l.cùm quid.in iij.col.
ff.ſi cer.pet. Secundò limitarem,niſi Doctor legeret per xx.
annos,quia tali caſu ex illa prærogatiua tēporis acquirit di-
gnitatem comitatus.l.j.in fi.cum gl.c.de profeſſo.qui in vrb.
Conſt.lib.xij.cum cōcor.vt ſcribit Iaſ.in l.j.in ij.col.ff.de offi.
eius.Suadetur hoc per vnū notabile dictū And.Sicu.in c.fi.§.
cæterū.col.xij.nu.29.de offi.dele.vbi dicit, ꝙ licet Doctor nō
poſsit legere per ſubſtitutū,vt in l.inter artifices.ff.de ſol.quā
ad hoc alleg.Bar.in l.nemo.ff.de duo.re.Tamē vbi Doctor le
giſſet per xx.annos hoc poteſt facere ad inſtar illuſtriū,vt in
70 l.quiſquis.c.de Epi.& cle.ita in caſu noſtro eſt dicēdū†licet
ſimplex Doctor nō poſsit eſſe delegatus. Tamen ſi legit per
xx.annos poterit illi cauſa delegari. Quod nota,quia ſunt
omnia noua in materia. Tertiò limito niſi Doctor hoc ha-
beat ex priuilegio Apoſtolico,vt poſsit eſſe delegatus: quia
tali caſu nō procederet diſpoſitio iſtius tex.& ita in Doctori
bus vniuerſitatis Cadomen.dicūt in terminis quidam Mod.
in tracta.de Docto.in ij.parte.fo.17. Quartò ſimpliciter ex-
tendo iſtū tex.& regulam prædictam habere locū in arbitris
datis ſuper cauſa principali qui debent eſſe in dignitate, vel
perſonatu,vel canonicatu eccleſiæ cathedralis, ita extendit
Domi.in c.legitima.in iiij.col.ver.in fi.gl.ī.de app. contrariū
tamen videtur tenere idē Domi.in c.iudex.in iij.col.verſi.ſed
quis.ī.de offi.deleg.Sed concordando opi.tu potes diſtingue
71 re inter arbitros iuris & cōpromiſſarios.†Nā primi cēſentur
delegati,vt tradunt omnes in l.fi.per illū tex.c.de iud.& in c.
ab arbitris.ī.de offi.deleg.& in iſtis bene requiritur qualitas
iſtius text.quia ſubrogatus in locū iudicū recuſatorū,vt in c.
ſuſpicionis.de offi.dele.& ſubrogatus ſapit naturā ſubrogati,
& ita dictū Domi.procedit in d.c.legitima. aut verò ſunt ar-
bitri compromiſſarij,teneo ꝙ tales nō comprehendātur ſub
diſpoſitione iſtius text. qui de iudice delegato loquitur, &
iſti non ſunt tales,& qui in aliquo caſu allegat ſimilitudinem
eſſe inter tales & iudices, debet eam probare procedere illo
caſu:vt tradit Abb.in c.tranſlato.de conſti. Quintò extēde
prędictam regulam procedere etiam ſi iudices dati ſecūdùm

formam iſtius tex.eſſent minoris dignitatis, quàm partes co
ram ipſis litigantes:quia per hoc nõ obumbratur neque im-
peditur iuriſditio,cũ ſufficiat in talibus iudicibus adeſſe qua
72 litatem dignitatis,quæ hîc requiritur.Sufficit† enim ꝙ in il-
la dignitate minori iudex repreſentet Papam,propter quam
repreſentationem maior reputatur, quocunque alio maiorẽ
dignitatem habente,vt in c.ſtuduiſti.de offi.leg.& in c.ſanè.
73 de offi.deleg.†Hinc eſt ꝙ delegatus poteſt citare etiam Car-
dinalem:vt dicit Bal.in l.iubemus.§.fi.c.de Epiſ.& cle.de ho-
neſtate tamen fuiſſet bene conueniens, ꝙ cauſa inter maxi-
mos prælatos non committeretur inferiori in dignitate,ſed
maiori,vel ſaltem pari,vt dicit Abb.in c.cùm cauſa.in ij.no
tabi.per illum tex.de offic.delega. & per iſta dicta aliâs dice-
bam in l.eſt receptum.ff.de iur.om.iudi.ꝙ ille tex. non proba
74 bat communem intellectum,†vt videlicet maior iudex poſ-
ſet ſe minori ſubijcere,quia tex.ſolũ dicit ꝙ maior &c.& non
dicit iudex.Vnde ergo illud verbum intelligebam de maiori
ratione potentiæ,vt in c.j.de offi.deleg.vel maiori nobilita-
te diuitijs vel ætate,vt quia pater vel alius,vt dixi in §.quæ-
dam.in fi.Inſti.de actio.poſt Iaſ.& declarat idem Iaſ.in l.ij.§.
ait prætor.ff.de in ius voc.Nam tali caſu dato ꝙ iudex ſit mi
nus potens vel ruſticus, poteſt potentes , diuites , & maiores
omni reſpectu imperio coërcere, vt hîc. Sed ſi aliquis maior
eſſet iuriſditione,tunc nõ procederet iſta ampliatio ad text.
noſtrũ,neque tex.in d.l.eſt receptũ.quod inter alia improba-
bã per tex.in l.nam magiſtratus.ff.de arbi.dum ibi dicitur ꝙ
par parem coërcere nullo modo poteſt:iſta verba, nõ poteſt,
de ſui natura nõ ſolùm tollunt potentiam volũtatis partium:
vt in l.j.in prin.& ibi no.Iaſ.ff.de verb.obl.ſed etiã prohibẽt
diſpenſationem,vt in cle.hi qui.in glo.in ver.concedatur.de
æta.& quali.& hoc niſi vrgente neceſsitate ex licentia prin-
cipis fiat, & ita intelligo.l.ille à quo.§.tempeſtiuũ.ad Trebel.
Sextò extende ſupradictam regulã procedere in executori
bus gratiarũ datis,cũ clauſula,vocatis vocandis &c.Nam ta
les debent eſſe in dignitate.Ita dicũt domini de Rot.in deci.
75 ccclxx.incip.Ex hoc.in nouis.ſub tit.de reſcr.†Ratio eſt,quia
executores cum prædicta clauſula nõ ſunt mere executores,
ſed ſunt veri iudices cum cauſæ cognitione,& parte vocata,
vt innuit dicta clauſula:vt not.omnes in c.exhibita. de iudi.
& com-



& compelluntur vigore illius clauſulæ aſſumere partes iudi-
cis,vt inquit Cardi.in cle.j.q.xv.eo. tit.& iſtam opi. expreſsè
etiã tenet Guliel.de mõte Lau.in cle.j.eo.ti.Sed circa hoc va-
rij ſunt prędicti domini de Rota,ex eo quia in deci.cccclxv.
incip.Vtrum ca.ſtatutum.in tit.de executoribus gratiarum,
in antiquis:tenent contrarium dicentes, ꝙ iſte text.nec eius
pœna non habet locum in executoribus gratiarum, etiam ſi
76 illi aſſumant partes iudicis, moti iſta ratione.†Quia debet
attendi illud quod principaliter fit,nõ autem ea quæ in con
ſequentiam. Cùm igitur executores principaliter deputẽtur
ad nudum factũ ſi ex hoc pro faciliori executione illius gra-
tiæ aſſumant partes iudicis,non debet officere,etiam ſi non
ſint in dignitate,vel alia qualitate hîc requiſita ex quo diſpo
ſitio iſtius tex.eſt penalis & reſtringenda ad caſum ſuum, ſci-
licet in iudicibus deputatis ad cauſas. Quid dicendũ:Breui-
ter iſta mihi videtur,ꝙ ſi à principio exequutores ſunt dati,
cum prædicta clauſula vocatis vocandis,ego teneo ꝙ requi-
ratur in eis qualitas iſtius tex.Quia tales dicũtur iudices dele
gati,& ita ſub illo titulo ponuntur in cle.j.de offi.deleg.& ita
procedit deci.Rotæ.ccclxx.ſupra alle.& iſta eſt cõmunis opi.
quam ſequitur ibi Card.& in cle.j.q.xv.eo.ti.& idem in cõſi.
77 †Quia nobiles viri.vbi dicit ꝙ iſta clauſula eſt tantæ poten-
tiæ,ꝙ facit de mero executore iudicem,& reaſſumit latè Fel.
in c.exhibita.in j.col.de iudi.& in c.de cætero.in iij.col. de re
iud.& in c.fi.in vj.col.ver.fallit primo.de prę ſump.& in c.pa-
ſtoralis.§.quia vero.col.ij.de offi.dele.& alibi ſæpe cõgerunt
Moder.in nouo tracta.clarum.fo.21.Si verò tales executores
dati ſunt ſine clauſula vocatis &c.& poſtea accidit ꝙ quo ad
executionẽ gratiæ,quæ fortè aliter expediri nõ poteſt incidẽ
ter cognoſcũt de qualitatibꝰ pertinẽtibus ad gratiã.tali caſu
actus factus per ipſos nõ annullabitur per iſtum tex. ex eo c.
quia nõ ſunt in dignitate.Quia ſufficit ꝙ tales dati ſint prin
cipaliter ad nudũ factũ exequendũ,licet ex poſt accidat illud
qđ cognoſcãt,ar.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer.pe.& ita proce-
dit deci.Rotæ cõtraria,& deci.cccxcij.in anti. Pro qua facit
optimè quæ dicit Vitalis de Cãbanis in ſuo elegãti tra.clau-
ſularũ,in clauſula xxxij.inci.Si cõſtiterit. Vbi notabiliter de-
clarat quã poteſtatẽ habeant iſti nudi executores.ſuper qui-
bus tu vlterius cogitabis.Quia anguſtia temporis,& impedi-
mentum

mentũ duarũ lectionũ nõ patitur in ſingulis immorari. Se-
ptimò extende vt habeat locũ in ſubexecutore deputato ad
cõfirmationẽ electiõis, vt tradit Egidi.de Bellame.in deciſi.
cxxvj.incipi.In executore.& quid in alijs executoribus dixi
ſuperius. Octauò extẽde etiam ſi cauſa quæ cõmittitur eſſet
inter laicos, quia adhuc procedit iſte tex.vt latè probat Ale.
in conſi.lxxvij.In cauſa & lite.in ij.col.lib.ij. Nonò amplia-
tur iſte tex.vt habeat locũ in cõmendatario alicuius dignita
tis:ita in terminis dicit And.Sicu.in cõſi.ij.incip.Sapiẽter.in
ij.vol.& Decius in c.quoniã Abb.col.iiij.de offi.dele.Et licet
cõmenda nõ dicatur vera dignitas, quo ad quædam, vt dixi
latè in cõmento regulæ Cancel.de viginti.& latius ſuper re-
gula de triẽnali tamen quo ad plura eſt vera dignitas. vt idẽ
Decius probat in c.edoceri.in fi.de reſc.& alibi ſæpe. & ideo
cauſa illi à ſede Apoſtolica cõmitti poterit.Nã cõmẽdatarius
dicitur habere titulũ.vt dicit Collecta.in c.fi.de fil. presby.&
hoc maximè procedit in cõmendatarijs perpetuis. vt tradit
Præpo.Alex.in c.cũ autẽ.xliiij.diſt.& in c.ſi quis.lviij. diſt.&
Nicol.Milis in verbo cõmẽda.& tales faciũt fructus ſuos ſicut
titulares vt prædicti dicũt, & probat latè Pauinus in trac.ne
ſed.vac.fo.21.Tamẽ quo ad effectũ iſtius tex.cõtrariũ tenet
Hierony.Paulus in practica Cãcellariæ.fo.122.vbi dicit ꝙ de
ſtylo, neque de iure ſolẽt nec debẽt cõmitti cauſæ cõmenda-
tarijs, & hoc idem tenet D.Guliel. Caſſador in Collectaneis
deciſ.ſuper regu.de infir.reſig.quod eſt verũ niſi Papa ex cer
ta ſciẽtia hoc faceret, & hoc caſu poſſet ſaluari opin.Decij &
Barbatiæ.& tali caſu ſolus Papa in hoc diſpẽſat, adeò ꝙ vice
cãcellarius facere contra formã iſtius tex.nõ poſſet, vt dicit
Egi.deci.lxxxj.nec etiã Legatus de latere, vt ibidẽ dicitur.Ta
men in vicecancellario dicit hîc Domi.in iiij.col.ꝙ de ſtylo
poſſet, licet ſecus de iure, ſuper quo cogita. Limitatur modò
iſte tex.& prædicta regula aliquibus modis vltra illos, qui ex
ſupradictis ampliationibus colligi potuerũt. Primò nõ habe
re locũ in habẽtibus dignitatẽ iure, ſiue noĩe alieno, vt ſunt
78 † vicarij, ꝗ ꝓpriè nõ dicũtur habere dignitatẽ, ſec9 aũt in ha
bẽtib9 dignitatẽ iure ꝓprio, ita tenet Car.in cle.ij.in xij.q.de
reſc.& iſtã opin.videt̃ ſentire Do.in c.cùm de beneficio. in ij.
col.ĩ.de præbẽ.& qđ dictũ eſt de vicario Epiſcopi. idẽ eſt in
vicario Archiepiſcopi, ꝗ eſſet officialis legati, ꝗ nõ poſſet au
thoritate



thoritate ordinaria ꝓcedere.Nã tales nõ poſſunt eſſe delega
ti niſi habeãt qualitates hîc requiſitas, ita tenet Egid. Bella-
me.deci.lx.ſequit̃ Feli.in c.cùm ex officij. in x.col.de preſcri.
Sed aduertendũ eſt quia in cõtrariũ videtur tex.in d.cle.ij.
niſi ſaluãdo dicas, & hoc eſt verũ, ꝙ ille tex.de nouo hoc indu
xit in officiali generali, ſed ſecundũ tẽpora iſtius tex.ꝓcedat
79 dictũ ſuũ, & regulariter iſtud tenet̃, ꝙ † diſpoſitio loquẽs de
dignitatibus nõ habet locũ in illis quæ ſunt reuocabiles ad
nutũ & tẽporales: vt dicit Abb.in c.de multa.in v.col. & in c.
cũ nõ ignores.de præb.& in c.G.perpetuus.in prin.de fi.inſt.
& in c.edoceri.in v.col.de reſcr.& in c.poſtulaſti. per illũ tex.
eo.ti.Verũ quia cõtra iſta vrget tex.in l.ſufficit.ff.de cõdi.in-
80 de.& in l.iuriſperitos.ff.de excu.tut.Vbi colligit̃ regula ꝙ † pa
eſt ambiguus, & ſic ſunt hinc,& inde variæ opi.ꝙ iudex nō
poteſt ſequi,quod ſibi placet,ſed quod rationi noſcitur cōue
nire contra Iaſ.& ſequaces. Glo.iud.delegatum.diuiditur in
tres partes,ſecundùm Io. Andr.in prima conuenit & ſoluit,
in ſecūda opponit & etiā ſoluit, in tertia tex.determinat.ſe-
cunda ibi,argumentum contra.tertia ibi, in cauſa verò &c.

Ex prima parte iſtius gloſ.colligitur concluſio qui diſpoſi-
tio iſtius tex.qui de delegato loquit̃ habet locū in ordinario,
qui etiā perſonaliter citare nō poteſt,cū iſta conclu.trāſeunt
omnes Doc.hîc,& principale eorū fundamentū eſt per l.fi.c.
de procu.quæ lex indiſtinctè loquit̃,& prohibet ne quis cō-
pellatur in cauſis ciuilibus comparere perſonaliter niſi maxi
mi iudices ex vrgētioribus cauſis hoc exegerint,& ſic illa ver
60 ba,†maximi iudices de ordinario intelligūtur, pro quo be-
ne facit tex.in l.j.ff.de offi.eius.& l.maximarū.c.de excu.mu.
lib.x. Et vltra Doc.pro iſta opi.facit,quia delegatus princi-
pis æquiparatur ordinario,vt not.in l.à iudice.c.de iudi.Sed
in delegato



in delegato hoc inductum eſt per tex.hîc.ergo eodem modo
61 in ordinario habebit locum,†quia æquiparatorū debet eſſe
eadem ratio.l.illud.ad leg.Aqui. Mihi tamen videtur cōtra
rium concludendum,videlicet, ꝙ diſpoſitio iſtius tex.nō ha
beat locū in ordinario quod pluribus rationibus probo.Pri-
62 mò quia habemus vnam regu.†ꝙ iura loquentia de delega-
tis non habet locum in ordinarijs.tex.eſt in §.ſi verò etiam
quidam iurent.in auth.de exhib.reis. vbi probatur,ꝙ iudex
ordinarius poteſt perſonaliter,& regulariter citare, ſecus au
tem in iudice delegato,& hoc tenet per illum tex.Alex.in ru.
de of.eius.in ij.col.& ibi plures differētias ponit inter iudicē
delegatum,& ordinarium,& finaliter concludit ordinarium
in hoc eſſe maiorem delegato,& idem tenet Barb.in ti.de of.
dele.& in hoc de citatione idem tenet Bar.in l.plerique.ff.de
in ius voc.& in l.cōſentaneum.c.quo.& quā.iud.& in auth.
quod ſemel.eo.ti.facit etiā quod dicit Imo.in c.fi.de reſcrip.
vbi dicit ꝙ diſpoſitio illius tex.non habet locū in ordinario,
cuius iuriſditio amplior eſt,& fauorabilis,pro quo facit gl.in
c.j.ſupra de reſcri.eo.lib.& glo.in c.j.ī.de excep.quæ volunt,
ꝙ illæ diſpoſitiones nō procedāt in ordinario,cuius iuriſdi-
tio eſt de iure cōmuni & fauorabilis,iuriſditio verò delegata
eſt ex iure ſpeciali,& odioſa. Præterea pro iſta parte faciūt
quæ dicam.ī.in j.limit.iſtius concluſionis,vbi pono rationē
efficacem pro iſta parte. Poſtremò facit,quia eſt diuerſa ra
tio inter delegatū & ordinariū,quia ſi delegatus non poteſt
citare perſonaliter,ideo eſt quia nō fuit ſibi data iuriſditio,
niſi ī cauſa ciuili,et extra illā cauſam nō habet iuriſditionē,
cū cauſa criminalis ſit diuerſa à ciuili,vt hîc probat̃, iſta ra-
tio non militat in ordinario qui generaliter iuriſditionē ha-
bet:& ideo bene poterit citare:meritò igitur tex.hîc de dele-
gato dicit,quia in eo dubitabatur ante diſpoſitionem iſtius
tex.de ordinario aūt non erat dubitatio,vnde tanquàm ca-
ſus omiſſus,& nō expreſſus relinquit̃ diſpoſitioni iuris cōis.
argu.tex.in c.inquiſitores.ī.de hære.in.c.q̄ periculoſum.ī.de
63 ſen.excō.& l.cōmodiſsimè.de lib.& poſth.†quia ea quæ ſunt
ſpeciali nota digna,niſi ſpecificè nominent̃,cenſentur omiſ-
ſa,dictis c.inquiſitores.& c.quia periculoſum,qui tex.de Epi
ſcopo loquuntur.ad idem gl.in c.j.de præb.eo.lib.l.apud La-
beonem.§.prætor ait.ff.de iniur.plura pro hac parte induci

poſſunt quæ breuitatis cauſa omitto. Iſtis tamen non obſtã.
communis opi.defendi poteſt per tex.in d.l.fi. qui tex.gene.
liter loquitur,& verba innuũt,vt de ordinario ille tex.loqua
tur,quoniam aliâs diſpoſitio iſtius tex.eſſet fruſtratoria,con
tra ea quæ ſupra in prooemio præmittuntur.Tamen ad hoc
poteſt reſponderi,quia tex.in d.l.fi.de delegato loquitur,quo
patet.Nam tex.hîc in prin.dicit ꝙ non eſt dubium ꝙ delega.
perſonaliter citare non poſsit, & tamen illud non reperitur
iure cautum,niſi in d.l.fin.quia aliâs tex.non dixiſſet,ꝙ non
erat ambiguũ de iure ſi eſſet prius facta diſpoſitio.Imò eſſet
64 dubium ex eo,†quia iudex delegatus fungitur vice princi-
pis,l.j.de offi.eius.& c.ſanè.& c.ſuper quęſtionum.de offi.de-
lega.& ſicut princeps poteſt citare perſonaliter in quacũque
cauſa.c.dilecti.de do.& contu.vt tenet hîc gl. & omnes.eodẽ
modo videbatur dicẽdum in delegato, & tamen hoc nõ ob-
ſtã.tex.hîc dicit,ꝙ hic caſus nõ habet dubiũ, quod profecto
intelligi non poteſt nõ habere dubium niſi ex eo, quia iam
ante erat diſpoſitũ in d.l.fi.neque obſtant illa verba tex.ma-
ximi iudices,&c.quia illa intelligũtur de delegatis principis
qui maiores reputantur ordinarijs,vt in c.ſanè.de offi. dele.
& in c.ſtuduiſti.de offi.lega.& hoc omnes Doc. concludũt in
rubrica.ff.de offi.eius.Nec obſtat ꝙ hic tex. eſſet ſuperfluus,
quia reſpondetur nõ eſſe verum duplici ratione, prima quia
hîc exſpecificantur cauſæ in quibus delegatus perſonaliter
citare poteſt,quæ aliâs expreſſæ nõ erant,& hoc reſpectu ſa-
tis dicitur inducere de nouo,& non eſſet ſuperflua diſpoſitio
quando illud quod generaliter prius ſancitum fuit ſpeciali-
ter diſponatur:vt dicitur in c. aduerſus.de vſu. & hoc dicit
Ang.in authen.vt omnes obe.iud.in prin.& eſt glo.in c.licet
canonico.ſupra de elec.eo.li.& tenet Philippus Francus poſt
Domi.in c.j.per illum tex.ſupra de ſumma Tri.cum pluribus
concordan.quæ poſui in c.de multa.de præbẽn.in j.nota.vbi
videtur de hoc caſus.Secundo quia licet de iure ciuili eſſet
facta deciſio,illa tamen nõ erat de iure canonico, de quo vi
debatur dubium ſaltẽ reſpectu clericorũ qui nõ ligantur diſ-
poſitione d.l.fi.vt in c.eccleſia.extra de conſti.& pro iſta ſolu
tione videtur eſſe caſus in l.j.c.de bo.poſſeſ. cõtra tabu.quẽ
ibi in prin.not.Iaſ.contra multos qui dicũt, hîc caſus eſt de
indubitabili,ex quo alibi reperitur,quia dicit ipſe,ꝙ non eſt
inconue-



incõueniens ꝙ aliqua lex,ponatur in li.Codicis de eo, quod
in libris Digeſtorũ fuerat cautũ,quia licet de illo iure nõ eſſet
dubium,ille caſus poteſt eſſe dubius de iure Codi. in quo nõ
reperitur expreſſus:ita hîc videtur dicendũ,ꝙ licet teneamus
ꝙ tex.in d.l.fi.c.de procur.de delegato loquatur,tamen quia
ille caſus de iure canonico non erat expreſſus, ideo de iſto
iure nõ videtur ſuperfluus ſi ille idẽ caſus repetatur, vt tenet
etiam Bal.poſt Odofre.in proœ.Digeſto.in ij.col.Et ideo ali-
ter dici poteſt ꝙ licet in pluribus caſibus ordinarius, & dele-
gatus differant,tamen in caſu,de quo hîc agitur,nõ videtur
ratio diuerſitatis cur potius ordinarius poſsit perſonaliter ci
tare quàm delegatus:quia ratio,l.fi.pariter in vtroque proce
dit.& pro iſta parte facit gl.in c.fi.in verbo,per literas. extra
de reſcrip.quam ibi cõmuniter Doct. ſequuntur,reiecta opi.
Imo.ibi quæ ab ipſis communiter damnati:vbi dicit illa glo.
ꝙ diſpoſitio illius text.procedit etiam in ordinario propter
paritatem rationis:& idem tenent Doct.in c. diſpendia.poſt
gl.ibi in ver.vel quæſtionis.ſupra de reſcrip.neque etiã obſt.
quod dicebat Alex.in rub.de offi.eius.ꝙ delegatus nõ poſſit
realiter citare,quia reſpondetur illud procedere in reali cita
tione,de qua ipſe loquitur & Bar.& cõmuniter Doct.in l.ij.ff.
de iur.om.iu.ſecus autem eſt in verbali citatione de qua nos
loquimur,quia in ea nõ eſt differentia inter ordinariũ,& de-
legatum,vt dicit Bar.in l.plerique.nu.6.ff.de in ius voc.Nec
etiã facit ꝙ iuriſditio ordinarij ſit fauorabilis, quia eſt verũ
65 in his,quæ ſibi cõpetunt de iure cõi: †ſed citatio perſonalis
in cauſis ciuilibus nõ cõceditur.Imò denegatur per tex.in d.
l.fi.igitur debet eſſe eadẽ ratio in eo ꝙ in delegato, qui quo
ad cauſam ſibi delegatã dicitur maior ordinario,ſecundùm
cõmunem opi.quæ probatur in c.ſtuduiſti.de offi.leg.& in c.
paſtoralis.§.pen.de offi.deleg.& pro iſta opi.eſt apertus text.
in d.l.fi.de proc.quę aliâs eſſet ſuperflua ſi de ordinario non
loqueretur:propter quã legẽ ideo in iſto tex.de ordinario nõ
66 fuit dictũ,†ne bis idẽ repetat̃ cõtra d.l.quibus.ff.de verb.ob.
& c.in memoriã.xix.diſt.iunctis his quæ Deci.tradit in c.fin.
in prin.de conſti.quod vlterius ſuadetur,quia text.in d.l.fin.
ſimpliciter loquit̃ quo caſu in dubio de iudice ordinario in-
telligi debet.argu.tex.in c.pen.de ſent.excom. & quia verba
in dubio debent intelligi iure ordinario,id eſt de iure com-

muni non de ſpeciali.l.Seio.§.medico.vbi Bar.ff.de ann.lega.
67 †quia verba in dubio de digniori,& magis proprio intelligi
debent,l.j.§.quia in perpetuum. ff.ſi ager vecti.l.quæritur.ff.
68 de ſtat.hom.†ſed ordinarius eſt dignior per regulã,quæ tra-
ditur in l.ſi Auguſti.de leg.ij.igitur diſpoſitio d.l.fin. de ordi
nario loquitur:ſuadetur hoc per dictũ notabile Bal.in c.fi.de
ſenten.& re iud.in prin.vbi vult ꝙ quãdo aliquis poteſt pro-
cedere vt delegatus,& ordinarius, & proferat ſententiam &
neſcitur ex qua iuriſditione, debet in dubio intelligi, quòd
protulerit vt ordinarius:quod dictum ſequitur,& commen-
dat Barba.in c.volentes.in x.col.de offi.leg.arg.l. Clodius.ff.
de acqui.hære.Concludo ergo,ꝙ iſte tex.habet etiam locum
in ordinario,dato ꝙ in eo detur qualiſqualis differentia. ar-
gu.tex.l.j.§.ꝙ autem.ff.de aleato.& per iſta patet reſpõſio ad
adducta in contrarium,quamuis loquantur in vario caſu.
Et quod dictum eſt ordinarium non poſſe aliquẽ citare per-
ſonaliter niſi in caſibus hîc expreſsis,procedit in citatione iu
diciali,ſecus autem extra iudicium,vt in caſibus hîc enume-
ratis per Io.And.poſt Hoſtien.Archi.& alios. Tamen Domi.
hîc tenet contrarium,quia non videtur differentia in iudicia
libus & extraiudicialibus quoniam omnes caſus hîc enume-
rati per Io.And.& Hoſt.continent in ſe cauſam iuſtam cita-
tionis perſonalis,& eodẽ modo illa citatio ex cauſa permit-
titur in iudicio, & ſic non eſt differentia niſi reſpectu caſuũ:
quoniã plures caſus reperiuntur in extraiudicialibus,in qui-
bus eſt neceſſaria pręſentia perſonalis quàm in iudicialibus:
ita dicit Domi.hîc,cum ergo poſteriores tranſeũt. Adde per
iſta opi.glo.in verbo,in iudicio.ĩ.eo.quæ alleg.tex.in c.ij.ſu-
pra de in inte.reſt.vbi gl.hoc tenet. præterea quia argumẽtũ
de iudicialibus ad extraiudicialia valet,ſecundùm Iaſ.in au-
then.ſacramenta pube.in xx.col.nu.77.c.ſi aduer.ven.alleg.
l.nec eſt mirum.ff.de pig.actio.& hîc idem tenet Iaſ.in l.ſi ho
mo mortuus.in j.col.ff.de verb.obli.facit l.inſulam.ff.de ver-
69 bo.obli.†vbi valet argumentum de ſtipulationibus extraiu-
dicialibus ad iudiciales:& tenet Are.in l.eum qui.in prin.col.
pen.ff.de acqui.hær.alleg.l.omnem.ff.de iud. Sed iſtis nõ ob-
ſtantibus contrarium puto verius:primò,per gloſ. Inſtitu.de
actio.in verbo,in iudicio.iuncto tex.quæ dicit,quòd text.ibi
vtitur iſto verbo in iudicio,ad differentiam extraiudicialiũ,
in quibus



in quibus aliter proceditur,quam glo.ibi cõiter Doct.appro-
bãt,ergo eodẽ modo eſt hîc dicendũ ꝙ iſtud verbũ in iudi-
cio,in tex.hîc poſitum,ponatur ad differentiam extraiudi-
cialium,in quibus fieri citatio poteſt perſonalis.Non obſtat
conſyderatio Domi.quia illa procederet quando in illis caſi-
bus extraiudicialibus requireretur cauſæ expreſsio,prout in
delegato hîc dicit Domi.in vij.q.& latius Philip.Francus ſu-
per iſta glo.Sed in ordinario iudice non eſt verum,quia po-
teſt in caſibus hîc expreſsis per Io.And.& Domini.extra iudi
cium ſubditos ſuos perſonaliter citare, cauſa non expreſſa,
70 †& ſubditi in dubio tenentur cõparere.tex.eſt in c.quid cul
patur.xxiij.q.j.in fi.ad idem tex.in l.ſi quis ex aliena.ff.de iu-
dic.quem ad hoc alleg.Decius in l.certam.in j.col.de iud.non
enim ad citatos pertinet videre,an iuſtè vel iniquè eos iu-
beat comparere,vt ibi dicitur,aliâs grauiter peccarent, vt in
71 c.ij.de maio.& obe.& ratio rationis eſt,†quia ſubditi Epiſco
po ſuo promittunt obedientiam,c.nullus.de iureiur.& c.lege
batur.& c.omnes. de ma.& obe. non ſic in iudice delegato: &
ideo Epiſcopus citare poteſt perſonaliter nulla expreſſa cau-
ſa,quia pręſumitur iuſtè hoc feciſſe.Delegatus verò quia iſta
in eo non concurrunt non poteſt etiam extraiudicium hoc
facere,& ita intelligatur gl.in verbo,in iudicio.ĩ.eo. per iſtã
rationem,quæ videtur colorata,& concludens poſſet tenta-
ri ꝙ diſpoſitio iſtius tex.non procedat in ordinario de quo
72 tamen ſuperius dictum eſt.†Non obſt. etiam ꝙ valet argu-
mentum de iudicialibus ad extraiudicialia, quia hoc eſt fal-
ſum per tex.quem ibi no.Bar.& omnes in l.inter ſtipulãtem.
§.j.ff.de verbo.oblig.maximè vbi non eſt eadem ratio per ſu
pradicta:& tenet Iaſ.in l.inſulam.in iij.not.ff.de verb.obl.&
ſic per iſta puto ꝙ opi.Ioan.And.& Hoſtien.ſit verior. In fi.
glo.ibi,in cauſis verò eccleſiæ &c. habes queſtionem ex iſta
73 glo.†ꝙ collegium,ſiue capitulum eccleſiæ, neque vniuerſitas
poteſt perſonaliter citari,per ea quę habẽtur per omnes Do-
cto.in c.dilectus.el ij.de ſimo. Adde ꝙ hanc opin.expreſsè te-
net Bal.in l.nam ita diuus.in ij.col. verſi. vniuerſitas poteſt.
de iudi.quod procedit,non ſolùm in cauſis ciuilibus,ſed etiã
criminalibus,vt tenet hîc Domi.& prius Bal.in l.Polla.col.fi.
c.de his quib.vt indig.declarando vt ibi nota.per eum, cum
multis ſimi.vt per Alex.in apoſt.ad Bart.in l.aut facta.§.fi.in
addit.

addit.magna.ff.de pœn. & ibi quæritur de pluribus quæſtio
nibus.circa hoc idem latius ſequitur Maria.Socin.in tracta.
citatio.in iiij.articu.in iiij.col.& in hoc non inſiſto. Glo. cri
minalis diuiditur in tres partes:in prima declarat tex.in ſecū
da ibi,ſed quærebat,&c.quærit de vna quæſtione. in tertia
ibi,ſed contra opponendo ponit plures opi. Ex prima parte
habes quæſtionem,quòd diſpoſitio iſtius tex.non habet lo-
cum in cauſa criminali ciuiliter intētata, quia in ea quis per
procuratorem comparere poteſt,d.c.tuæ.de procu.cum alijs
allega.in glo.cum iſta concluſione tranſeunt omnes.Sed ad-
uerte ꝙ tex.in d.c.tuæ.non videtur ſimpliciter concedere,vt
in cauſa criminali ciuiliter intentata procurator paſsim ad-
mittatur ſicut in ciuili,ſed ita demum ſi neceſsitas id poſtu-
lauerit,& ſic ex cauſa.& hoc idem in cauſa ciuili habet locū.
Nam ex cauſa citatio perſonalis fieri poteſt, vt hîc dicit text.
per hoc tamen indiſtinctè facienda non eſt regula, quamuis
in cauſa criminali indiſtinctè & generaliter ꝓcedit, ſiue fue
rit criminalis criminaliter intētata,ſiue ciuiliter,& tenet,mi-
nor ratio ſit in ciuili,tamen illa minor ratio non inducit di-
uerſam diſpoſitionem. argu.tex.nota.l.j.§.quòd autem.ff.de
aleato.& tradit Decius in c.non liceat.in ij.col.de præben.&
in c.j.in iiij.col.de proba.& in conſil.liiij. In caſu Domini. in
iij.col.in ij.parte,& conſi.lxxvj.in j.col.ea.parte. facit text.in
l.fi.de fun.inſtru.& iſto modo declarari tex.poteſt in c.ſuper
74 his.de accuſa.pro qua opi.vlterius facit, †quia cauſa crimi-
nalis licet ciuiliter intentetur,tamen ex quo concernit infa-
miam perſonæ, & damnum bonorum ardua reputatur, per
ea quæ Bar.dicit in l.j.col.fi.& in l.in ſeruorum.ff.de pœnis.
& quando cauſa eſt ardua,licet ciuilis ſit tamen quo ad mo-
dum procedendi à pari procedit cum criminali, vt not. Mo-
der.repe.tradunt in rub.de iud.fol.13.in j.col.& hoc idē prius
Alex.dixit in l.diuortio.in iij.col.& in l.cùm mulier. nume.5.
ff.ſolu.matrimo.facit l.poſt litem.ff.de excuſa. tuto. cum ag-
gregatis per Hippoly.de Marſi.in l.j.§.ſeruus municipa.in ij.
col.ff.de quæſtio.& alibi ſæpe. Ex quibus omnibus concludi
tur ꝙ iſta glo.non bene dicat. Quod vlterius ſuadetur,quia
attenta opin.glo.ſequeretur quòd ex quo de iure canonico
regulariter pœna ſanguinis non habet locum,vt Docto.tra-
dunt in c.cùm non ab homine.de iudi.& not.in c.quamuis.
de pœn.



de pœnis.li.vj.nulla eſſet cauſa,in qua perſonaliter compel-
leretur comparere,cùm omnes eſſent cauſæ criminales ciui-
liter intentatæ,quod tamen eſt falſum,vt hîc eſt tex.genera-
liter de cauſa criminali loquens,ſuper quo cogitabis.In eadē
glo.ibi,ſed quærebat,&c.quia prima pars huius glo.non ha-
bet dubium,collige ex iſta ſecunda parte vnam concluſionē
ꝙ in cauſa criminali poteſt interuenire procurator,ſi nō op-
ponatur exceptio poterit tamen quandocunque opponi , &
75 à iudice procurator repelli, † tamen acta prius facta cum eo
valebunt,per argumen.tex.in c.exceptionem.extra de excep.
iuncto c.Pia.infra eo.titu.cum iſta gloſ.tranſeunt hîc com-
muniter Docto. Adde ꝙ iſtam glo.ſequitur Roma.in conſi.
ccxv.incip.Duo ſunt,quæ principaliter &c. vbi eam confir-
mat ſeptē fundamentis,quæ ibi videas. Et ſequitur Oldr.in
conſi.cxxx.inci.Omnia prolixitate.in iij.col.& hoc tenet Bel-
la.deci.dccxvij.incip.Si clericus.& finaliter iſta cōcluſio glo.
76 reducitur ad illā regulā vulgatā,videlicet† ꝙ multa prohibē
tur fieri,quæ poſt facta tenent. Nā licet procurator in cauſa
criminali interuenire nō poſsit.l.pen.§.ad crimē.ff.de public.
iudic.Tamē ſi interueniat,& nō opponatur , valet quod fa-
ctū eſt.l.quamuis.c.de adulte. & ad iſtā regulam inducit iſtā
gl.Iaſ.in l.patre furioſo.in iij.col.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.
iur.cū pluribus ſimili.quæ ibi cōgerit: & vltra ipſum pro iſta
parte facit in ſimili notabile dictū Matheſ.notab.xxxviij.in-
cip.Not.ꝙ in cauſis.vbi dicit,ꝙ licet in cauſis etiam ſumma-
rijs ſit neceſſaria publicatio atteſtationum hoc intelligitur ſi
pars petat,per alleg.ibi per eū,maximè per gl. iudicijs.in c.fi.
ĩ.de hær.& ad iſtā regulā vide quæ dico.ĩ.in c.fi.§. iij. eo.tit.
& hanc gl.ſequitur etiā Archi.in c.reos.in fi.v.q.iij.& Domi.
in c.qui generaliter.in prin.ſupra de procu.eo.li.& Abb. Pa-
nor.in c.veniens.in j.col.de cog.ſpirit.& idem Abb.in c.nul-
li.in fi.col.nu.4.de accuſa.quem ibi Feli.ſequitur in penulti.
col.& allegat Bart.in l.filiusfa.§.veterani.ff.de procura. facit
pro iſta parte dictum Anto.de But.in c.j.de accuſa.vbi tenet
77 ꝙ ſi† accuſator illegitimus non repellitur neque per iudicē,
neque per accuſatum proceſſus erit validus , & ibi ego poſt
Abb.latè dixi, & hoc ibi ſequitur Hieronymus Zanetinus
Bononien.in vltimo notabi.addit ea , quæ nota.in cap .Pia.
infra de except.& quæ nota.Bartol.in l.hos accuſare.ff.de
accuſa.

accuſa.& quod dicit Petrus de Anc.in c.teſtimoniū.de teſti.
78 qui vult† ꝙ teſtimonium criminoſi ſi pars non oppoſuit,va
let,licet iudex eum poſſet repellere, facit quod dicit idē An-
to.in c.cùm dilectus.de cõſue. Et pro iſta opi.ego addo duo
ſingularia dicta.Primum eſt,quia clarū eſt,ꝙ allegando tur-
pitudinem ſuam,non auditur.l.aliâs.cum ſi.ff.de iureiur.ta-
men illa regula non procedit,quando non fuit oppoſitū,ita
ſingulariter dicit Bal.in l.fi.in fi.C.de nõ nu.pecu.quid appro
bat Alex.in l.Seius.& Augerius.col.fi.ff.ad legē Fal.& pro ſin
gulari refert Iaſ.in l.admonendi.col.x.ff.de iureiur. Secun-
79 dum quia nos habemus† ꝙ ſolennitas extrinſeca non præ-
ſumitur.l.quæcunq;.§.fi.ff.de publi. tamen ſi non fuit oppo-
ſitum bene præſumitur,vt cõcludit Math.notab.xij.No.ꝙ il-
la vulgaris & per iſtā regulam duas notabiles deciſiones po-
nit Corn.in conſi.liiij.Videtur prima facie.in j.col.ij.lib. vbi
ponit de ſententia lata de nocte, aliam deciſionem ponit in
conſi.xlvj.In cauſa vertente.col.fi.vbi ponit de citatione.cū
concor.vt ſcribam.ĩ.in c.fi.iſto titu.& hanc opi.tenet & dicit
communē Bal.in l.ita demum.in ij.col.ver.ſed quid dicemus.
C.de procura.& cum ea videtur tranſire Aret.& Iaſ.in l.licet.
col.fi.verſi.in iij.aut.eo.titu.vltra alios plures, quos hîc Phi-
lip.refert,& finaliter pro iſta parte faciunt ea quæ congerit
Iaſ.in l.admonendi.in iiij.col.in lect.ff.de iureiur. vbi plures
deciſiones ponit,quando actus qui non poteſt fieri,ſi fiat,&
non apponatur valeat,de quo latè ibi per eum: & reaſſumit
Decius in l.in ambiguo.§.non eſt nouum.ff.de regu.iur.& So
cin.in l.centurio.in xxij.col.ff.de vul.& pu.Iaſ.in l.ſi tibi.§.ro
gaſti.ff.ſi cer.pet.& Barba.in c.conſuluit.in xvj.col.in glo.te-
nebras.de offi.deleg.Abb.in c.ab excõmunicato.de reſcript.
Alex.in l.ſi vnus.§.pactus.in ij.col.ff.de pact. Sed tamen ad-
uertendum eſt,quia iſta concluſio gloſ.eſt multum dubia, &
intricata,cùm in ea reperiatur varietas opinionum, vt dicit
Io.de Ana.in c.veniens.in fine extra de accuſa. vbi videtur
ibi tranſire cum Abb.qui in penu.col.ſibi contrarius tenet ꝙ
iſta glo.non eſt vera,ſed ꝙ iudicium ſiue proceſſus factus cū
tali procuratore ſit nullus ipſo iure mouetur per doctrinam
Bar.in l.penul.§.ad crimē.in fi.ff.de publi.iudi.per illū tex.vbi
tex.dicit ꝙ in cauſa criminali fruſtra interuenit procurator
80 pondera † verbū fruſtra,quod inducit annullationem ipſo
iure de



iure de proprietate ſui non obſt.text.quē quidā pro contra-
ria parte inducebāt,videlicet in c.fruſtra. de vſuris. quia ibi
ponitur illud verbū largo modo,& impropriè: vt dicit Abb.
in d.c.veniens. & per hoc poteſt reſolui illud, quod dicit hîc
Philipp.Francus poſt Domini.hanc etiam opi.tenet Feli.ſibi
contrarius.c.ſciſcitatus.in iij.col.ver.probāt iſta generaliter.
extra de reſcrip.vbi dicit ꝙ iſta gl.eſt falſa,& ꝙ eam reprehē
dit Sali.in l.quæuis.C.de adulte.& Alex.hanc opi. dicit verio
rem in l.ita demum.in j.col.C.de procu.& cum hac opi.vide-
tur tranſire Areti.dum ponderat dictionem fruſtra,in l.cum
ea.C.de tranſa.& alij plures quorum me turba fatigat. Quid
tenendum?mihi videtur ꝙ opi.contra iſtam glo.ſit verior,&
magis cõmunis: primò per fundamentū Bar.& Abb.ſecūdò
per duo,vel tria media vltra ſupradictos Doct.In primis igi-
tur illud fundamentū Bar.in d.l.penul.§.ad cameræ.videtur
multum efficax,quia ex quo tex.ibi dicit,ꝙ in criminali fru-
ſtra interuenit procurator illa verba de proprietate ſermo-
nis ſunt prohibitiua,tex.eſt de hoc quē ibi not.Iaſ.in ij.nota
bili,in l.verbis ciuilibus.ff.de vulg.& pup.cum concor. vt per
81 Feli.in c.Rodulphus.in xxj.col.de reſcrip.† & verba prohibi-
tiua legis inducūt formā l.non dubiū.& ibi not.Bal.in iiij.no
tabili,et Iaſ.in viij.C.de legi.neq; obſtat,ꝙ iſta dictio fruſtra,
poteſt aliquādo impropriè capi,quia reſpondetur eſſe verū,
tamen in propoſito noſtro ſecus eſt duplici ratione.Primò at
82 tenta materia cauſæ criminalis† in qua ideo perſonalis prę-
ſentia requiritur quia per præſentiam multa iudex depre-
hendit ex titubatione lequelæ & ſignis faciei:vt tradit Feli.
in c.paſtoralis. in ij.col.de iudi.Bar.in l.qui bona.§.ſi alieno.
col.fi.ff.de dam.infect.ex quibus iudicium inſurgere poteſt
ſufficiens ad torturā,vt in l.de minore.§.tormēta.ff.de quæ-
ſtio.ex quibus iudex plenè & melius inſtruitur ob quam cau
ſam poteſt iudex mandare ex officio citari reum per procu-
ratorē comparentē vt perſonaliter reſpondeat interrogatio
nibus iudicijs nec per hoc dicitur partē grauare,vt dicit Egi
dius Bella.deci.ccxxviij.item ꝙ iudex quæ omnia in procu-
ratore ceſſant,ergo etiam ceſſat intentio legis. Nam cauſa
eius finalis fuit vt perſonaliter quis compareret,factum igi-
tur in contrarium non valet. Secundò ex natura dictionis
83 fruſtra,quæ licet interdum largo modo nõ poſsit capi† tamē
vbi

vbi ſimpliciter profertur,debemus ſemper in dubio propriè
intelligere,neq; debemus à natura propria dictionis diſce-
dere etiã in pœnalibus:caſus eſt in c.j.& ibi not.Ioã. And.&
Domi.in penul.col.de accuſa.ĩ.eo.li.facit bene tex.in c.penu.
de ſen.exc.in antiq.facit.l.non aliter.ff.de leg.iij.& vltra iſta,
quæ dicta ſunt pro iſta opi.videtur eſſe caſus in terminis re-
ctè ponderando in c.veniẽs.extra de accuſa. vbi dicit tex.ꝙ
in cauſa criminali non poſſumus procuratores mittere pon
84 dero illam negatiuam,†non præpoſitam dictioni poteſt,de
cuius natura eſt in totum auferre potentiam,& actum in cõ
trarium factum ipſo iure annullare, caſus eſt de hoc in l.j.in
prin.ff.de verb.obli.quem ad hoc ibi not.Iaſ.& nouiſsimi re
pet.in primo notabili,& ante ipſos tenet Bal.in l.fi.col.fi.c.de
fideicom.& not.Iaſ.in l.pacta.quæ contra.c.de pact.Alex.in
l.ſi quis mihi bona.§.iuſſu.nu.10.ff.de acqui.hære.Bar.in l.ſi
ita.de aur.& ar.leg.& tex.& ibi Abb.in c.j.de cau.poſ.& pro
prie.cum ſi.vt Moder.ſcribunt in c.j.poſt glo.ibi.ĩ.de reg.iur.
eod.lib.ſequitur Alex.in conſi.lxxvij.ij.lib.Et pro iſta opi.fa-
85 cit vna regula,†quia vbicunq; requiritur præſentia alicuius
perſonæ ad effectum plenioris diſcuſsionis & cognitionis
cauſæ,illa non interueniente negotium redditur fruſtrato-
rium.c.paſtoralis.& quod ibi not.extra de iudi.ad idem.l.j.in
prin.ff.de verb.obli.facit illud quod dicit Bal.in l.j.ix.q.c.de
rei vẽ.de ſtatuto quod in alienationibus mulierum requirit
præſentiã duorum conſanguineorum de quo in l.tranſactio
nẽ per omnes Docto.c.de tranſac. ad idem facit.l.poſt mor-
tem.§.fi.ff.de adoptio.ſed in cauſa criminali requiritur præ-
ſentia perſonæ,& plenior habetur cognitio cauſæ, ex geſtu
loquelæ, & alijs vt ſuperius dictum eſt per dictum Bar.in d.l.
qui bona.§.ſi alieno.col.fi.de dam.infec.ergo iſtis prætermiſ
ſis iudex non dicitur ſufficienter informatus ſecundùm na-
turam cauſæ,ergo ſententia, & acta erunt nulla.l.prolatam.
vbi Bar.not.c.de ſen.& interlo.om.iudi. cum alijs cumulatis
86 per Feli.in c.quoniam contra.de proba.& hinc eſt ꝙ † dictũ
teſtis repentinum eſt nullum,quia non præſumitur ſufficien
ter informatus vt eſt text. nota.in c.qui ambulat.v.q.v.cum
pluribus alijs deciſionibus quæ in hoc propoſito ſcribit Bar
ba.in c.ſi pro debilitate.in v.col.nu.43.de offi.deleg. faciunt
ea quæ Soci.tradit in conſi.xxxij.in penul.col.in fi.in j.libro.
Non



Non obſtant modò adducta pro contraria parte pro opi.
glo.j.tex.in l.ita demum.c.de procu.& l.filiusfa.§.veterani.ff.
de procu.quia dico ꝙ in illis legibus de natura cauſæ non re
87 quirebatur præſentia perſonalis: † quia regulariter in cauſa
ciuili procurator interuenire poteſt.l.fi.c.de ꝓcu. & hîc erat
igitur in illis iuribus prohibitio perſonæ ex ſpeciali cauſa,
quo caſu ſi non fuit oppoſitũ impedimentum perſonæ,pro-
ceſſus valet,quia natura cauſæ,de qua ibi nõ repugnat.Imò
exceptione non propoſita videtur ibi reuerti ad ius cõmune
arg.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. cuius regreſſus fa
uorem continet vt dicit gloſ.ſingularis in c.iij.in ver.nume-
randum.de præbend.ĩ.eod.lib.quam commendat Alexan.in
l.ſi conſtante.in prin.in ij.col.verſic.limitare debet.ff.ſoluto
matrimo.breuiter ergo concludas ꝙ in illis legibus erat defe
ctus perſonæ non cauſæ.Et ideo ſi omittatur exceptio,valet,
& tenet proceſſus, hîc verò natura cauſæ criminalis non pa
tiebatur vt procurator comparere poſſet, quia prohibitus,
vnde dato quòd poſtea repellatur tamen proceſſus prius fa-
ctus non debet valere, quia eſt defectus in fundamento per
ea quæ tradit Bald. & Iaſ. in l.licet.c.de procura. bene facit
88 text.& quæ ibi nota.in c.j.ſupra de reſcrip. iſto libro. † Ne-
que obſtat illa regula quòd plura prohibentur fieri quę poſt
facta tenent,quia dico quòd illa regula nõ procedit in for-
malibus & prohibitorijs.c.cùm dilecta.& quæ ibi latè ponit
Feli.extra de reſcript.l.iij.§.in bello. vbi eſt caſus notabilis.ff.
de re.mi.& l.non dubium. cum ibi traditis per Iaſ.c.de legi-
bus.ſed in caſu iſto eſt tradita forma,vt ſupra,concluſum eſt
igitur actus in contrarium factus non debet valere, & per
iſta poſſent plura huc pertinentia realiter reſolui & iſta opi.
videtur mihi legalior,firmior,& verior. Et per iſta cum lau-
de Dei ſit expedita iſta decretalis die xviij.Nouembris,M.D.
XXII.Ludouicus Gomeſius Hiſpanus.

## C. MVLIERES,

1 *QQ Vagatio in mulieribus eſt prohibita,& earum permixtio in con-
gregatione virorum.*
2 *Fœmina non poteſt in officium maſculi deputari: periculoſa eſt enim
earum communio etiam inter affines.*

*Fœmina*

3 Fœmina illa optima cenſebatur cuius nomen atque corpus domeſticis parietibus continebatur.
4 Vxor repudiata olim quia extra domum capite aperto verſaretur. Vagatio voluntaria à veteribus prohibita fuit mulieribus.ibidem.
5 Authoritas ſedis Apoſtolicæ,& legati an differant.
6 Factum à Legato ſedis Apoſtolicæ cenſetur factum à ſede Apoſtolica.
7 Omnia noſtra facimus,quibus authoritatem impartimur.
8 Omnia poteſt Legatus de latere quæ poteſt ipſe Papa, niſi ſpecialiter reſeruata.
9 Dictio alia regulariter paritatem ſignificat.
10 Mulieres non poſſunt trahi ad iudicium inuitæ perſonaliter.
11 Mulier pro debito ciuili capi non poteſt. Meretrices capi poſſunt,& incarcerari.
12 Apponens ſcalas ad feneſtras alicuius mulieris punitur capite:ſecus tamen ſi mulier fuerit meretrix.
13 Mulier officium tutelæ gerens ratione debiti tutelæ poteſt capi,& incarcerari.
14 Nec meretrix munda,nec cornix alba ſit vnda.
15 De meretrice maritata ita iudicãdum,ac de honeſta muliere vtrũ ſit.
16 Ex delicto non debet quis lucrari. Si ſoluta meretrix propter ſimplicem fornicationem perdit priuilegiũ à fortiori illud debet perdere meretrix maritata, quæ committit adulterium,& ſexum vituperauit.
17 Priuilegium legis meretur amittere,qui commiſit in lege.
18 Dictio nulla ex ſua natura vniuerſali nihil excludit.
19 Filij nati ex vxore adultera cenſetur geniti ab ipſo marito, & nõ ab amaſio propter velamen,& fauorem ſacramẽti matrimonij,quod omnia vetera crimina dicitur delere.
20 Iniuria quæ ſit marito ab vxore adultera,grauior reputatur, quàm mors.
21 Mulier maritata quamuis meretrix ſit, non debet poſſe carcerari propter honorem mariti.
22 Statutum dicens quòd meretrix impune offendi poſſit,non habet locũ in maritata meretrice.
23 Ea quæ conſiſtunt in reuerentia honeſtatis,renunciari non poſſunt.
24 Patronus turpitudinis eſt,qui celat crimen vxoris.
25 Meretrix licet poſſit carcerari,dum tamen eſt carcerata prohibetur quis ad eam accedere. Coitus,& acceſſus ad meretricem eſt impunitus. Cognoſcens meretricem carceratam,æque punitur,ac ſi honeſtam mulierem cognouiſſet.

Banniti



26 Banniti licet poſſint impunè offendi per ſtatutum, carceratus tamen bannitus occidens punitur morte.
27 Carcerati ſunt ſub protectione Curiæ.
28 Iniuria non debet fieri loco publico.
29 In alijs perſonis excepta muliere iudicium redditur in inuitum.
30 Examinatio teſtium de iure ciuili non cõmittitur,niſi habẽti iuriſditionẽ,tamẽ de iure canonico cõmitti põt notario,vel priuatæ ꝑſonæ.
31 Notarij ex natura ſui officij ſunt iudices ordinarij.
32 Notario examinatio teſtiũ cõmitti poteſt tã de iure ciuili quàm canonico in ciuilibus,ſecus verò in criminalibus etiã de cõſenſu partiũ.
33 Alexander pater veritatis.
34 Partes citari debent vt interſint receptioni teſtiũ à notario faciendæ.
35 Mulieres quando examinandæ ſunt an debeat citari pars.
36 Moniales nõ poſſunt in actu prohibitio renunciare fauori earum.
37 Moniales de iure antiquo poterant comparere in iudicio per ſe vel per procuratorem.
38 Caſus in quo quis per ſe cõparere nõ poteſt,& tñ ꝑ procuratorẽ poteſt.
39 Verbum oportet,neceſſitatem importat.
40 Receptio teſtium fieri poteſt in eccleſia.
41 Receptio depoſitionis monialium poteſt fieri in quocunq; loco inter ſepta monaſterij.
42 Die feriata teſtis iurare non debet.
43 Depoſitio teſtium ſine iuramento eſſe non poteſt.
44 Argumentum de tempore ad locum validum eſt.
45 Doctor egregia perſona dicitur.
46 Auditores Rotæ egregiæ perſonæ dicuntur.
47 Nobilibus magis deferuntur honores quàm Plebeis.
48 Honor præſupponit reuerentiam.
49 Iuris reuerentiæ præſcribi non poteſt.
50 Præſcriptio orit̃ ex taciturnitate,& patiẽtia illius cõtra quẽ p̃ſcribit.
51 Perſonæ eccleſiaſticæ egregiæ dicũtur & milites cœleſtis militiæ,quibus eadẽ priuilegia cõceduntur quæ militibus terrenis cõcedi ſolẽt.
52 Verba in dubio an debeant capi in ſpecie.
53 Verba ſimpliciter prolata quando inducerent pœnam & odium intelligendo ea in ſpecie,debent tali caſu intelligi in genere.
54 Qui petit eandem pecuniam ſibi reſtitui aptè dicitur petere quia intelligitur de eadem in genere & non in ſpecie.
55 Reſcripta ſunt ad obſeruantiam iuris communis.
56 Mentio vbi ſit de literis Apoſtolicis,eſt intelligendum de generalibus, non de ſpecialibus.
57 Verba quæ de ſui natura apta ſunt adaptari ad genus, & ſpeciem,in

*dubio, interpretari debent in ſpecie.*
58 *Inferiores à principe nõ poſſunt cõmittere cauſam contra iuris formã.*
59 *Inferiores à Papa in dioceſibus ſuis, & Regnis tantam habent iuriſdi-tionem quantam princeps in vniuerſo.*
60 *Rex Siciliæ eſt illuſtris reſpectu Siciliæ, & Comes Prouinciæ reſpectu Prouinciæ.*
61 *Inferior a principe poteſt committere cauſam appellatione remota.*
62 *Inferiores de iure ciuili poſſunt facere ſtatuta contra legem, ſecus de iure canonico.*

MVlieres. Sũmmatur & diuidit̃, † vt
hîc per glo. & alios. In tex.
ibi, mulieres quas vagari nõ cõuenit &c.
Nota ſecundùm Domi. hîc, ꝙ vagatio
eſt prohibita in mulieribus, & ſimiliter
permixtio earũ in cõgregatione virorũ,
ita Domi. hîc, cum quo concordant Mo-
der. repe. videlicet quidem Guliel. Benedi. in c. Raynutius. fol.
14. in iiij. co. de teſta. vbi plura ad hanc materiam pertinẽtia
congerit. Et propter iſtam rationem dicit Specu. in titu. qui
fi. ſint legi. §. j. verſi. quid ſi viro abſente. ꝙ vir poteſt cogere
vxorem vt ſe domi contineat, pro quo facit tex. in authẽ. vt
lic. mat. & aui. §. quia verò plurimas. vt inter cauſas repudian
di vxorem ponitur iſta quando vxor nolente viro extra do-
mum manſerit. Turpe enim reputabatur apud veteres mu-
lieres per publica extra domum diuagari, vt patet in l. mari-
tus. c. de procur. Ex cuius mente tex. noſter ſumptus videtur,
vnde nõ ab re Euripides nephas iudicauit virgines in turba
cõſpici, quia vt inquit tex. in l. optimam. c. de cõtra. & cõ. ſti.
naturalis pudor nõ permittit ſeſe omnib[9] manifeſtare. adeò
ꝙ dicat Ang. in l. ſi qua. c. ad Orfici. ꝙ mulier vagãs per alie-
nas domos, præſumit̃ meretrix. Nã ob eã vagationis cauſam
Leuina quæ caſta erat, meretrix effecta fuit, vt Vale. Flac. li.
j. Epigrãmaton, latè oſtendit. Et tales mulieres vagãtes meri-
tò à Poëtis meretrices peregrinæ appellãtur, vt Donatus in
Andria Terentij duobus locis adnotat, cui adſtipulat̃ illud
Oratij, lib. j. carminũ, Odæ tertiæ Ilion, *Ilion fatalis inceſtuſq; index: & mulier peregrina vertit in puluerem*. Ex quibus ſatis ap
pare ꝙ ꝓhibita olim fuerit mulierũ vagatio, & ratio eſt quia
vagatio nõ poterat eſſe ſine cõmixtione virorum, quæ vt di
cit Abb.



cit Abb. in c. monaſteria. in j. nota. per illum tex. de vit. & ho.
cler. periculoſa eſt, & ex eo oritur ſiniſtra ſuſpicio ex qua plu
ra mala oriunrur, quæ ponit Luc. de Penna, in l. j. colũ. j. c. de
muli. in quo mu. lib. x. & tex. & Doct. in c. hoſpitiolum. xxxiij.
diſt. & plenius Albe. in dictionario ſuo, in ver. mulier homi-
nem &c. Et Domin. in c. indẽnitatibus. §. ſupradicta. de elect.
qui ponit vnam notabi. facetiam ſuper hoc text. & glo. in ca.
quorundam. xxxiiij. diſt. & Bal. in l. neque natales. c. de prob.
quæ omnia incõuenientia ex eo etiam procedunt quia non
obſeruatur cõſilium Bal. in c. quoniam frequẽti. §. ſi verò. ad
fi. vt li. non conteſt. & quædam alia quæ ponuntur in tracta.
Syluæ nuptial. fol. 5. in iij. col. & propterea dicitur hîc, ꝙ mu-
lier cœtibus virorũ non ſe immiſcere debet. Nam propter iſtã
2 rationem dicit Abb. in c. fi. in j. col. nu. 3. de cleri. ægro. † ꝙ fœ
mina non poteſt in officium maſculi deputari, quia periculo
ſa eſt earum cõmunio etiam inter affines, vt dicit idem Ab.
per iſtũ tex. in c. veniens. el ij. in. j. col. de eo qui cog. con. vxo.
ſuæ. & ibi Præpo. in ij. notab. plura exempla ponit in quibus
prohibetur communio mulierum, & inter alia allegatio. tex.
hîc. Nam ex nimia communione affertur opportunitas dete
riora faciendi, vt ibi dicit Ioan. Andr. & ex hoc verificatur
dictum Barto. in l. ij. in princip. ff. de fur. & ea que dicit Dom.
per iſtum tex. in cap. indẽnitatibus. §. vt autem. ſupra de elec.
vbi aliqua ponit de leuitate mulierum, & ideo dicit Cardiñ.
in cle. fi. §. illas. de ſtat. mona. ꝙ propterea Papa reprobauit
ſtatũ Canonicarũ regulariũ quoniam earum ſtatus periculo
ſus erat. & allegat tex. hîc, & hac de cauſa conſtituti fuerunt
quatuor viri religioſi ad viſitanda monaſteria, vt dicit idem
Car. in d. cle. fi. §. ſpecies. in iiij. no. per illũ tex. Et quod dictũ
eſt mulieres inuitas ad iudicium trahi nõ poſſe propter præ-
dictam rationem videtur etiam habere locum in volentibus
quia pudor & verecundia ſexus quæ per text. in l. ij. c. de his
qui ven. æta. impe. cõſyderantur, & ratio ſuperius aſsignata
à fortiori militat, quando mulier eſt volens quo tempore plu
ra admittit mulier, vt patet ex dictis Præpoſiti Cardi. in cap.
diſcretionem. in vij. notabili, de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ.
Nam opportunitas libera tẽporis & loci, accedente volũtate
mulieris maiorem præſtat occaſionem delinquendi, vt ſupe
rius dictum eſt, & ideo talis commoditas prohiberi debet, vt

 dicit

dicit Iaſ.in l.iij.in iiij.not.ff.de iureiurã.quod vlterius ſuade.
tur,quia ratio iſtius tex.fundatur in honeſtate,ergo illi renũ
ciari non poteſt per mulierem volentẽ,vt dicit Bal. in l.j.col.
penul.c.qui bo.ced.poſſ.quia hoc eſſet contra bonos mores,
& licet contrariam opi.videatur tenere And.Sicu.in c.lator.
in j.col.nu.4.de pig.arg.ſumpto à cõtrario ſenſu ex iſto tex.
& eum ponderãdo,vt ibi per eum:tamen propter rationem
poſitam hîc in princ.tex.quæ generalis eſt.l.licet.§. regulã.ff.
de iur.& fac.igno.à fortiori militat in volentibus,& propter
ea non videtur recedendum ab his quæ dicta ſunt. Stat igitũ
ex præmiſsis cõcluſio ꝙ mulieres etiam volentes ad iudiciũ
trahi nõ debent,quã concluſionẽ vltra præmiſſa videt̃ con-
firmari poſſe per tex.in l.j.c.de offi.diuer.iudi.ibi,quæ intra
domum conſyderato ſexu ſemet contineat.fuerat enim an-
3 tiquitus obſeruatũ iuxta Thucydidis ſententiã,†vt illa opti
ma fœmina cenſeretur cuius nomen atque corpus domeſti-
cis parietibus contineretur,ex quo illud emanauit quod ſæ-
pe inter diuina canitur,& de quo habetur Pſal.cxxvij. *Vxor*
*tua in lateribus domus tuæ.* vbi Grego.Nazenzenus ex hoc col-
ligit mulieres domi clauſas manere debere, adeò ꝙ ad do-
mos,vel mẽſas externas accedere honeſtũ nõ putet, & idem
latius multis carminibus reaſſumit in documentis virginum
quæ omnia ad volentẽ referenda ſunt,in qua etiam ſenten-
tia eſt Ethnicus ille Euripides in Iphigenia,& Diuus Ambro
ſius,quẽ refert Mathæ.de Afflictis,in conſtitu.Siciliæ, incip.
Mulieres.in prin.Nec aliã ob cauſam Phidias illuſtris pictor,
Elienſibus Venerem teſtudine condecoratã pinxiſſe, niſi vt
planè oſtenderet mulierum eſſe munus & ædes,& ſilentium
cuſtodire authore Plutarcho in pręceptis cõnubialibus,ꝓut
etiam Scobeus & Pauſanias lib.vj.meminerunt: & eam ob
cauſam C.Sulpitius Gallus vxorẽ dimiſit quoniam eam ca-
4 pite aperto foris verſatã cognouerat:&† Q.Antiſtius idcir-
co repudiaſſe vxorẽ dicit̃,ꝙ illã in publico cũ quadã Tiber-
tina loquentẽ inuenerat.Pub.quoque Sẽpronius coniugẽ re
pudiauit,quia ſe ignorãte ludos ſpectaſſet,vt Vale.lib.vj.de
præmiſsis meminit pro quibus accedit quæ Aemilius Prob.
in proœ.ſui operis,& Claudia.de Proſerpina loquẽs. Varro,
& Macrob.li.j.Saturnaliũ tradiderũt,inde Cato Cẽſor.eo.li.
quẽ de re ruſtica cõpoſuit c.cxliij.de vxore loquens vicinis
ait



ait:alijsque mulieribus quàm minimum vtatur,néve adeat
domum,néve ad ſe recipiat ad cœnam ne quo eat,néve am-
bulatrix fiet.Ex quibus oĩbus ſatis liquet vagationẽ mulierũ
etiam voluntariã nullo pacto eſſe promiſſam. in qua ſpecie
multa congerit Barth.Caſſa.in catolo.gloriæ mũdi,parte ij.
Io.Neuizanus, & Tiraquillus in trac.ſyluæ & legũ cõnubia-
lium.Prædictis tamẽ videt̃ aduerſari finis iſtius text.ponẽtis
decretũ irritans.Et ideo vt tex.noſter lucẽ veritatis nouã re-
cipiat,& ea quæ ſuperius dicta ſunt ſine nube maneant. Eſt
aduertendũ ꝙ decretũ annullatiuum poſitũ hîc in fin.ſolùm
reſpicit moniales cõparentes volũtariè,& alias mulieres con
tra voluntatẽ cõpulſas ad iudiciũ venire.Non aũt comprehẽ
dit caſum qñ mulieres quæ ſanctimoniales nõ ſunt volunta-
riè cõparerẽt.nam licet tales eo modo ambitum valeret.arg.
l ita demũ.c.de procu.& l.patre.ff.de his qui ſunt ſui. Et hoc
in ratione fundatur,quia certũ eſt ꝙ iſte caſus volũtarius in
tex.iſto nõ eſt expreſſus quo caſu pœna & nullitas iſtius text.
reſtringi debet ad caſus expreſſos.c.etſi clerici.§.de adulte-
terijs.de iudi.& l.cõmodiſsimè.de libe.& poſthu. Nec oſtb.ſi
ſubtilis põderaret verba iſtius tex.in verb.inuitas.qđ verbũ
innuit à cõtrario ſenſu & volẽtes poſſent trahi,quia reſpõde
tur illud eſſe verũ neminẽ opponẽte,vbi tamẽ pars oppone-
ret vel melius iudex repelleret ꝓcederet diſpoſitio iſtius text.
ꝓpter rõnes iam dictas,& tũc arg.à cõtrario ſenſu nõ obſta
ret qñ ex eo reſultaret inhoneſtas & verecũdia.l.ij.c. de cõ-
di.ap.l.cõuẽticulã.c.de epi.& cle.Et iſto caſu ſupplẽdus eſſet
tex.dũ dicit,inuitas.ſupple,maximè,vt etiã ſupplet̃ in c.j.ſu-
pra eo.per Arch.& alios cõiter: & in c.præterea.el.j.de app.
vbi Abb.poſt gl.hoc no. Limitãtur tñ iſta ꝓcedere, niſi aliâs
iudiciũ redderet̃ fruſtratoriũ niſi mulieres vel cõpellerentur,
aut voluntariè inducerẽtur in iudicio cõparere,quia tali ca
ſu dicta ſuperius locũ non haberẽt,per ea quę tradit Ang.in
l.cõſentaneum.c.quomo.& qñ iud. & dicetur inferius in iij.
nota.Nã tali caſu ſeruata cõditione perſonæ fieri poteſt com
pulſio,iuxta tex.in l.j.§.quid ergo.ff.de ven.inſpic. Hoc autẽ
limitat̃ niſi aliter iudiciũ fieri nõ poſſet niſi cõpellerẽtur mu
lieres vel ad iudiciũ volẽtes adducerent̃,quia tali caſu ſerua
ta cõditione perſonæ fieri poteſt compulſio.l.j.§.quid ergo.
ff.de vẽ.inſpi.vt tradit Ange.in l.cõſentaneũ.c.quo.& qñ iu.

 & dicam

& dicam ĩ.in iij.notab.poſſent tamẽ prædicta omnia cócor-
dari,ſi cum tẽperamẽto fiat. No.ſecũdò ex iſto tex.ſecũdùm
5 Domi.† ꝙ aliud eſt authoritas ſedis Apoſtolicæ,aliud Lega-
ti,& ſic videtur ꝙ factũ legati nõ ſit factũ ſedis Apoſt. adde
pro iſta opi.ſimilẽ tex.in c.ſtatutũ.in prin.ſupra de reſcrip.&
bonus tex.in c.pe.de fil.presby.per quem text.dicit Archi.in
c.ſi.ĩ.eo.quòd nõ dicitur emanatũ à ſede Apoſto.quod ſit à
Legato:ad idem facit gloſ.iuncto tex.in cle.quia cõtingit. in
verſi.Apoſtolicæ ſedis.de relig.do.& glo.j.in c.quo ad trãſla-
tionem.de offi.lega. Tamen iſtud dictum Domi.& Docto.
6 ita ſimpliciter nõ ſatisfacit,quia regula eſt in contrarium† ꝙ
factum à Legato ſedis Apoſtolicæ cẽſetur factũ à ſede Apo-
ſtolica.Feli.in c.capitulũ.in vij.col.de reſcri. & tenet expreſsè
Dec.in c.paſtoralis.in prin.de reſcrip.& prius Andr.Sic.in c.
mandatũ.in ij.co.per illum tex.eo.ti.& dicit pro hoc eſſe tex.
ſolennẽ & meliorẽ.de inceſt.in c.Abbatem.de elect.li.vj.& in
7 c.literis.in iij.not.eo.tit.†quia omnia noſtra facimus,quibus
authoritatem impertimur.l.j.verſi.omnia enim.c.de vet.iu.
enucle.c.vt noſtrum.de appella.cum ſi.& dicit Io.de Ana.in
conſi.xciiij.inci.Viſis & ponderatis.in ij.col.ꝙ regula cómu
8 nis eſt,† ꝙ omnia poteſt Legatus de latere quæ poteſt ipſe Pa
pa niſi reperiantᷣ ſpecialiter reſeruata.c.niſi.& c.quo ad trãſ-
lationem.de of.lega.cum pluribus cõcor.vt ibi per eum.Imò
appel.ſedis Apoſto.venit Legatus de latere.glo.in c.ſi Abba
tem.& ibi Io.And.& Mod.ſupra de elect.eo.li.& facit text.in
c.j.in prin.de verbo.ſig.lib.vj.hoc idem per plura firmat An.
Sicu.in c.cæterum.in pe.col.de donatio.faciunt quæ habentᷣ
in c.authoritate.§. iubemus.de priuile.lib.vj.& idem conclu-
dit And.Sicu.in conſi.xij.incip.Difficile eſt.in ij.col.lib.iij.&
hoc in tex.iſto facilius videtur procedere cùm non videatur
poſſe aſſignari ratio differentiæ inter Legatũ & Papã,quod
9 etiam ſuadetur,ex dictione†alia,hîc poſita quæ regulariter
paritatẽ ſignificat.c.ſedes.de reſcrip. Sed pro cõcor.opi.po-
teſt dici,qui regula ſupra dicta eſt vera & ꝓcedit in reſerua-
uatis in quibꝰ Legatus poteſtatẽ nõ habet.Secus verò in his
quæ à Rege ſibi tribuuntᷣ rõne ſuæ iuriſditionis vel ſpãliter
à Papa demãdantᷣ,quia tali caſu factũ à Legato cẽſetᷣ à ſede
Apoſt.factũ.per tex.in c.hi qui.de præb.lib.vj.cũ ſi.vt Mod.
ſcribunt in d.c.ſi Abbatẽ.vel cõcor.iſtas opi.aliter,vt ꝑ And.
Sicu.poſt



Sic.poſt Lap.quem ibi refert in tra.de præſt. Car.in ij.parte.
q.j.in fi.vbi vidẽdũ eſt quia latius loquitur:& per iſta poſſunt
ad cõcordiã reduci multa ſine ordine quæ.d.Pet.And.Gam-
10 ma.tradit in tra.ſuo legati.in ij.char.Nota tertiò† ꝙ mulieres
nõ poſſunt ad iudiciũ trahi inuitæ perſonaliter,ex quacun-
que cauſa:quod tamen ſecus eſt in alijs perſonis, vt dicit hîc
Domi.per tex.in c.j.ſupra eo.vbi ex cauſa poteſt quis cõpelli
perſonaliter cõparere, ex quo infertur ſecundùm eum ꝙ in
alijs perſonis iudiciũ reddit in inuitũ.Ex iſtis dictis Domi.col
liguntur duo:primũ eſt ꝙ mulieres inuitæ ad iudicium trahi
nõ debent,ita eſt hîc tex.quẽ ad hoc idem not.Abb.in c.quo
niã.in iij.not.de teſti. vbi dicit ꝙ de iure antiquo ſecus erat,
per tex.ibi & hãc regulã ponit etiã Domi.in c.indemnitati-
bus.§.porrò.in j.nota.ſupra de ele.& in c.j.§.porrò.ĩ. de ſtat.
mo.& hoc nõ ſolũ intelligitᷣ citatione verbali,ſed etiã reali,
vt latè tradit Iaſ.in l.j.nu.93.c.de iur.emph.Hoc limitatur ꝑ
Phili.Francũ hîc,niſi mulieres fuerint inhoneſtæ vitæ:quod
11 ipſe ꝓbat vna ratione.†Nã clarũ eſt ꝙ mulier pro debito ci-
uili capi nõ põt auth.ſed nouo iure.c.de cuſt.reo. & tamẽ il-
lud nõ ꝓcedit in meretricibꝰ,ꝗa capi poſſunt & incarcerari:
gl.eſt ſingularis quã ibi cõmẽdat Bal.in l.cõſentaneũ.c.quo.
& quãdo iu.adde ꝓ hoc bene facere quod no.Bal.in l.fi.ff.de
12 rer.di.vbi dicit† ꝙ licet apponẽs ſcalas ad feneſtras alicuius
mulieris puniri debeat pœna capitis,ſecus tñ eſt ſi illa mulier
meretrix fuerit,pro qua facit l.verũ.ff.de fur.Sic etiam vide-
mus ꝙ pœna l.j.c.de ra.virgi.nõ procedit in rapiẽte meretri
cẽ,vt ibidẽ dicit gl.in verbo,honeſtarum. & gl.in l.j.c.de his
qui ad ecc.cõfug.cũ quibus cõcordat Barth.Cep.in cõſi.lviij.
& Hippo.in l.ſi quis nec.col.xxvij.ff.de quæſtio. & ante ipſos
hoc tenuit Bonifa.in tra.maleſi.ti.de rapto.& Barb.in conſi.
lxiij.col.iij.li.iiij.Et qdã Mod.Ioã. Pyrrus in repe.l.cõtractus.
fo.5.col.ij.ff.de re.iur.cũ ſi.quibus accedat qđ in ꝓpoſito tra
dit Io.Bap.de S.Seue.in rep.l.oẽs populi. col.antep. verſi.vij.
ſtat.ff.de iuſt.& iu.quo loco dixit Iudæũ cũ meretrice matri-
moniũ contrahentẽ nõ puniri pœna mortis ſicuti puniretur
ſi cũ honeſta muliere cõtraxiſſet,cui adſtipulatᷣ Ale.cõſ.xcix.
li.vj.Et ad iſta bene faciunt ea quæ tradunt quidam Mod.in
rep.l.diuus.ff.de ſica.nume.89.quibus eſt nomen Io.de Ville
mari,& Caccialup.in repe.l.ſi qua illuſtris.col.viij.c.ad Orfi-
 cia.dicen-

cia.dicentes ꝙ illi qui meretrices includunt nõ tenẽtur pœna
priuati carceris.Hinc dicimus ꝙ cognoſcens meretricem per
vim nõ punitur,vt tradit Gãdi.in tra. maleſi.ti. de aliquibus
q.varijs,col.j.& idem Dec.in l.inuitus.ad fi.ff.de re.iur. & iſta
procederent etiã ſi meretrix eſſet alterius cõcubina,quia per
hoc nõ dicitur honeſta,vt dicit Matheſil.nota.cj.incip.Nota
ꝙ concubina.& ſequitur Io.Bapt.Caccialup.in d.repe.ſi qua
illuſtris.col.xij.& ſeq.Itẽ procedunt prædicta in muliere quæ
ſemel vni cõſenſit quia præſumitur ꝙ eodẽ modo alteri,vt
probat Hipp.notab.lxxiiij.& in l.maritus.col.fi.ff.de quęſtio.
13 Secundò limitatur niſi † mulier officiũ tutelæ gerat,quia ra-
tione debiti tutelæ capi & incarcerari poteſt,ita tenet hîc
Domi.poſt Io.And.& ſequitur Francus per doctri.Bar.in au-
then.matri & auiæ.c.quan.mul.offi.tu.fun.poſs.& hoc idẽ te
net Bar.in l.ſi quis ſub conditione.in v.col.circa fi.ff.de teſta.
latè Io.de Platea poſt Ang.in l.nemo carcerẽ. de exact.tribu.
lib.x.& Bal.in tra.de carcere.in ij.q.& Matheſi.notab.cix.in-
cip. Nota caſum & plures alij quos breuitatis cauſa omitto.
Sed circa iſta diligenter eſt aduertendum, in primis ad illud
de meretrice.Nã præſuppoſito iſto dicto pro vero de quo ta-
men inferius dicetur,illud tamen procedit in meretrice ſolu-
ta,vt videtur probari in §.fi.in authẽ.de reſt.& ea quæ parit.
14 †Nã nec meretrix munda nec cornix alba fit vnda, vt dicit
Hoſt.in c.ſi autem.de coha.cleri.vel mulie. Secus tamen ſi eſt
meretrix & maritata fuerit,qa tali caſu carcerari non poteſt,
15 †& idem iudicandum eſt de ipſa ſicut de alia honeſta mulie-
re,& diſpoſitio iſtius tex.in ea locũ habebit,ita not. dicit Io.
And.in addi.ad Specu.in titu.de iniur. & dam.da.in rub.per
tex.notabilem in l.ſi vxor.§.j.ff.de adul. quem ad hoc ſingu.
dicit Ludo.Ro.in l.ſi verò.§.de viro.in ij.fallen.in prin.ff.ſol.
ma. Alex.& Iaſ.in l.plerique.in fi.ff.de in ius voc.Barb.in c.la
tor.de pigno.& hoc idẽ tenet And.Sic.in c.paſtoralis. col.vj.
ver.ſed ego quæro.de iudi. vbi notabiliter loquitur, pro iſta
opi.facit l.quæ adulterium.in fi.c.de adul.vbi lex prohibens
nijs.de iudic.prout de præben.dicitur per gl.& docto. in d.c.
cùm M.de cõſti.quælibet depẽdeat accuſa.ſpirituali, videli-
cet à titulo canoniæ tamẽ in laico cadere poteſt prout de de-
cimis ſuperius eſt dictũ. Sed hoc in iurepatronatus ratione
cõnexitatis cõtingit,vt not.Abb.per illũ text.in c.quantò.de
iudic.facit.l.quæ religioſi.ff.de relig.& ſump.fu.& propterea
19 idem de eo eſt iudicandũ,quòd de ſpiritualibus† quia cõne-
xorũ idem debet eſſe iudiciũ,vt in notabili caſu tradunt do
mi.de Rota in deci.clxxviij.inci.Emãcipatio.in titu.de emã-
cipi. in nouis.vbi circa hoc declarãt iſtũ text.Decius & Mod.
20 in c.tranſlato.de cõſti.& ex hoc etiã infertur† ꝙ cauſa dotis
quæ cõnexa videtur matrimonio coram iudice eccleſiaſtico
ventilari debeat,ſicut cauſa matrimonij:quod tenet hîc glo.
& de hoc dubitat Decius in c.quantò.in iij.nota.extra eo.ſed
de hoc non eſt dubitandũ quando cauſa dotis acceſſoriȩ ve
nit ad cauſam matrimonij per iſtũ text. Sed maior eſt diffi-
cultas quando principaliter cauſa dotis intentatur extra cau
ſam matrimonij:& ſuper hoc dicit Pet.de Anch. hîc ſe puta-
21 re ꝙ iſte tex.non habeat locũ † propter cõmunionẽ actionis
de dote quæ eſt inter patrẽ & filiam,quæ vetat filiæ exercitiũ
actionis,vt in l.ij.ff.ſol.mat.quam legẽ non credit correctam
per diſpoſitionẽ iſtius tex. Et hoc ratiõe ſuadetur quia iſta
cõmunio fuit inducta propter intereſſe patris,quod eſt in cõ
ſeruanda,dote filiæ ne poſtea eã cogatur dotare,iuxta auth.
quãuis.c.



quãuis.c.de rei vxo.actio.Non poterit ergo filia agere in iu-
dicio ſine patre niſi in caſibus nota.in auth.ꝙ locũ.c.de col-
la.ita cõcludit Pet.de Anch.hîc,& plures alij quos refert Feli.
qui hanc opin.tenet in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. in xx.col.de
conſtitu.& hanc opin.defendit Soci.in l.j.in iij.col.ff. ſo.ma-
tri.poſt Areti.quos ibi Mod.Senen.& Taurinẽ.ſequuntur,&
hanc eandẽ opi.ꝙ hæc cauſa ſit mere ſȩcularis tenet Barba.
in c.ex tenore.in princ.per illũ tex.de foro cõpe.& Campeius
in tracta.de dote.in j.parte,q.xcix. Licet ſub dubio fortè. &
Maria.Soci.in c.licet ex ſuſcepto.col.vij.verſi.xij.de foro cõ-
pe.Præpoſitus in c.per veſtras.in vj.notab.& ibi Moder.Hiſ-
pani repetẽ.fo.72.col.iij.& Præpo.in c.de prudentia. in j.no
tab.de dona.inter virũ & vxor.& tenet Auguſtinus canoni-
cus in libro ſcrutinij,ſiue cõcertationis inter canonicos regu
lares & monachos.fo.107.in fi.verſic.& vltra prædicta. Iſta
tamen cõcluſio declaratur ,vt procedat quando cauſa dotis
principaliter & de per ſe agitaretur,non habito reſpectu ad
matrimoniũ,vt puta quando ſolu.matri.mulier dotem ſuam
repetit:quia tali caſu tenẽt prædicti Docto.eſſe cauſam mere
temporalẽ & corã iudice ſæculari tractandã,& ita dicit eſſe
cõmunem opin.Feli.in d.c.eccleſia ſanctȩ Mariæ.Secus verò
ſi cauſa matrimonij incidenter tractatur prius intẽtata cau-
ſa matrimonij ſuper quo principalis quæſtio erat , quia tunc
procedit glo.hîc:& ita dicit eſſe intelligendam Iaſ.qui hanc
diſtinctio.latius firmat in auth.ꝙ locũ.in iiij.notab. in v.col.
c.de colla. Sed iſtis non obſtã.mihi videtur quicquid dixe-
22 rint prȩdicti Docto.ꝙ cõmunis opi.eſt in contrarium,† vide
licet ꝙ cauſa dotis ſit mixti fori,& ſic quòd poſsit corã iudi-
ce eccleſiaſtico tractari ſiue principaliter,ſiue incidenter ſiue
de dote magna,ſiue de parua agatur , & ſiue pro diuite,ſiue
pro paupere.In primis iſtam opi.firmat Feli.dicens hanc eſſe
cõmunem opi.in c.licet ex ſuſcepto.in j.col.de foro cõpe.vbi
plures docto.allegat quæ videas per te:& idẽ dicit Deci.in au
thẽ.ꝙ locum.in ij.col.c.de colla.in ij.notab. & ante ipſum la-
tius firmat Bald.nouel.in tracta. doctium, in ix.parte,in xvj.
ſpeciali,& hoc idem cõcludit Bapti.de ſancto Blaſio in tract.
de priuil.do.in lxj.priuileg.& ab hac opi.in iudicando & con
ſulendo dicit non eſſe recedendum Alexã.in l.ij.§.ꝙ ſi in pa-
tris.in ij.col.ff.ſol.matri.cũ quibus concor.Rom.cõſi.cccxxx.
Circa

Circa primum.in iiij.col.verſic.quartò probatur.ſecundùm
primam impreſsionem,licet ibi pro & contra multa dicat,ex
quibus reſolui poſſunt ea quæ ſupra dicta ſunt. Et ego pro
iſta opi.vltra prædicta moueor tali ratione. Nā quotieſcun-
que alicui conceduntͣ aliqua priuilegia ratione alicuius effe-
ctus conſummati dato ꝙ ille effectus poſtea ceſſet, nihilomi-
nus priuilegia durāt ratione illius primę cauſę,à qua ſemper
eſt verum dicere emanaſſe priuilegium.ita eſt tex.in l.fi.ff.vn
de libe.& ibi Bart.& l.in ipſius.vbi Bald.c.fa.ærc.not. Domi.
in c.licet.in ij.col.verſi.puto.ſupra de electio.per glo.in verſi.
canonicis.in c.ſtatutum.de reſcriptis.eo.lib.facit.l.fi.ff.de ſe-
23 na.ſed in caſu noſtro † priuilegia conceſſa ſunt doti propter
matrimoniū.l.j.ff.ſolu.matri. Adeò ꝙ ſine illo dos dici nō po
teſt.l.iij.ff.de iu.do.ergo dato ꝙ de per ſe cōſyderetur,& eius
cauſa ſolu.matri.agitetur ſemper dicetur habere reliquias il
lius ſpiritualitatis propter quam effectum habuit.argu.tex.in
24 l.ex facto.ff.de vul.& pu.& l.j.de offi.procon.† & ſic debet di
ci hac ratione eſſe mixti fori potius quàm mere ſæcularis,
quia vbi vnū propter aliud vtrobique tātum vnum, l.alteri.
ff.de adi.leg.l.qui libertatis.§.ſeruus.vbi Bart.ff.de euictio. cū
ſimi.traditis per ſcriben.in l.cùm ſeruus.ff.de con.& demon.
& notat Abb.poſt gl.in c.latores. de cle.excommunica. Vel
vt concordentur opi.poteſt diſtingui inter dotē profectitiam
& aduentitiā,vt primo caſu procedat prima opi. ꝙ ſit tractā
da corā iudice ſęculari propter cōmunionem quam in tali
dote habet pater propter exercitium actionis,cuius forus at-
tendi debet:argumē.eorū quæ in notabili caſu tradunt Do-
mini de Rota deci.clxxviij.inci.Emancipatio.in nouis.ſecū-
do caſu procedit opi.communis : & pro iſta differentia bene
facit glo.in l.ij.§.j.in ver.profectitia.& ibi Alex.declarat.ff.ſo
25 lu.matri. Not.tertiò ibi parte,vel procuratorē &c.† ꝙ in caſi
bus,in quibus quis in iudicio poteſt eſſe per ſe in eiſdem po-
teſt procuratorē conſtituere, cōcorda.tex.in c.ex parte.& ibi
not.Abb.in j.col.nu.7.de reſtitu.ſpolia.& dicit ibi Pet.de An-
cha.ꝙ ad hoc iſte tex.eſt melior de iure cū cōcor.vt ſcribit Fe
li.in c.intelleximus.in tertia col.qui ad hoc iſtum text.allegat
ſupra de iudic. Et hoc de plano procedit quando perſona
habilis eſt,& liberè de iure cōmuni agere poteſt. Secus verò
ſi ex indulgētia concedatur vt agere poſsit,vt in excommu-
nicato.



26 nicato.† Nam licet eſſe poſsit in iudicio ſe defendēdo, c.cùm
inter.de excep.per hoc tamen procuratorem non poterit cō-
ſtituere,vt notabiliter declarat Feli.in c.poſt ceſsionem.in vj.
col.verſi.& aduerte.de probatio. Sed breuiter veritas eſt in
contrarium vt tenet Innocen.& Abb.& omnes in dicto c.in-
tellleximus.& idem Inno.in c.edoceri.de reſcrip. & hoc idem
27 procedit in † ſeruo & fratre minore qui procuratores conſti-
tuere poſſunt in caſibus,in quibus in iudicio eſſe poſſunt,vt
dicit Barto.in l.ſeruos.ff.de alimen.& ciba.legat. facit tex.in
l.ſeruum quoque.in princip.ff.de procurato. quem notabi-
lem dicit Roma.in l.ſi ex legati cauſa. de verbo. obligat.&
hoc idem procedit in minore.l.filiusfami.in princip.vbi Bal.
ff.de procura. Et iſta omnia procedunt in caſibus , in qui-
bus quis voluntariè in iudicio eſſe poteſt. Secus ſi de neceſsi-
28 tate requiritur,vt perſonaliter agat † prout in cauſis popu-
laribus,l.licet in popularibus.ff.de procuratori.quia tali caſu
procuratorem conſtituere non poterit , vt ibi dicitur:& in l.
penul.§.adde crimen.ff.de pub.iudic. declarando tamen vt
per Paul.de Caſt.in l.ſeruum.§.publice.ff.de procur. vt latius
dictum eſt ſuperius. Tertiò prædicta regula limitatur pro-
29 cedere † eo caſu quo quis procuratorio nomine agere poteſt:
ſecus ſi nomine alieno prout eſt in coniuncta perſona, quæ
licet pro coniuncta agere poſsit,tamen non poteſt conſtitue-
re procuratorem,eo quia non agit nomine proprio,ita limi-
tat Rota,deciſio.dclxxvij.inci.Nota ꝙ coniuncta.aliâs eſt de
ciſio.xxxiiij.in tit.de procura.in antiq.& licet pro iſta limita
tione nihil alleget.Tamen pro illa deci.eſt tex.in l.iij.§.ſed &
ſi fortè.ff.iudi.ſol,Et illam deciſionem ſequitur Feli.in c.cùm
in ea.in iiij.col.ver.declara dupliciter,de ſen.& re iudi.& De-
ci.in c,intelleximus.in v.col.de iudic.& ante ipſos Corn.in cō
ſi.ccix.in ix.col.lib.iiij.& ita limitant iſtū tex.Tamē iſta limi-
tatio non videtur vera:primò quia nō fundatur aliquo iure
30 † & erubeſcimus,cùm ſine lege loquimur.l.illā.c.de colla. Nā
per ſubauditiones iura limitari nō debent gl.in c.cupientes.
§.ꝙ ſi per xx.ſupra de electio.& in caſu iſto nō videtur ratio
aliqua ꝙ cōiūcta perſona in caſibus ſibi permiſsis à iure pro
curatorem conſtituere nō poſsit ſicut ſeruus & excōmunica
31 tus,vt ſupra dictum eſt. & ad hoc benefacit:† quia vbi quis
iudicio poteſt cōparere ſine mādato cū cautione de rato po-
teſt

teſt cõſtituere procuratorẽ ex quo pręſtita cautione efficitur
dñs lit.Bar.in l.Titius.per illũ tex.ff.de procur.Sed coniuncta
perſona admittitur cũ cautione,& ſine mãdato Alex.in l.exi
gẽdi.c.de procu.ſed & hoc.& l.nõ ſolùm.vbi Pau.de Caſt.ff.
de procu.ergo poterit procuratorẽ cõſtituere.Nõ obſt.tex.in
d.l.quia ille tex.loquitur quo ad cõmiſsionẽ ſtipulationis iu-
dicatũ ſolui,& caſum noſtrũ nõ attingit vt patet ex text.Et
ideo pro vera intelligẽtia iſtius limitationis diſtingue tres ca
32 ſus,†primus eſt quãdo admittitur aliquis pro alio in caſibus,
in quibus lis nõ cõteſtatur,& tũc in illis caſibus procuratorẽ
conſtituere nõ poteſt:caſus eſt ſingularis in l.minorũ.ſecun-
dùm Bal.ibi.c.de præd.min.iuncta l.neque tutores.in fi.c.de
procu.quẽ ad hoc Rom.multũ cõmendat in cõſi.ccxlj.Specta
bilis.in v.col.ver.vltimo aduertendũ. ſecundùm primã im-
preſsionẽ:& illũ intellectũ ad dictam l.minorũ. pro ſingulari
cõmendat Iaſ.licet de Roma.nõ meminerit in l.cùm quis.in
prin.c.de procu.& in l.ij.in fi.ff.de offi.eius cui mãda.eſt iur.
declarando tamen ſecundùm quod dicit Bar.in l.nulla.c.de
procur.Secundus caſus eſt in cauſis profanis,ſiue temporali-
33 bus & iſta eſt regula communis,†ꝙ nullus poteſt ſubſtituere
alium loco ſui niſi poſt litem conteſtatam,ita concludit Bar.
in l.exigendi.in ij.lectu.circa fi.ver.item quero nũquid con-
iuncta.c.de procu.& ibi hoc tenet Cyn.in viij.q.& hoc tenet
Car.in cle.j.in vj.q.de procur.Tertius caſus eſt in ſpirituali-
bus,vt hîc:& circa hoc eſt maius dubium loquendo in con-
iuncta perſona:nam domini de Rota in deciſio. cxlij.incipi.
34 In cauſa beneficiali.in tit.de procu.in nouis.tenent,†ꝙ con
iuncta perſona in ſpiritualibus & beneficialibus nõ admit-
titur pro coniuncta etiam cum cautione de rató,niſi habeat
mandatum vt quilibet extraneus:& ideo procuratorẽ conſti
tuere nõ poterit:mouentur per tex.hîc in fi.vbi in iſtis ſpiri-
tualibus proximitas & coniunctio nihil operatur. & hoc idẽ
tenet Spe.in tit.de cõiunc.perſona.verſi.quid ſi eſt cauſa ſpi-
ritualis.quod eſt verum niſi ad defendendũ abſentem citatũ
per edictum ne priuetur beneficio:vt dicit Rota in deciſio.
ccccxx.inci.Si committatur.§.fi.in nouis.ſed dicas ꝙ tũc nõ
admittitur vt procurator:ſed vt defenſor & adminiſtrator,
quo caſu bene poteſt coniunctus admitti etiam in beneficia
libus,vt concludit Bal.in addi.ad Specu.in titu. de procur.§.
ratione



ratione quoque.verſicu. quid ſi canon.in vlti.colum.verſ.ſi
pater.Et per iſtam rationem fuit aliâs coram me in vna Ca-
iacen.ſimplicis beneficij de anno præſenti 1533.mẽſe Ianua
rio in Rota concluſum ꝙ pater poſſet præſtare cõſenſum fi-
lio.xiij.ann.conſtituen.procuratorem patruum ſuum ad de
fendum in cauſa beneficiali.Nam licet iſte text.requirat iſto
caſu conſenſu Epiſcopi vel vicarij.Tamen ſecũdùm Archi.
hîc,ille conſenſus poſſet etiam per curatorem minoris præ-
ſtari,eadem ratione voluit Rota ꝙ pater pręſtare poſſet,cùm
per hoc pater non dicitur adminiſtrare,ex quo ille cõſenſus
præſtatur cõſtitutioni procuratoris,ne minor decipiatur,ſed
iſta ratio magis tangit patrem cuius magis intereſt quàm cu
ratoris,cùm ſoleant parentes capere conſilium & eſſe ſolici-
tos pro filijs,vt dicitur in l.nec in ea.ff.de adul. & l.iſti quidẽ.
ff.quod met.cau.igitur ea ratione qua curator præſtare con
ſenſum,poteſt eodẽ modo & pater maximè,quia in cauſa il-
la fuerat cõſtitutus ab ipſo minore procurator patruus eius:
& ſic videbatur omnis fraus abeſſe,& ita ex votis dominorũ
ego iudicaui,licet poſtea noui auditores innitẽdo rigori con
trarium tenuerũt. Tamen circa iſtum tertium caſum eſt ad-
uertendum,quia non videtur verũ ꝙ in iſtis cauſis ſpiritua-
libus cõiunctus non poſsit admitti pro coniũcto ſicut in alijs
caſibus admittũtur.Nam contra hoc videtur eſſe caſus in c.
35 accedens.de procu.in fi.†vbi patet pro filia tanꝗ coniunctus
admittiť in cauſa matrimoniali & conſtituit procuratorem,
& ſic ibi eſt caſus pro regula iſtius text.ꝙ vbi quis pro ſe in
iudicio eſſe poteſt,poterit etiam procuratorem conſtituere.
Deci.ad iſtum tex.reſpõdet in d.c.intelleximus.in v.co.& an
te ipſum fuit reſpõſio Iaſ.in d.l.cùm quis.quod ibi ſit ſpecia
le in patre agente pro filia vt poſsit procuratorẽ conſtituere:
ſecus tamen eſt in alijs coniunctis. Sed iſta ſolutio nõ ſatiſ-
facit,quia illud qđ pater pro filia admittať non eſt inductũ
in fauorẽ patris,ſed filiæ,& attenta illa ratione quilibet con
iũctus deberet admitti pro filia, vbi de vtilitate eius agiť, &
quia tex,in d.c.accedens.nõ ſe fundat in aliqua ſpecialitate:
nos ergo eam inducere non debemus:iuxta glo.in l.filium.c.
36 fa.ærc. Præterea pro hoc facit†quia vbi vtilitas filiæ cõſy-
deratur à lege nõ ſit differentia inter patrem & alios cõiun-
ctos,vt tenet Ro.in l.pactum.c.de colla.quem ibi Cor.ſequiť
m m & Iaſ.

& Iaſ.col.penul.verſi extra glo.vt latè dico in §.omnium.nu.
27.Inſti.de actio.& per hoc facit tex.hîc. Et ideo aliter ad il
lum tex.poteſt reſponderi,videlicet ꝙ illa deciſio Rotæ,quo
ad primũ caſum non eſt vera,quia in materia ſpirituali con
iunctus pro coniuncto de illo iure bene admittitur ſine man
dato cum cautione,vt eſt glo.nota.in c.cùm pridem.in gloſ.j.
extra de pact.quam pro ſing.commẽdat Roma.nota. dcxiij.
incip.Tu audiſti.& hanc opi.expreſsè firmat Rota,vbi dicit
ita fuiſſe deciſum in deci.ccclxxv.incip.Fuit dubitatũ.in tit.
de proc.in no.mouet̃ pluribus rationib⁹,quas refert& ſequit̃
37 Feli.in c.corã.in ij.co.de of.deleg. Eſt bene verũ,† ꝙ in cauſa
matrimonij eſt ſpeciale,vt cõiunctus pro coniuncto non ad-
mittatur,ſine mandato,vt eſt gl.in c.qui ad agendũ. in gl.pe.
ſupra de procur.& glo.in c.fi.eo.ti.& lib.niſi fuerit pater pro
filia,& ita procedit tex.in d.c.accedens.ſecundùm gl.in d.c.
qui ad agendũ.& in d.c.fi.in verb.contrahendum.& tali ca-
ſu caſu pater,qui admittitur pro filia non poteſt dare procu-
ratorem loco ſui,niſi ſpeciali licentia Papæ vel partis:vt pro
batur in c.accedens.neque eſt verũ,quod dicebat Iaſ.& Dec.
ꝙ ibi erat in hoc ſpeciale in patre,quia dico ꝙ in hoc nulla
38 eſt ſpecialitas,;imò ſumus in regula ſupradicta,† videlicet,
ꝙ ille qui admittitur nomine alieno non poſsit alium procu
ratorem facere,& ſpecialitas quæ in d.c.accedens.inducitur
non eſt circa conſtitutionem procuratoris,ſed ꝙ pater ad-
mittatur ad agendum ſine mandato ſpeciali in cauſa matri-
monij,vt ibi innuit glo.circa fi.cùm regula ſit in contrarium
vt ſupra dixi,aliâs duo ſpecialia inducerentur in dicto c.ac-
cedens.contra tex.in l.j.C.de dot.promiſ.quod tamen ſecun-
dùm communem regulam eſt abſurdũ, ergo ſequitur quòd
Decius & Iaſ.non bene dicunt,concludas ergo cum limita-
tione prædicta,ꝙ ille qui admittitur nomine alieno non po-
teſt procuratorem conſtituere, etiam ſi pater fuerit,ex quo
infertur,ꝙ tex.in d.c.accedens.tantùm inducit vnum ſpecia
le,videlicet,vt pater pro filia poſsit agere in cauſa matrimo-
niali ſine ſpeciali mandato.reſpectu verò conſtitutionis pro
curatoris per ipſum nullum eſt ſpeciale in patre,& ſic limita
tio ad illũ tex.manet firma. Glo.j.concludit vnum ꝙ diſpo-
ſitio iſtius tex.loquens de maiori xiiij.anno.procedit in fœ-
mina maiore xij.anno.& cum iſta gl.omnes tranſeunt: adde





Archi.in c.certis.co.fi.xv.q.iij.vbi dicit poſt Bonagui.ita ſer
39 uari in Ro.curia,& ratio iſtius q.videtur:† quia vbi ius non
diſponit expreſsè,non debet fieri differẽtia inter maſculum
& fœminam.l.maximum vitium.C.de lib.præ.& iſtam ratio
nem adducit Pet.de Ancha.in conſi.cxx.Pro clariori.& hoc
de plano procedit in diſpoſitione legali & materia indifferẽ
40 ti,in† qua etiam ſi lex tantùm de maſculo loqueretur com-
prehenderet fœminam,vt l.j.§.j.de cõſti.pe.& l.iij.in prin.ff.
de neg.geſt.tradit Ang.in conſi.cclxxxix.Viſo teſtamẽto.dũ
alleg.Io.And.in c.fi.ſupra de elec.eo.lib.cum concor.vt Mod.
ſcribunt in l.ſi quis id quod.ff.de iur.om.iud.& Dec.in l.ij.in
xvij.col.nu.108.ff.de reg.iur. Sed aduertendum eſt ꝙ ſupra-
dicta non videntur cõuenire iſti tex.qui ſimpliciter & inde-
terminatè loquit̃,& requirit ætatem completã xiiij.anno.vn
de ex quo generalitas tex.pariter ad fœminã,ſicut ad maſ-
culum adaptatur, non videtur ꝙ in fœmina minor ætas re-
quiratur xiiij.anno.quam ætatem tex.non taxatiuè videtur
& ſpecialiter in maſculo requirere,ſed generaliter in quocũ-
que agente,& aliter verba tex.non conueniret̃,dum diſponit
illam ætatem xiiij.ann.æquipollere ætati xxv.quæ ratio nõ
militat in ætate xij.anno.quæ longè remotior videtur & di-
ſcretione caret.Nã licet in ea ætate mulier apta mulier apta
viro reperiatur,vt loquunt̃ iura alleg.in glo.non tamen pro
pter hoc idonea dicitur ad agendum & defendendũ cauſas
ſpirituales,de quibus hîc,niſi ad illam ætatem xiiij.anno.ve-
nerit,& propterea dicendum eſt iſtum tex.velle illam ætatẽ
xiiij.anno.in quolibet agente vel defendẽte cauſas ſpiritua-
les requiri.Imò poteſt attẽtari vnum,ꝙ diſpoſitio iſtius tex.
in principio non habeat locum in fœmina,non ſolùm reſpe
ctu ætatis quam requirit text.ſed ratione diſparitatis ſexus,
quia fœmina ad agendum & defendẽdum in iudicio pro ſe
idonea non videtur propter rationem,quam ponit tex.in c.
ij.ſupra eodem,& quæ ibi diximus, quæ ratio ceſſat in maſ-
culo tamen poſſet dici ꝙ fœmina in caſibus, de quibus hîc
bene admittatur ad agendum & defendendum in ætate xij.
anno.dum tamen per procuratorem agat,vt in ſecunda par
te iſtius tex.& ita procedit text.in cap.ex parte.de reſti.ſpol.
& text.in c.accedens.de procurato.& facit tex.in l.neque.C.
eo.nec cõtrarium iure probatur,ſed ſi ætatem xiiij.annorũ,

compleuerit, procedat, quod hîc dicitur. Si tamen in cauſa beneficiali loquimur primum dictum mihi magis placet cũ materie non ſit conueniens fœminis. Gl. ac ſi maior. breuis eſt, & vno verborum conſtructu clauditur, ex qua vna cōcluſio colligitur, videlicet ꝙ maior xiiij. anno. poteſt cauſas ſpirituales per ſe tractare ſine curatore, ac ſi eſſet in ætate completa. xxv. anno. Domi. hîc opponit contra hoc impertinente, & ſe inuoluit circa aſsignādā rationem, quare minor xxv. anno. beneficium regere poſsit de quo per eum. Tu dicas ꝙ omnes iſtæ rationes, & argu. Domi. tendunt contra minorẽ xiiij. ann. ſed in maiore de quo tex. hîc, & gloſ. loquuntur nō
41 procedunt† quia maiores xiiij. anno. beneficia habere poſſunt: vt not. in c. ſuper inordinata. de præben. quia talis ætas diſcreta reputatur, & ceſſant rationes Domi. videlicet quòd
42 ſe ipſum regere non poſsit. quod patet. † Nam ius ciuile in tali ætate puberem à tutela liberat, vt inſti. de curato. in princ. non alia ratione niſi quia hæc ætas ad regimen ſui ipſius reputatur habilis. Glo. debebis. ponit quatuor antiquorũ opi. quæ hodie per iſtam decretalem reſoluuntur, & ideo nō erit inſiſtendum, circa vnum tamen dictum glo. hîc eſt aduertendum in quantum dicit ꝙ de iure canonico materia tutelarũ non eſt neceſſaria, & ideo compilatores huius voluminis de illis non tractarunt, & cum iſto dicto glo. cōmuniter alij Docto. tranſeunt, & eam ad hoc ponderat & ſequitur Præpo. in c. quo iure. in iij. col. viij. diſt. Sed conſyderandum eſt diligẽ-
43 ter, quia iſtud dictum gl. non videtur verum ex eo† quia canones permaximè neceſsarias pupillorũ tutelas exiſtimarũt: & ita facit in generali concilio conſtitutum, vt patet in c. fin. lxxxvj. diſt. & alibi ſæpe, vt ibi no: & hoc experientia ipſa patet cùm pupilli commodius ex hoc rerum ſuarum & perſonę conſeruationem conſequantur, Neque obſt. ꝙ compilatores Decretalium, tit. de tutel. non poſuerunt, quia propterea factum fuiſſe arbitramur, quia in libris Digeſt. & Codic. latius de illis fuit tractatũ ad quos tit. per cōpilatores noſtros nihil occurrerat addendum, & ideo fuit omiſſum, per hoc tamen nō excludimur quo minus de iure canonico illis legibus ciui-
44 libus, & tutelis vtamur, † quia vbi aliquid non reperitur diſpoſitum de iure canonico, ſi tamen illud reperiatur de iure ciuili conſtitutum ſtandũ eſt iuri ciuili etiã in foro canon. vt eſt do-



ctrina in terminis noſtris, Bal. in cōſi. ccxliij. In quæſtione iſta. lib. j. ſequitur Dec. in c. eccleſia. col. xij. de conſtit. & eſt regu. cōmuniter tradita in c. j. de ope. no. nun. & tenet Domi. per glo. in c. pia. §. ſi quis. in iij. col. j̄. de excep. & quia canones tutelam nō improbāt, ſed videntur ſine controuerſia approbare, vt in c. ex parte. de ap. & in c. ex tenore. qui fil. ſint legi. & in c. puella. xx. q. ij. & in d. c. fi. & in pluribus alijs locis nō parum multis, & iſta videtur eſſe ratio fundamẽtalis, quare ius canonicum de tutel. non tractauit. Eſt bene verum ꝙ quãtũ ad effectum cauſarũ ſpiritualiũ, de quibus in tex. dicitur maior xiiij. an. ſine curatore experitur, vt concludit Archi. poſt aliqualem diſputationẽ in c. certis. col. fi. xv. q. iij. & iſta procedunt in iudicialibus: in extraiudicialibus verò eſt maius dubium. Domi. tamen hîc dicit idem eſſe cuius opi. ſuaderi poteſt, ex regula quę ponitur in l. nec mirum. ff. de pigno. actio.
45 †ꝙ valet arg. de iudicialibus ad extraiudicialia, & probatur in l. omnẽ. ff. de iudi. per quem tex. ita arguit Aretin. in l. eum qui. in prin. in penul. col. ff. de acqui. hære. & dixi ſupra in c. j. & Inſti. de actio. in prin. Tamen omnia iſta declarantur procedere quando in vtroque caſu eſt eadem ratio, aliâs autem arg. non procederet, vt nota. dicit Bart. in l. iij. §. idem ſcribit. in fi. ff. de pecul. & ita dictum Domi. declarari poteſt.

## §. SI VERO.

1 *Dictio, ſi verò, eſt aduerſatiua præcedentium.*
2 *Dictio, infra, denotat actum immediatè ſequentem terminum, cui adiungitur, & actum multo tempore diſtantem.*
3 *Dictio, ante, poteſt ſignificare actum immediatè ſequẽtẽ & diſtantẽ.*
4 *Dictio, poſt, actum mediatum & immediatum ſignificat.*
5 *Dictum teſtis ambiguum, & quod poteſt diuerſimodè capi reijcitur.*
6 *Probatio debet de neceſsitate concludere.*
7 *Dictio, infra, de ſua propria natura actum ſignificat ex interuallo diſtantem à principio omiſsis medijs.*
8 *Natura dictionis, & cætera, eſt ſuperiora & inferiora cōprehendere.*
9 *Minor xiiij annis licet poſsit habere titulum beneficij, non tamen poteſt agere vel defendere per ſe in iudicio.*
10 *Papa diſpenſando cum minore quo ad beneficium nō intelligit per hoc ſecum diſpenſare quo ad liberam adminiſtrationem eius.*
11 *Minor xiiij. an. comparẽs in iudicio ſi cōſitetur nō valet eius cōfeſsio.*
12 *Denunciatio ad illum finem tendit, vt quis conſequatur ſuum.*
13 *Denunciatio eſt triplex, Euangelica, Canonica, & Iudicialis.*

14 *Denunciatio iudicialis eſt duplex publica, & priuata.*
15 *Clericus tabellio. officium exercere nõ poteſt, tamen ſi exerceat valet.*
16 *Multa prohibentur fieri, quæ poſt facta tenent.*
*Teſtis inimic⁹ eē nõ põt, tñ ſi fuerit admiſſus, & nõ fuit oppoſitũ valet.*
17 *Iudex debet proferre ſentẽtiam ſedendo, tamen ſi eſt bene informatus, & proferat ſtando, valebit.*
18 *Filiæ ingratæ dos dari non debet, tamen ſi datur non poteſt reuocari.*
19 *Verba nõ poteris, inducunt formam, & annullant actum ipſo iure.*
20 *Forma vbi non obſeruatur, actus eſt ipſo iure nullus.*
21 *Nõ poteris, futuri tẽporis eſt maioris ꝓhibitiõis, quàm nõ põt, præſentis.*
22 *Lex ſtatim quòd negatiuè aliquid prohibet, nõ cẽſetur annullare actũ in contrarium factum, niſi procedat vlterius annullando.*
23 *Iudiciũ acceptũ à minore xiiij. an. tẽdit in ꝑiudiciũ ſuũ, aut in cõmodũ.*
24 *Eccleſia, vel minor licet nõ poſsint vẽdere rẽ immobilẽ niſi ſeruata ſolẽnitate à iure, tñ vẽditio vbi eſſet facta in vtilitatẽ eorũ bñ valet.*
25 *Stante ſtatuto quòd contractus mulierum non valeant ſine consenſu propinquorũ, intelligitur de cõtractibus damnoſis nõ aũt vtilibus.*
26 *Minor habens beneficium in eccleſia ratione conſuetudinis ibi vigẽtis an poſsit adminiſtrare, & habere vocem in capitulo.*
27 *Minor diſpenſatus ad beneficium cenſetur diſpenſatus ad reſidentiam, & alia conſecutiua.*
28 *Princeps concedens minori magiſtratum in dubio videtur tribuere ei adminiſtrationem.*
29 *Iudex competens ad dandum curatorem in litem qui dicatur.*
30 *Non illico quòd aliquis de principali cognoſcere poteſt, datur facultas ſuper acceſſorijs.*
*Sine acceſſorijs iuriſditio eſſet inanis.*
31 *Curator minori an poſsit dari per officialem Epiſcopi.*
*Officialis principalis Epiſcopi vnum, & idem conſiſtoriũ facit cũ eo.*
32 *Diſpoſitio loquens de officiali habet locum nõ ſolùm in principali, ſed etiam in foraneo.*
33 *Verbũ excommunicatio, tam de maiori, quàm minori intelligitur.*
34 *Verba generaliter prolata generaliter intelligantur.*
35 *Lex niſi diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
36 *Facultas dandi curatorem ad litem non cauſatur ex eodem conſiſtorio, ſed ex iuriſditione.*
37 *Officialis foraneus cenſetur datus ad vniuerſitatem cauſarum, & ſic æquiparatur ordinario.*
38 *Verbum officialis eſt nomen generale ad omnes habentes officium cum iuriſditione.*
39 *Lex generaliter loquens poteſt reſtringi à lege, ſecus ab homine.*





1 **Si verò.** In text. ibi, ſi verò.† iſta dictio aduerſatiua eſt præcedentium vt dicit Bar. in l. ſi verò. ff. qui ſatiſ. cog. cum concor. vt Deci. ſcribit in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. in prin. de iud. & in conſi. ccciij. In caſu occurrẽti. in ij. col. in ij. parte. Tamen aduertendum eſt ꝙ iſtud generaliter non eſt verũ ſed procedit tantùm, quando dictio, ſi verò, ponitur de per ſe ſeparata à diſpoſitiõe, & ita procedit iſte tex. Secus verò vbi talis dictio ponitur in eadẽ oratione cõiuncta, quia tali caſu inducit potius coniunctionẽ, & repetit præcedentia cum eiſdẽ qualitatibus, ita eſt doctrina Bar. in l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Treb. & hoc eſt quod dicit Bald. in l. omnes populi. in viij. col. ver. tertio modo. ff. de iuſt. & iu. & in notabili caſu tradit Corn. in cõſi. ccxlviij. In præſenti cõſultatione. in iiij. col. in ij. vol. Ad vnum tamen aduerte ꝙ quãuis dictio, ſi verò, in iſto tex. aduerſatiuè ponatur, nihilominus hoc intelligendũ eſt, ratione qualitatis nõ materiæ iuris quæ eadem in iſto §. repetitur retento eodẽ caſu: pro quo facit optimè gl. & Bar. in l. mariti. in fi. ff. de adul. & not. Sal. in l. vinum. ff. ſi cer. pet. In tex. ibi, infra. eſt notandũ ſecũdùm Ge-
2 mi. hîc quẽ alij ſequũtur† ꝙ iſta dictio denotat actũ immediatè ſequentẽ terminũ cui adiungitur & actũ multo tẽpore diſtantẽ, quod dicit eſſe notandũ pro cõcordandis teſtibus. Nã ſi vnus diceret actũ factũ infra domũ, & alter diceret in camera domus, iſti teſtes eſſent cõcordes, & probarẽt de loco ratione iſtius dictionis infra. adde pro iſta opi. quæ dicit idem Domi. in c. j. §. licet. per illũ tex. ſupra de proc. iſto lib. vbi in ſi-
3 mili dicit idẽ eſſe in iſta dictione† ante, quæ poteſt ſignificare actũ immediatè ſequẽtẽ & diſtãtẽ, & ibi pariformiter infert ad dicta teſtiũ prout hîc: quod dictũ ſequitur Alex. cũ cõcor. ibi per eũ adductis in l. diuortio. in iij. col. & in l. inſulã. §. fructus.
4 col. j. ff. ſol. matr. & hoc idẽ dicitur de iſta dictione† poſt, quæ actũ mediatũ & immediatũ ſignificat, vt idẽ Domi. dicit in c. j. ſupra de cõſti. eo. li. vbi per hoc etiã infert ad dicta teſtiũ vt valeant, & ita cũ iſta opi. trãſeũt poſteriores vbiq;. Sed diligẽ-
5 ter aduertẽdũ eſt, quia iſta opi. mihi nõ ſatisfacit ex eo† quia qñ vnũ verbũ eſt ambiguũ & poteſt diuerſimodè capi, dictũ teſtis per tale verbũ non valet, ſed debet reijci, ita concludit Bar. in l. inter ſtipulantem. §. j. circa fi. ver. & iſta lex. ff. de ver. oblig. quem ſequitur Alex. in l. diuortio. in iij. col. nume. 14. ff.

ſol.niatrimo.& tenet Abb.licet de Bart.mentionem non fa-
ciat in c.in præſentia.in pen.nota.de proba.cum concord.vt
dixi in c.j.ſupra de conſtitu.eo.lib.ſed in caſu noſtro hæc di-
ctio infra,eſt dubia,quia poteſt ſingulare actum mediatum
& immediatum,vt hîc dicit Gemi.& omnes ergo dictũ teſtis
6 per talem dictionẽ nõ valet,†quia probatio debet de neceſsi
tate concludere,l.non hoc.cum concor.traditis ibi per Mod.
7 c.vnde legit.Et ideo ego aliter ſuper hoc dicerem†ꝙ dictio
infra,de ſua propria natura ſignificat actũ ex interuallo di-
ſtantem à principio omiſsis medijs,vt dicit Bar.in l.Gallus.§.
idem credendum.in fi.ff.de libe.& poſth. hîc:vbi per hoc di-
8 cit ꝙ iſta dictio infra,in hoc differt à dictione†& cætera,de
cuius natura eſt ſuperiora & inferiora cõprehendere,& ideo
infert ꝙ in lib.Decre.ea ratione ponitur dictio & infra,quia
multa intermedia fuerunt reſecata quæ nõ faciebãt ad rem,
& hoc dictũ Bar.quod ibi multũ commendat Fulg.& Alex.ſe
quitur Io.de Ana.in c.ſuper eo.in prin.de vſur. & Abb.licet
de Bar.mentionẽ non faciat in c.dudum.el ij.in ij.not.de ele
ctio.Sed tamen licet prædicti Doct.nõ dicãt circa hoc quod
de Decretalibus dicunt prædicti Doc.aliter dicit Io.Andr.in
c.à nobis. de iur.pat.quem refert & ſequitur Decius in c.ij.in
ij.lectũ.in primis verbis, de conſti.& in c.j.in princ.de poſtu.
præla.vbi etiam aliã rationem ponit de principio antiq.De-
cre.de quo vide ibi. Redeũdo tamẽ ad propoſitũ dico ꝙ iſta
dictio infra,importat actũ mediatũ propriè,& hoc eſt quod
vult dicere Abb.in c.j.de cle.con.& in c.ex parte.de reſti.ſpo.
& ſic non poteſt ſignificare partẽ ſuperiorẽ, vt putat Domi.
in exemplo teſtiũ,de quo per eum. Nam cõtra ipſum videtur
eſſe notabilis deciſio Bar.in trac.de inſula.c.xvj.incip.Quòd
ſi ex vno latere.vbi cõcludit,ꝙ iſta dictio infra,ſignificat ex-
tremam partem,ſiue inferiorem rei. & ideo ſi dicò delictum
eſſe factum infra domum nõ verificabitur in camera,prout
Gemi.quia nõ dicitur infra,ſed ſupra:& ita illud dictũ Bart.
ſequitur Soci.in conſi.xxvij.Viſis capitulis.in penul.col.lib.ij.
quod conſilium errore repetitum eſt in eo.lib.conſi.clxxxj.&
de hoc vltra iura alia allegata per Bar.videtur eſſe caſus in
l.adeò.§.inſula.ver.ꝙ ſi ex vno latere.ff.de acqui. rer.do.facit
tex.in c.j.& c.ex tuarũ.de autho.& vſu pal. Et de iſta dictio-
ne infra,vltra prędicta eſt tenendũ mẽti vnũ dictũ Bar.in l.j.
§.cùm



§.cùm vrbẽ.in fi.ff.de offi.præfec.vrb.de quo mentionem fa-
ciunt nouiſsi.in l.fi.ff.de conſtit.prin.vbi dicit Bar.ꝙ licet re-
gulariter dictio infra,excludat, tamen ſi ponitur in cõceſsio
nibus & beneficijs includet omnia, quod not. pro quo bene
facit,quod no.Bal.in c.j.§.ſi quis de manſo.in tit.de contro-
uer.inueſti.& in c.fi.in tit.de duo.fra.de no.feud.inueſt.Nota
9 primò ex iſto tex.†ꝙ minor xiiij.annis non poteſt agere vel
defendere per ſe in iudicio:& tamẽ poſſunt habere titulũ be-
neficij,vt tex.hîc innuit,& ita tenet Gemi.& Mod.hîc,qui in
hoc dicũt iſtũ tex.menti tenendũ:ſubdunt tamẽ vnũ plus ex
mente Lap.alleg.cxij.quæ in li.meo eſt cxxiij.inci.Quidã ex-
poſuit &c.quod adeò prædicta ſunt vera ꝙ iudiciũ factũ cũ
tali minore eſſet ipſo iure nullũ, & iſta ratione dicunt etiam
10 hîc Mod.†ꝙ Papa diſpẽſando cum minore,quo ad beneficiũ
nõ intelligitur per hoc ſecum diſpenſare quo ad liberã eius
adminiſtrationẽ,vt colligitur hîc dum dicitur ꝙ indiget cu-
ratore.Iſta ſunt dicta Mod.hîc per Geminia. Ex quorũ dicti
tres concluſiones colligũtur,ſuper quibus inſiſtendũ erit:pri
ma eſt,ꝙ minor xiiij.annò.nõ poteſt per ſe eſſe in iudicio li-
cet beneficium habere poſsit.Pro iſta concluſione quo ad di
ctum primũ vltra alios eſt notabilis doctri.Abb.in c.fin.in ij.
11 col.extra de cõfeſs. vbi plus ſubdit†ꝙ ſi cõparet minor xiiij.
ann.& confitetur nõ valebit eius confeſsio:& iſtam etiã con-
cluſionem ſequitur Domi.in c.ex eo.in princ.col.pen. de ele-
ctio.lib.vj.& iſta concluſio generaliter procedit nõ ſolum in
cauſis ſpiritualibus,ſed etiam temporalibus,vt in l.clarum.c.
de authori.præſtan.Sed tamen aduertendũ eſt,ꝙ iſta conclu
ſio videtur dubitabilis,ex eo quia minor xiiij.ann.ad denun
ciandum admittitur,vt eſt ſingulare dictum Inno.in c.fina.
qui mat.accu.poſ.quem ibi Doct.communiter ſequũtur:ergo
pari ratione videtur dicendum, ꝙ ad agendum admitti de-
12 beat†cùm denunciatio ad illum finem tendat, vt quis conſe
quatur intẽtum ſuum,vt dicit Bal.in authẽ.ad hæc. in ij.col.
verſi.in cõtrarium.c.de vſur.& ita intelligit tex.in c.ſi pecca-
uerit.ij.q.j.& ideo per talem denunciationem intereſſe conſe
qui poſſunt,vt ibi dicit Bal.in verſic.ſed dubitatur. & ibi per
duas col.latius diuagatur circa iſtã denunciationem Euãge-
licã,& iſta denunciatio, tam in iudicio q̃ extra fieri poteſt,vt
concludit Inn.in c.ſolicitudinẽ.in ij.col.de app.ſequitur Bal.
in marga.

in marg.verſi.denunciatio.& eſt tex.in c.nouit. de iud.& ta-
lis denunciatio probari debet ſicut actio,vt dicit Corn.cõſi.
cxxxvij.Placet mihi.in fi.ij.vol.ſicut ergo minor ad denũciã
dum admittitur pariter debet ad agendũ admitti: & ideò vt
reſolutio clara habeatur in hac materia eſt aduertendum ꝙ
33 †denunciatio eſt triplex,quædam eſt Euangelica,alia cano-
nica,alia iudicialis:vt tradit Spec.in tit.de denun.§.ij. Euan-
gelica fit ad emendationem quæ competit cuilibet Chriſtia-
no de præcepto,vt eſt tex.in c.cùm ex iniuncto.§.fi.de hære.
canonica fit ad pœnitentiã peragendã quam iudex ad eſſe
ctum perducit etiam denunciatore nõ proſequente,vt com-
muniter Doct.tradunt in c.nouit.de iudi.poſt Bar.in extraua
34 gan.ad reprimen.in verb.denunciationem.†iudicialis eſt du
plex publica,& priuata vt latè declarat Sal.in l.ea quidem.c.
de accu.& Are.in trac.maleſi.in ver.necnon ad denunciatio
nem.cum cõcor.vt latè dicunt Mod.poſt Abbb.in d.c.nouit.
& ſtante iſta diuiſione dictum Inn.in d.c.fi.cum ſuperius alle
gatis,proceditur in denunciatione Euangelica, quia illa be-
ne fieri poteſt etiam à minore:per hoc tamen non ſequitur,
quòd eadem ratione minor ad agẽdũ in iudicio admittitur,
quia denũciatio Euangelica de qua loquitur Inno.in d.c.fin.
non fit in iudicio ſed extra.Neque ob. ꝙ etiã in iudicio fieri
poſsit per dictũ Inn.in d.c.ſolicitudinẽ.cũ alle.ſuperius,quia
illud dictũ intelligitur de denunciatione iudiciali vel canoni
ca,quæ multũ differũt ab Euãgelica per ſupradicta,& tradit
plures differẽtias Abb.in d.c.nouit.& ideo de vna nõ infert
ad aliã,vt ibi cõcludunt cõmuniter omnes,& in tali denũcia-
tione iudiciali probatio requiritur,quia agitur in ea, vt cor-
rectus nõ ſolũ emendetur,ſed vt læſus cõſeruetur indẽnis,vt
ibi probat Abb.Et ideo ego tenerem,& puto eſſe verũ ꝙ mi-
nor xiiij.ann.nõ poſſet talẽ denũciationẽ iudicialem facere.
Nam de Euãgelica de qua Inn.loquitur in d.c.fin. adhuc eſt
dubium & Doct.ibi reputant illud dictum Inno.mirabile &
ſingulare,& ita declarari debent dicta Bal.in d.auth.ad hęc.
quibus ſic reſolutis cõcluſio ſupradicta remaneat firma. Se-
cunda ſit cõcluſio ꝙ iudiciũ factũ cũ minore xiiij.ann.ſit nul
lũ ipſo iure per dictũ Lap.faciũt ea quæ tradit Bal.in l.clarũ.
c.de auth.præſtã.& quæ no.Abb.in c.fi.in ij.col.de cõfeſ.vbi
cõcludit ꝙ neq; etiã valet cõfeſsio,& finaliter cũ iſta conclu-
ſione



ſione docto.omnes tranſeunt. Sed tu aduerte, quia contra-
riũ ſuaderi poteſt per ea quæ in ſimili tradit Abb.& alij in c.
35 ſicut.ne cle.vel monac.vbi dicitur † ꝙ clericus tabellionatus
officiũ exercere nõ poteſt:& tamẽ ſi exerceat valet, quod fa-
cit vt ibi dicũt omnes:idẽ dicẽdũ eſt de minore,qui licet pro-
hibeatur per ſe agere in iudicio , tamen ſi egerit valet, & de
hoc etiã in ſimili videmus de religioſo,& de milite in l.inter
dũ.c.de procura.qui licet prohibeantur eſſe in iudicio tamẽ
ſi actũ faciant valet actus,vt declarat Roma. in cõſi.ccccix.
Quo ad primũ.in ſecũdo dubio,& Fed.de Se.in conſi.ccxliij.
& Deci.in c.ij.in viij.col.extra eo. & finaliter hoc reducitur
36 ad illam regulã† ꝙ multa prohibẽtur fieri, quæ poſt facta te-
nẽt,vt in notab.caſu tradit Cy.in auth.ſi teſtes.q.fi.c.de teſt.
vbi dicit ꝙ licet teſtis inimicus eſſe non poſsit, tamẽ ſi fuerit
admiſſus & nõ fuit oppoſitũ valet,vt tradũt Mod.in l.j.c.de
teſta.ad idẽ facit gl.in c.j.in verbo,criminalis.ſupra eo,& ibi
dictũ fuit cũ concor.vt per Iaſ.in l.patre furioſo.ff.de his qui
ſunt ſui,vel alie.iu.vbi pro iſta regu.xx.deciſio.congerit:& vl
tra ipſum pro iſta regula,quæ facit ad oppoſitũ iſtius cõclu-
ſionis adde aliquas deciſio. In primis deciſio Cyn.in l.iudi-
37 ces.c.de iudi.vbi dicit,ꝙ licet† iudex debeat proferre ſenten
tiã ſedendo,tamẽ ſi eſt bene informatus , & proferat ſtando
valebit,quia multa prohibentur fieri,&c.Et hoc dictũ ſequit̃
Georg.Natam in repeti.cle.ſępe.§.& quia.in xxix.col.de ver.
ſigni. Secũdò pro iſta regula facit quod tradit Gerardus in
ſingularibus ſuis notab.j.in ij.col.vbi dicit poſt Bal.quẽ ibi re
38 fert† ꝙ licet filiæ ingratæ dos dari nõ debeat tamen ſi datur
reuocari nõ poteſt:& ibi ad alia infert,quem vide.ad idẽ pro
iſta regula faciũt ea quę tradit Iaſ.in l.j.in prin.in ij.col.ff.de
ope.no.nũ.Et breuiter pro iſta regula vltra cõmunia & vul-
garia remiſsiuè iſtas deciſi.capias. In primis vide Iaſ.in l.fu-
rioſum.col.j.c.q teſta.fa.poſ.& in l.nõ ſolũ.§.morte.in iij.not.
ff.de ope.no.& in xix.col.& in l.ij.in prin.col.xj.ff.ſolu.ma.&
in apoſtil.ad Porcũ in §.ſuſpectus.Inſtitu. de ſupe.tuto. & in
l.j.nu.45.de acqui.poſ.& nu.48.& in l.non dubiũ.nu.8.c.de
legi.Cro.in rep.l.ſi conſtante.in lvj.col.ff.ſol.matri. Riminal.
in l.j.in vj.col.c.de pact.Decius in rubri.de appella.in v.col.&
Mod.Bonon.in l.iij.in iij.col.ff.de offi.eius.cũ ſi.quæ propter
breuitatẽ,extendere omitto,ex quibus iſta pars ſatis ſuadetur
ꝙ licet

ꝙ licet minor agere non poſsit, tamē ſi agat & non oppona-
tur iudiciũ valebit: & ita in terminis iſtam opi. tenet Oldr. in
conſi. cxxx. Omiſſa prolixitate facti. in iij. col. Nō ob. dictum
Lap. in dicta alleg. cxxiij. quia illud dictũ habet locum quan
do proceditur cōtra abſentem contumacē, quia tali caſu cō-
tra minorem iudiciũ non valet, ſed in caſu noſtro eſt longe
diuerſa ratio, quia quæſtio hîc eſt quando minor eſſet præ-
ſens & cōpareret in iudicio, in quo prohibetur per ſe agere,
& in iſtis terminis Lap. non loquitur. Tamen iſtis non obſt.
prima opi. quæ videtur cōmunis defendi poteſt, & in primis
pro iſta opin. pondero nouiter tex. hîc in verſic. non poteris.
19 †Nam clarum eſt ꝙ iſta verba inducunt formā, & annullāt
actum, ipſo iure: ita dicit Bar. in l. Gallus. in prin. in j. col. ff. de
lib. & poſt. & melius in l. fi. in ij. col. ff. de ferijs. & in l. j. C. de di-
latio. & pro hoc eſt tex. in l. j. in prin. & ibi not. Iaſ. & Moder.
20 ff. de verb. oblig. & in c. j. de regu. iur. infra eodē lib. † ſed vbi
forma non obſeruatur, actus eſt ipſo iure nullus. c. ſi cui non
Sacerdotali. infra de præb. & l. cùm hi. ff. de trāſact. Cum igi-
tur minor hîc prohibetur eſſe in iudicio, & ſic datur forma
prohibitiua, actus in contrarium factus eſt nullus, vt eſt tex.
notabilis in c. ſi capitulo. infra de conceſſ. præben. & iſtud à
fortiori procedit in caſu iſto, vbi tex. vtitur verbo futuri tem
21 poris, videlicet non poteris, †quod eſt maioris prohibitionis
quàm dictio non poteſt, vt eſt doctri. Bar. in l. cùm lex. in pe.
col. ff. de fideiuſſo. cum concor. vt per And. Sicu. in c. ſciſcita-
tus. in iij. col. de reſcrip. & latius Felin. in c. quantò. in j. col. de
præſump. Sed tenendo præcedentem opin. ad iſtud nouum
motiuum poteſt ſic reſponderi, ꝙ non eſt verum ꝙ verbum
nō poteſt, annullat actum per ſimplicem prohibitionem niſi
lex vlterius procedat annullando, & ita debent prædicta ver
ba intelligi: hoc probatur per tex. in l. hoc iure. §. non poteſt.
ff. de dona. vbi tex. loquitur per verbum non poteſt, & tamen
actus non annullatur: ad idem tex. & ibi glo. in c. quantò. de
conſuetu. & in l. non poteſt. ff. de adoptio. & ita tenet Roma.
in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. per illum tex. ff. de verb. obli. & per
tex. in l. obligari. in prin. ff. de auth. tuto. iuncta l. j. ff. de noua.
22 cum ſi. & hoc ratione fundatur vltra ipſum† quia non ſtatim
ꝙ lex negatiuè aliquid prohibet cenſetur annullare actum in
contrarium factum niſi procedat vlterius annullando, vt eſt
decisio



deci. Pau. de Caſt. poſt Bal. in l. humanũ. in fi. C. de legib. & te-
net Bar. in l. omnes populi. in vij. col. verſ. circa ſecundum. ibi
quid dicemus. ff. de iuſt. & iur. declarando ſingulariter, vt per
Deciũ qui hoc latius attingit in conſi. ccxxix. aliâs xxix. inci.
Stāte cōſtitutione. in ij. col. in ij. parte. qđ tene mēti, quia nũ-
quā audiuiſti. Cùm igitur in iſto tex. nō ponatur clauſula an
nullatiua actus in cōtrariũ facti, meritò iudiciũ cũ minore te
nebit, & hoc notabile verbum deſeruiet tibi ad multa. Secũ-
do principaliter pro iſta opi. cōmuni Moder. vltra omnes eſt
deciſi. in terminis Bar. in l. filiusfami. §. veterani. in fi. ff. de pro
cura. quē ſequitur D. Abb. in c. non iniuſtè. in j. col. de procur.
Sed ad iſtud fundamentũ poteſt reſponderi ex dictis eiuſ-
dē Bar. in l. licet. in ij. col. C. de procura. ꝙ opi. ſua procedit in
ſeruo, ſed in filio non eſt vera. Vel ſecũdò reſponde, ꝙ cōtra
opi. Bar. eſt tex. in d. §. veterani. Nam poteſt eſſe in iudicio niſi
opponatur, & ita procedit iſte tex. pro quo eſt doctr. Io. And.
in d. c. non iniuſtè. vides ergo quòd vtraque pars poteſt ſuſti-
neri quid dicendũ. Audias modò: nā cogitabam, ꝙ nouiter
iſtæ opi. poſſunt concordari, ex qua cōcordia tex. iſte noſter
23 noua ratione declarabitur: dicas ergo ſic† ꝙ aut iudicium ac
ceptum à minore xiiij. anno. tēdit in præiudicium ſuum, aut
in cōmodum. Primo caſu ſiue loquamur in ciuilibus ſiue in
criminalibus, ſiue pupillus ſit præſens, ſiue abſens iudicium
erit ipſo iure nullum, & ita procedit cōmunis opi. pro qua fa
cit tex. in l. minor. ff. de procuratori. Secũdo caſu puto ꝙ iudi
cium valeat: & iſtā diſtinctionem probo ex pluribus. Primò
ex doctri. Bar. in l. cùm hi. §. eam trāſactionem. per illum tex.
24 ff. de tranſac. †vbi dicit ꝙ licet eccleſia vel minor nō poſsint
vendere rem immobilē niſi ſeruata ſolennitate iuris, tamen
vbi vēditio eſſet facta in vtilitatē ipſorum bene valet, & hoc
tenet etiam Bal. in l. contra iuris. in fi. prin. ff. de pact. ad idem
facit dictũ notabile Bal. in l. neque. per illum tex. C. de cōtrahē.
25 & cōmit. ſtip. vbi dicit† ꝙ licet ſtet ſtatutũ ꝙ cōtractus mulie
rum nō valeant, ſine conſenſu propinquorũ, illud intelligitur
de cōtractibus damnoſis nō vtilibus, & iſtas duas deciſiones
cum concor. approbat, & ſequitur Decius in notabili caſu in
conſi. v. aliâs cccxxxj. Pro reſolutione. in ij. col. in iij. parte no
uiter impreſſa, & hoc idem vltra Deci. pluribus deciſio. proſe
quitur Andr. Sicu. in conſi. v. in pe. col. in iij. vol. & reaſſumit
Iaſ.

Iaſ.tacito authore in l.non eo minus.in j.col.C.de procu.quæ
non refero,quia vt vidiſtis moris mei eſt vobis tantùm refer
re docto.qui plura dicunt,non eorũ dicta ſigillatim tranſcri-
bere,quæ omnia ſi conferantur ad propoſitum noſtrũ non
erit dubiũ idem dicendũ eſſe in actibus iudicialibus factis à
minore,cùm ſecundũ cõmunẽ regulã valeat argumentũ de
extraiudicialibus ad iudicialia.l.nec mirũ.ff.de pig.actio.&
l.omnẽ.ff.de iudic. Tertia concluſio eſt ex dictis Mod. ꝙ Pa
pa diſpenſando cũ minore xiiij.anno. quo ad beneficiũ non
videtur ſecum diſpenſare,quo ad eius adminiſtrationem,vt
26 hîc patet. Adde vltra doct.ꝙ iſta opi.procedit etiã† ſi minor
in eccleſia haberet beneficiũ ratione conſuetudinis ibi vigẽ
tis,quia tali caſu nõ poterit adminiſtrare,& ideo nõ habebit
vocẽ in capitulo,ita dicit Domi.& declarat iſtũ tex.in c.ſi eo
tẽpore.col.fi.ſupra de reſcrip.eo.lib.& hoc idẽ Domi.ſentit in
c.ex eo.in fi.prin.de elec.eod.lib.licet in præſentatione aliter
ſentiat,de quo ibi per eum, & hoc in terminis firmat Feli.in
c.edoceri.in ij.col.de reſcrip.alleg.Pet.de Anch.in c.j.de æta.
& quali.eo.li.& Io.And.in d.c.ex ratione. & in c.de multa.de
præben.per quæ patet ꝙ iſta eſt cõmunis opi. Sed aduerten
dũ eſt ꝙ iſta concluſio mihi nõ videtur vera per regulã glo.
quam Abb.ibi & omnes ſequũtur in c.quia in tãtum.de prę-
27 bẽ.vbi ponitur regula† ꝙ minor diſpenſatus ad beneficium
in cõſequentiã cenſetur diſpenſatus ad reſidentiã & alia cõ-
ſecutiua,quã regulã ponit etiam gl.in c.ſi quis in clero.vij.q.
prima,& ſequitur Feli.in c.mandato.in j.col.de ſimo.& latius
in c.poſtulaſti de reſcrip.Abb.in c.at ſi clerici.§. de adulterijs.
de iudic.& pro iſta parte videtur eſſe caſus in l.quidã conſu-
28 lebant.ff.de re iudi.† vbi princeps concedens minori magi-
ſtratũ in dubio videtur tribuere ei adminiſtrationẽ. Nõ ob.
iſte tex.quia hîc nõ negatur adminiſtratio beneficij minori
circa beneficiũ,quę extraiudicialis eſt, & talis adminiſtratio
minori bene cõpetit,vt in c.qui generaliter.§.fi.ſupra de pro
curato.eo.li.non ſic in iudiciali,quę extrinſecus venit in qua
maior induſtria requiritur,vt in d.c.qui generaliter.vnde in-
fertur ex hoc prout inferunt Moder. ad diſpenſationẽ factã
per Papam nõ rectè infertur per prædictã regulã.Nõ obſtat
tex.in c.ex ratione.quẽ alleg.Moder.quia ille tex. procedit in
diſpenſato ab inferiore in quo eſt longe diuerſa ratio,vt ha-
betur



betur in c.pe.de fil.presby. & in l.ij.c.ſi ſer. aut libe.li.x.vel vt
euitentur omnia poſſet fieri differentia inter diſpenſationẽ
factã motu proprio,& ex certa ſciẽtia,& obtẽtã ad inſtantiã
partis per ea quæ dicũtur in c.ſi pluribus.infra de præbẽ.eo.
lib.& in l.ſi quis iniquũ.ff.ꝙ quiſq; iuris. & in l. idẽ Vlpia.ff.
de excu.tuto. Nota vlterius ſecũdùm Gemi.hîc ꝙ ille dicitur
29 † iudex competens ad dandũ curatorẽ in lite,qui poteſt co-
gnoſcere de illa cauſa,& ideo laicus dare curatorẽ nõ pote-
rit. Sed tu aduerte ꝙ iſta illatio non videtur expedita, quia
aut laicus de cauſa cognoſcere nõ poteſt, & tũc nõ eſt dubiũ
ꝙ curatorẽ ad eam cauſam dare nõ poſsit cũ ſit cõſequẽs &
prohibetur antecedẽs,ſuper quo laicus priuatus reperit nõ iu
dex.aut verò de cauſa cognoſcere poteſt , quod in ſpirituali
contingere poteſt permiſsione Papæ,per not. per Abb.& gl.
in c.ij.extra eod.titu.& tali caſu dubitandũ etiam nõ eſt per
tex.in §.ſeq.aut verò is cognoſcit alio iure, & tunc ratio Ge-
30 mi.hîc non videtur cõcludens † quia non illico ꝙ aliquis de
principali cognoſcere poteſt datur facultas ſuꝑ acceſſorijs,
vt probat tex.in c.j.§.j.infra de foro cõpe.& ibi not.gl.in ver
bo,ſuſcipere,in fi.& hoc niſi acceſſoria ſint neceſſaria, ſine
quibus iuriſditio eſſet inanis : ita procedit tex.in §.ſequenti.
& in c.prudentiam.§.ſexta.in fi.de offi.dele. Nota vltimò ex
31 iſto tex.† ꝙ non ſolùm curator minori per Epiſcopũ dari po-
teſt,ſed per eius officialem:& hoc intelligitur ſecundùm Ge-
mini.hîc & alios de officiali principali Epiſcopi qui vnum &
idẽ cõſiſtorium facit cum eo,vt in c.Romana. infra de appel
la.eodẽ libro cum ſimi.Secus verò de foraneo. facit pro iſta
opi.quia verba in potiori ſignificatione accipi debẽt.l.quæ-
ritur.ff.de ſta.homi.c.penul.de ſenten. excommunica. Sed
diligenter conſyderandum eſt,quia iſtud dictum Gemi.non
videtur aliquo pacto verum ex eo , quia tex.hîc generaliter
loquitur de officiali:ergo de vtroque intelligitur,licet maior
ratio ſit in vno caſu ꝗ in alio:vt in ſimili eſt tex.notab.in l.j.
§.ꝙ autem.ff.de aleato.ad idem l.in fraudẽ.§.fi.in fi.ff.de te-
ſta.mili.& hoc idẽ in materia odioſa procedit in qua inter-
pretatio fit quatenus verba generalia ſecundũ eorũ proprie-
tatem includunt,vt not. Areti.in l.cùm lege.per illũ tex.ff.de
teſta.& hoc prius dixit Calde.in conſi.j.de cõſang.& affi.&
reaſſumit Deci.in cõſi.liiij.aliâs cclviij.In caſu dñi.in iij.col.
nume.6.

nu.6.in ij.parte.& pro hoc videtur eſſe gl.in c.ſtatutũ.in prin
32 ci.in verſi.obtinentibus.ſupra de reſcrip.quæ vult† ꝙ diſpo-
ſitio loquẽs de officiali habeat locum nõ ſolùm in principa
li,ſed etiam in foraneo,& quia iſto caſu eadem ratio videtur
in vtroque.Nam ſicut officialis principalis poteſt in ciuitate
cauſa coram ſe vertente curatorẽ minori dare,eodem modo
officialis foraneus poterit in rure,quia illud videtur neceſſa
rium ad expediendã cauſam,quo ſiue iudiciũ reddetur nul-
lũ ſecũdùm cõmunem opi.per ſupra dicta:pro quo facit tex.
in §.ſeq. Non obſt.modò ꝙ verba in potiori ſignificatu &c.
quia illa regula procedit quando aliter verba capiẽdo nihil
operarẽtur ita procedit tex.in d.c.pe.de ſen.exc.quẽ in termi
nis ita declarat Feli.in c.ſi diligẽti.in fine,de foro cõpe.aliâs
verò verba generaliter capiũtur,vt eſt caſus in c.Pia.ĩ.de ex-
33 cep.vbi verbũ†excõmunicatio,tã de maiori q̃ minori intelli
gitur:qa illa generalitas inducit effectũ,& in c.pe.minor excõ
municatio nõ inducebat effectũ,ideo de maiori tantũ intel-
ligitur.& ita etiã hoc tenet Decius in l. ſemper in obſcuris.in
fi.ff.de reg.iur.& iſto modo etiã reſoluitur tex.in l.j.ff.ſi ager
vectig.per Bar.in l.ſi mater.§.eandem.ff.de excep.rei iudi.quẽ
ſequitur Iaſ.in l.incerti.§.ſi nummi. in j.col.nu.6.ff.de condi.
34 indeb.& hoc regulariter videtur habere locũ† ꝙ verba gene
raliter intelligãtur,l.de precio.ff.de publicia.& l.ſi ſeruitus.ff.
de ſer.vrba.prædio.c.ſolitæ.de maio.& obe. & iſta regula in
materia iuriſditionis de qua loquitur iſte tex.locũ habet,vt
concludit Alex.in rub.ff.de iu.om.iud. vbi rubrica de iuriſdi
tione ſimpliciter loquitur:& tamẽ ſecũdũ cõmunẽ opi. intel-
ligitur tã de iuriſditione ordinaria q̃ delegata,& hoc idem
in iudice dicit glo.iuncto tex.in §.j.inſti.de actio.in verbo,iu
dices:dato ꝙ vnus maior ſit altero per ea quæ Docto. cõmu-
niter tradunt in rubr.ff.de offic.eius & prædicta regula intel
ligitur etiam reſpectu præiudicij,quia verba generalia gene
raliter intelliguntur,vt eſt caſus in l.fi.in fi.& ibi not. Ang.c.
de dot. promiſ.ſequitur Iaſ. in l.qui Romæ.§.duo fratres.in
35 xxvij.col.nu.110. ff.de verb.obli.hinc eſt ꝙ dici ſolet† ꝙ ſi lex
non diſtinguit,nec diſtinguere debemus,d.l.de precio.& not.
Bar.in l.iij.ff.de offi.præſi.facit c.Romanorũ.ix.diſt.& c.quia
circa.de hoc priuileg. cũ pluribus concor. deciſionibus quæ
ſcribit Iaſ.in l.quanuis.ff.de in ius voc.per illũ tex.& in l.non
dubiũ.



dubiũ.in viij.col.nu.38.ver.itẽ ad iſtã.c.de legib.& Geor.Na
tam in rep.cle.ſæpe.in lxxij.col.de ver.ſig.Nec obſt.ꝙ officia
lis maior.Epiſcopi facit idẽ cõſiſtoriũ,vt dicit Gemin.per di-
36 ctũ c.Romana.quia hoc nõ facit ad propoſitũ,†quia facultas
dãdi curatorẽ ad litẽ nõ cauſatur ex eodẽ cõſiſtorio, ſed ex
iuriſditione,vt patet in §.ſeq.de ſubdelegato delegati. quam
quidẽ iuriſditionẽ cõſtat habere officialẽ foraneũ, vt no.gl.
in l.fi.c.de iu.& in c.ſtatutũ.§.inſup.in ver. moderatas.ſupra
37 de reſcr.& ideo vigore ſuæ iuriſditionis poterit talis†officia
lis in loco ſuæ iuriſditionis hoc expedire,cũ cẽſeať datus ad
vniuerſitatẽ cauſarũ: & ſic æquiparatur ordinario,vt tenet
Bar.in l.ſi vni.aliâs Põponius.ff.de re iud.& hoc expreſsè fir-
mat Abb.in c.ſi quis cõtra.in xx.col.de for.cõpe.& gloſ.in c.
cùm cauſam.in ver.delegatus.in fi.de app.& ibi Abb. ſeqtur
& cõiter Doct.cũ cõcor.vt per And.Sic.in c.cauſam.de offic.
38 deleg.Vltimò pro iſta opi.facit, quia iſtud†verbũ.officialis,
eſt nomẽ gñale ad oẽs habẽtes officiũ cũ iuriſditione,ita di-
cit And.Sic.poſt Gui.& Imo.in cle.ij.in gl.officialis.in princ.
de reſcr.& ſic videtur ꝙ tex.noſter ſimpliciter de officiali lo
quens debet intelligi de vtroque:& hoc niſi aliter expreſſum
39 repiať in alia parte iuris,qa tali caſu†lex generaliter loquens
bene põt reſtringi à lege,ſecus ab hoĩe:vt argu.in ſimili Bar.
in l.ſerui noĩe.ff.de vſuſca.& in l.iubemus.§.ſanè..nu.7.c.de
ſac.ſan.ecc.quem ad hoc nouiſſi.Regi.alleg.in rub.ff.de ope.
no.nun.nu.20.& ita ego intelligo illas lv.fallen. quas ad illã
regulam ponit Soc.in ſuo tra.regularum,nu.229.

## *De teſtamentis.* CAP. SI PATER.

1 *Paterfami.teſtamentum an condere poſſit.*
2 *Seruus eſt creatura humana dictum inſulſum Abb.*
3 *Filiuſfami.quare poteſt de conſenſu patris donare,& non teſtari.*
*Actus viuentium non poſſunt in ſuſpenſo eſſe ſicut actus morientium, & quomodo hoc procedat.ibid.*
4 *Actus legitimi non recipiunt conditionem quomodo procedat.*
5 *Donatio cã mortis an poti⁹ cõtractui quàm vltĩe volũtati æquiparet.*
6 *Rrgumẽtũ à ſimili debet habere maiores cõcordãtias quàm differẽtias.*
7 *Subſtitutio qualiter dicatur ſecunda inſtitutio.*
8 *Intellectus ad l.mulier.§.fi.ff.de cõdi.& demõ.vſq; ad finẽ per iij. col.*
9 *Conditio de preterito ita debet verificari ſicut de præſenti, & in multis conueniunt conditio de preterito & de futuro.ibid.*

10 *Lex prima ff.de dona.quomodo declaretur.*
11 *Argumento data inſtantia corruit*
*Fantaſmata noua generantur ex nouis opinionibus.ibidem.*
12 *Creditores conditionales propriè dicuntur creditores.*
13 *Nouus intellectus ad §.ſi.d.l.mulier.*
14 *Nominatus primò præſumitur magis dilectus.*
15 *Author ſiat aſſumptus per Senatum ad lecturam ordinariam iuris canonici in primo loco.*

SI pater. Super iſta notabili Decretali, quæ ſtudium proculdubio
arduum,& inſolidum requirit breuiter
procedam calcãdo veſtigia Geminiani
vt plurimum,& ea quæ propter breuitatem tẽporis,quæ duabus lectionibus
diſtribuitur à trutinãti calamo effugiẽt.
Suppleat pius lector,cui tãtùm prodeſſe volui.ſummatur igitur,& diuiditur iſte tex.vt hîc per Gemin. †Nota primò ibi
1 pater ſecundùm Moder. hîc poſt Domi.in j.oppo.ꝙ paterfa.
poteſt teſtamentum condere,ſecus verò ſi ſit filiusfa.nam teſtari non poteſt,donare tamẽ cauſa mortis poterit.l. tam is.
§.j.ff.de dona.& in c.is qui.ĩ.j.titu.proxi.Ita hîc concludunt
Doc. Sed tu aduerte ad duo circa iſtud notabile,quia omnino videtur fatuum illud colligere ab iſto tex.Nam cùm tex.
iſte de patre loquitᷣ,debet intelligi de illo qui eſt ſui iuris, qui
paterfa.appellatur.Quoniã ſi in patris poteſtate fuiſſet,text.
patrẽ non dixiſſet,ſed filiumfa.qui iſtis noĩbus diſtinguitᷣ,vt
in l.nam & ciuiũ.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.& in l.pronũciatio.§.familiæ.ff.de ver.ſig.Cõſtat igitᷣ friuolũ eſſe,dubitare an paterfa.poſsit teſtamentũ condere,non ſecus:ac dicere,†ꝙ ſeruus eſt creatura humana,vt notauit Ab.in c.ſolitæ.
2 de ma.& obe. Secũdo loco eſt videndũ, an illud indiſtinctè
ſit verũ,ꝙ filiusfa.poſsit cauſa mor.donare,& circa hoc non
eſt dubium,qñ cõcurrit cõſenſus patris,vt in d.l.tam is.&l.ſi
lius.e.tit.vt concludũt hîc oẽs,& Alex.in cõſi.liij.In cauſa &
lite.in ij.col.li.vij.Sed maior eſt difficultas in præſcrutãda ratione,quare eſt†ꝙ filiusfa.poſsit de cõſenſu patris donare &
3 tñ nõ poteſt teſtamẽtũ facere Phili.Fran.ſupra in rubr.iſtius
ti.in xx.col.dicit ꝙ actus morientiũ nõ poſſunt eſſe in ſuſpẽſo,neque ab alterius arbitrio pẽdere,ſicut actus viuentiũ,vt
in l.ſi.ff.



in l.ſi.ff.cõmu.præd.& in l.illa inſtitutio.ff.de hære.inſti.Sed
donatio cau. mor.accedit magis ad naturã cõtractus q̃ vltimæ voluntatis,vt dicit glo.in l.ij.in prin:ff.de dot.præleg.&
cõtractus poſsũt depẽdere ab alterius arbitrio, vt d.l.ſi. Ideo
introductũ eſt,ꝙ filius conſentiẽte patre poſsit donare.Ita dicit ibi prædictus Doctor,& fuit prius ratio Bal. in l.ſenium.
in prin.c.qui teſt.fa.poſ.Sed iſta ratio nõ ſatis facit,quia illa
regula,ꝙ actus morientium nõ poſsint eſſe in ſuſpẽſo,nõ eſt
ſimpliciter vera,quia eodẽ modo poſſunt ſuſpẽdi,ſicut actus
viuentium quando ſubeſt cauſa.Ita expreſsè dicit Bal.in l.ſi.
in iij.co.ver.itẽ oppono.c.de ſen.paſ.Et plura ſimilia ad hoc
congerunt Moder.Hiſpani repetentes in l.ſi pater.nu.208.c.
de inſti.& ſubſti.licet ibi de Bal.mẽtionẽ nõ faciant:& illa regula d.l.ſi.procedit reſpectu validitatis diſpoſitionis teſtatoris,ſecus verò reſpectu executoris,ſeu effectus,quia tunc poteſt eſſe in ſuſpenſo vltima voluntas.l.hæres quandocũque.
ff.de acqui.hære.& ita dictam regulam etiam in terminis limitat doctiſsimus Moder.Lanzalot.Galiaula.in repe.l. Centurio.in xxxvj.col.nu.165.ff.de vulga.vbi pro iſta limitatione plura iura alleg.quæ videri poſſunt. Et ex iſtis colligitur
optima & noua declaratio ad aliam regulam iuris quæ habet,ꝙ actus legitimi non recipiunt diem, † neque conditio-
4 nem:& ſecundùm hoc donatio cauſa mortis,ex quo æquiparatur legato particulari,& non requirit illas ſolẽnitates exactas,quæ in teſtamento ſcribuntur.Propterea facilè conceſſum fuit filiofa,vt permittente patre poſſet donare, non illa
ratione,quia æquiparetur contractui,quia illud verum non
eſt,quia imò potius donatio cauſa mortis æquipatatur vltime volũtati,† vt l.ſi.c.de dona.cau.mor.l.illud.ff.eo.ti.& l.ij.
5 ff.de publi.tenet Roma.in l.ſi donatione.in iij.col.c.de colla.
cum multis concor.quæ congerunt Moder.Hiſpani in repet.
c.per veſtras.fol.56.in ij.col.de dona.inter vir.& vxo.Nam videmus ꝙ eſſentialia donationis cauſa mortis ſunt eiuſdem
naturæ quàm actus vltimæ voluntatis,poteſt enim talis donatio pœnitentia reuocari.l.non omnis.in prin.ff.ſi cert.pet.
Secus tamen in contractibus,vt in l.ſicut.c.de actio.& oblig.
Secundò quia ſicut in legatis mortuo teſtatore dominium
transfertur ipſo iure.l.à Titio.ff.de furtis.ita & in donatione
cauſa mortis,l.j.in fine.cum ſequenti.ff.de publician.Item in

ea habet locum ius accreſcendi ſicut in vltimis volũtatibus,
l.vnica.§.ſi.c.de cad. tollen.ſecus in contractibus.l.ſi mihi &
Titio.ff.de verb.obliga.& plura alia ſimilia adducit Iaſ.in l.
ſciendum.in iiij.col.de leg.j.Cùm igitur donatio cauſa mor-
tis ex parte vltimæ voluntatis habeat plures ſimilitudines &
coniunctiones q̃ cum cõtractibus,dicendum eſt debere fieri
æquiparationem potius ab vltima voluntate,q̃ à contractu.
arg.gl.nota.in l.Iulianus.§.item qui furẽ.in verb.quantò mi-
noris.in medio.ff.de act.emp.& qđ per illum no.Pet.de Anc.
in rub.de reg.iu.lib.vj.in j.col.& ibi dixi.Nam quãdo aliquid
aſsimilatur alteri,debet cũ eo habere maiores concordãtias,
quàm diſcordãtias.l.j.& ibi expreſsè not.Bal.& Iaſ.c.de iure
6 emphy.†aliâs non valet argu.à ſimili,vt not.gl.in c.ſic enim.
7 in verſi.nunquid.xxviij.q.j. †Nota ſecundò ex tex.ꝙ ſubſti-
tutio eſt ſecunda inſtitutio,hoc probatur clarè hìc,dum tex.
dicit ꝙ pauperes inſtituit,& tamen talis inſtitutio fuit ſubſti
tutio,vt apertè hìc dicitur,& ita Doc.omnes tranſeunt, cum
quibus concordat Alex.in l.ſi à primo.per illum tex.ff.de lib.
& poſthu.in prin.Et iſtud quod dictũ eſt ſecundùm proprie
tatem vocabuli procedit.Nam cùm illa ſit diffinitio,verba in
diffinitione propriè capi debent, vt concludunt cõmuniter
Doct.in rub.ff.de vul.& pup.Pro qua opi.adducitur tex.ſing.
in l.mulier.§.ſi.ff.de condi. inſtit.vbi ſi ita dixero inſtituo te
hæredem,ſi tu me hæredem inſtituas,dicitur ibi ꝙ ſi tu me
ſubſtitutum feceris,ꝙ ſatisfactum eſt conditioni certæ, non
alio reſpectu,niſi quia,qui ſubſtitutus eſt,dicitur propriè in-
ſtitutus,cùm verba in conditionibus propriè,& in forma ſpe
cifica debent impleri.l.qui hæredi.cum ſi.de condi.& demõ.
& ita illum tex.ad hoc ibi commẽdat Bar.Bal.& Pau.de Ca.
& Iaſ.in l.Centurio.in antepe.col.ff.de vulga.& pup.vbi per
illum tex.reprehendit Anto.de Butr.in conſi.lxxvj.qui dicit
ꝙ ſubſtitutus,nõ eſt propriè inſtitutus,& idem Iaſ.in d.l.ſi à
primo.in iij.col.de lib.& poſt.& in l.poteſt.in ij.col. ff.de vul.
8 pup.& in l.iij.§.purè.in prin.ff.de li.& poſt.†Sed aduerte dili
gẽter ꝙ ad tex.in d.§.ſi.reſpõdet idem Iaſ.ſibi cõtrarius in l.
Gallus.§.& quid ſi tantũ.xv.co. ff.de li.& poſt.ꝙ ibi ſumus in
conditione volũtaria,quæ poteſt adimpleri per æquipollẽs,
& ideo ibi appellatione inſtituti,venit ſubſtitutus, non autẽ
ex proprietate,qđ patet ſecũdùm ipſum ex diuerſitate gra-
duum,



duum:quia inſtitutus dicĩ in primo gradu hęres,ſubſtitutus
verò in ſecundo,præterea quia ſubſtitutio eſt conditionalis
inſtitutio.l.in ratione.§.quod vulgo.ff.ad le.Fal.& vbi eſt cõ-
ditio ibi nõ eſt proprietas.l.j.ff.de dona.Vnde relictis omni
bus ſoluti.Iaſ.dicit ꝙ ipſe putat tex.in d.§.ſi.aliter euadi poſſe
videlicet,vt dicamus ibi nõ eſſe propriè conditionẽ,ex quo
reſpicit præteritum non futurũ.l.cùm ad præſens.ff.ſi cer.pe
ta.& ideo ille tex.non facit ad propoſitum inducendo vt ibi
latius per eum,cuius verba Carol.Ruinus ibi tranſcribit,niſi
Iaſ.ab ipſo prius habuiſſet,vterque tamẽ ipſorum habuit à
Soci.qui iſtam ſolu.ponit,nec illum referunt in rub.ff.de vul
ga.& pup.in ij.lectu.ſiue additione,quã fecit ad primã lectu-
ram. Sed tamen iſta ſolutio non mihi ſatisfacit, duplici ra-
tione,prima,quia illa verba conditionis poſita in d.§.ſi.non
ſunt illa quæ formaliter à teſtatore dicta fuerunt,ſed referũ-
tur ibi narratiuè à Iuriſconſulto,& ideo fundari non poteſt
deciſio an verba ſunt de præterito.Vel futuro,vel dicas ſecũ
dò,ꝙ licet conditio de præterito propriè non ſit conditio,
procedit quo ad ſuſpendendum actum, ſed quãtùm ad eius
eſſentiam non videtur diuerſitas,quia eodẽ modo debet ve-
9 rificari conditio de præſenti,†vel præterito reſpectu præte-
riti,ſicut conditio de futuro reſpectu futuri.d.l.cùm ad præ-
ſens.& tradit expreſsè Dec.in l.actus legitimi.in ij.col.nu.14.
ff.de re.iur.Nam cõditio de præterito vel pręſenti,ita eſt in-
certa,quo ad nos,ſicut cõditio de futuro,vt eſt tex.in l.ſi ita
ſtipulatus fuero.la iij.& ibi not.Iaſ.ff.de ver.obli .Et hinc eſt,
ꝙ ſicut conditio de futuro habetur loco cauſæ in ſtipulatio-
ne,ita etiã cõditio de præterito vel de præſenti,vt dicit Bar.
& ibi Alex.in l.à Titio.ff.de ver.obli.& ſicut etiã electio non
valet facta ſub cõditione de futuro,ſic etiam non valet facta
ſub cõditione de præſenti vel præterito,vt tenet gl.in c.ij.de
elect.libr.vj.Patet igitur ꝙ reſpectu effectus par eſt potentia
vtriuſque conditionis.Et ſic ſolu.prædictorum Docto.reſol-
uitur. Nec obſt.etiam ꝙ ſubſtitutus dicatur conditionaliter
inſtitutus,quia illud non eſt verum,quando tractatur de ac-
quiſitione facienda ſubſtituto qui purè admittitur reſoluta
conditione,quæ in perſona inſtituti poſita fuerat,& cũ tra-
ctetur de ſubrogatiõe ſecũdi,oportet ꝙ primus deficiat:pro-
pterea tamẽ ſecũdus,qui in locum primi ſubſtituitur condi-
tionaliter

tionaliter inſtitutus nō dicit̄,quia tūc dicitur inſtitutus,cùm
nulla eſt cōditio,antea tamē de viribus eius non tractat̄.Sed
eſto ꝙ fateamur ſubſtitutū eſſe cōditionaliter inſtitutum pro
pterea nō tollitur,quin inſtitutus propriè dicatur,quia cōdi-
tionales creditores propriè creditores dicūtur.l.ſi cui.& l.cre
10 ditores.ff.de ver.obl.Nec obſt. d.l.j.ff.de dona.†quia licet ad
illā reſpōdeat Iaſ.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantū.quia tamē
illa ſol.nō releuat,tu ſoluas iſto modo,ꝙ text.in d.l.j.procedit
quando conditio appoſita in donatione reſpicitvtilitatē do
nātis,ſecus verò ſi vtilitatē donantis nō reſpicit,quia tali ca
ſu propriè donatio dicit̄,cùm donatio poſsit fieri & purè,&
ſub conditione.l.donatio.c.de donat.& ita expreſsè declarat
Pau.de Caſt.in l.ſi tibi pecunia.& ibi ſequit̄ Deci.in ij.nota.
ff.ſi cer.pet.& idē Pau.hoc tenet in d.l.j.& ſecūdùm hoc tex.
11 ille optimè reſoluitur.†Quandoquidē ad tollendū argu.ſuffi
ceret dare inſtantiam de creditore cōditionali,vt ſupra dixi.
iuxta l.creditori.& quæ ibi no.Iaſ.poſt alios.ff.de ope.no.nū.
& tex.in c.ſicut vrgeri.j.q.j.Deci.in c.nam concupiſcentiam.
de cōſti.Eſt bene verū,ꝙ quantùm ad hoc de creditore,con-
trarium ego tenui in §.item ſi quis in fraudē.nu.33.Inſtit. de
actio.Tamen modò placet contraria opi.quia ex nouis opi.
& vltimis noua generātur fantaſmata,vt dicit Bal.in l.de tu
tela.c.de in inte.reſt.ex quibus priora reuocātur,quia præſu
mūtur maturiora,vt dicit Roma.in conſi.cccxxvij.Iſtæ ſunt
rationes.col.ij.& And.Sic.in conſi.xliij.Sēpiterna.co.ix.in ij.
12 vol.& pro iſta opi.†ꝙ creditor cōditionalis ſit propriè credi
tor:pro cōi ego pondero,ꝙ tex.in d.l.creditores.& d.l.ſi cui.
ſunt poſiti ſub tit.de ver.ſig.in quo tit.tractatur de proprie-
tate verborum,vt dicit Iaſ.in l.Gallus.§.ſi is qui.in ij.co.ff.de
lib.& poſthu.& hoc ſuadetur vltra ipſum,quia illud verbum
ſignificatione,poſitum in d.ti.nihil aliud importat,quàm de
proprietate verborū,vt eſt text.optimus in l.ſi ita ſcripſiſſet.
ff.de lega.ij.ad idem tex.in l.iiij.ff.de condi.inſti.Patet igitur
ꝙ interpretatio d.l.creditores.& l.ſi cui.ſecundùm proprieta
tem procedet.Remanent ergo diſſolutæ ſolutiones Docto.&
tex.in d.l.mulier.§.fi.adhuc viget. Et ideo reperio,ꝙ Deci.in
rub.c.de inſti.& ſubſti.conatur aliter reſoluere text.in d.§.fi.
videlicet,ꝙ ideo ibi cōditio inſtitutionis verificat̄ in ſubſtitu
tione,quia volūtas teſtatoris fuerat alternatiua,videlicet,ꝙ
ipſum



ipſum inſtituiſſet,vel aliquid ſibi legaſſet.Vnde ille ſubſtituē
do,videtur potius adhærere legato,q̄ inſtitutioni ex volun-
tate teſtatoris,& ita in effectu Decius trāſit, vt ibi latius per
eum.Sed etiam iſta ſolutio,quæ videtur in effectu fuiſſe Ca-
roli Ruini in rep.§.& quid ſi tantū.in xvj.col.ff.de lib.& poſt.
nō tollit difficultatē,quia ſi cōditio debet adimpleri in for-
ma ſpecifica.Clarū eſt,ꝙ ille ſubſtituendo,neque inſtituit hę
redē,neq; legauit,quia ſubſtitutio dicitur ſecūda inſtitutio,
nō legatū.Vnde negari nō poteſt,ꝙ iſte caſus veluti omiſſus
eſſet relinquēdus diſpoſitioni iuris cōmunis,& tamē tex.ibi
dicit illū ſatisfacere conditioni certę,nō alio reſpectu,niſi q̄a
largo modo ſubſtitutio dicitur inſtitutio:& ſic ibi cōditio nō
impletur in forma ſpecifica.tex.igitur in d.§.fi.adhuc nō eſt
reſolutus.Reperio,ꝙ quidā Moder.Hiſpani rep.in l.ſi pater.
fo.19.nu.217.c.de inſti.& ſubſt.conantur aliter illū text.eua-
dere.Dicunt enim,ꝙ in d.§.fi.nō requiritur verificatio, condi
tionis in forma ſpecifica reſpectu effectus acquiſitionis,quia
teſtator conſyderauit meritū reſpectu actus inſtitutionis,ni-
mirū ſi cōditio impleretur in ſuo genere.Quia verbū inſtitu-
tio,capiendo vt genus prædicatur propriè de ſubſtitutione,
quia ſpecies propriè ſub genere comprehenditur.l.item lega
to.§.item intereſt.de leg.iij.& quia teſtator ibi erat iam mor-
tuus nō poterat per inſtitutionē aliquid acquirere.l.vnica.§.
ſinautem.c.de cad.tol.cum ſimi.ideo ſufficiebat quodcūque
meritū,etiam inæquale,vt ibi declarat Pau.de Caſt.& ſecun
dū hoc ille tex.de plano procederet.Pro iſta ſolutione tu ad-
de pręſupponēdo,ꝙ teſtator ibi mortuus fuerit,ꝙ ideo ibi il-
la cōditio inſtitutionis fuit verificata in ſubſtitutione,vt te-
ſtamētū ſuſtineret̄,ꝙ quidē nō valeret,ſi hæres inſtitutus de-
ſineret eſſe hæres ob nō adimpletā cōditionē ob quā fuit in-
ſtitutus.Vnde,vt teſtamētum valeat,& ne teſtator moriatur
inteſtatus,eligit̄ illa via tutior pro teſtaméto,vt in l.ſi pars.
ff.de inof.teſt.Pro quo etiā verba impropriantur. l.pater Se-
uerinā.ff.de cōd.& demō.& in ipſis ſit lata interpretatio.l.in
teſtamentis.ff.de reg.iur. Sed tu etiā cōſydera ꝙ iſta ſolutio
nihil valet,& eſt diuinatiua,ꝙ ibi teſtator cōſyderat meritū
inſtitutionis,& ꝙ pri⁹ mortuus fuerit,iſta oīa ſunt facti,quæ
ibi nō probantur. Et propterea cogitaui ego ad illum text.
aliū nouum ſenſum,qui talis eſt,videlicet,ꝙ nō loquitur de
nn 4 ſubſti-

ſubſtitutione,cũ in tex.nullũ ſit verbum,ſed mere de inſtitu-
tione,& erit iſte ſenſus literę,& ratio dubitandi dicitur ibi in
tex.ꝙ ſi ego te hęredẽ inſtituero,ſi tu me hæredẽ inſtituiſſes,
quod nõ refert quo gradu ego à te hæres inſtitutus ſim.Do-
ctores omnes intelligũt iſta verba de ſubſtituto:ego autẽ di-
co ꝙ iſte tex.nõ intelligitur,niſi de inſtituto. Præſupponẽdo
vnũ,ꝙ quis in teſtamẽto poteſt plures gradus hæredum face
re,etiã nõ ſubſtituendo,l.ſi quis hæredes.& l.quo loco.nõ ca-
uillando literã.Nouus intellectus ad §.fi.ff.de hære.inſti.cum
13 ſimi.tunc ſic ſenſus d.§.fin.eſt talis,†ꝙ ſi tu me hæredẽ inſti-
tuiſti,ſub tali conditione,ſi ego te hæredẽ fecero,videor cõ-
ditioni ſatisfacere,ſi te in ſecundo loco hæredem in teſtamẽ-
to meo nominauero,cùm primo loco alios inſtituerim.& ra-
tio dubitãdi poterat eſſe,quia illa verba,ſi me hæredẽ inſti-
tuiſſes,videbãtur debere intelligi de primo nominato:argu-
14 mẽto.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.†Nã primo nomina-
tus in teſtamẽto,pręſumitur magis dilectus à teſtatore.l.qui
ſoluendo.& ibi no.gl.ff.de hær.inſti.& ex iſta priori nomina
tione,effectus maximus ſequitur,vt in l.quoties.ff.de vſufruc.
& l.ſi quis hæres.ff.qui & à qui.& l.generaliter.§.ſi quis ergo.
ff.de fidei.liber.Sed tamen iſta ratione non obſtante text.ibi
determinat contrariũ,dicens ſufficere à quoquo loco te hæ-
redem inſtituere,vel aliquid tibi legare dũmodo aliquo gra-
du hoc faciam,id eſt dũmodo te inſtituã in certa parte alio
hærede inſtituo,nam tali caſu dicitur legatarius inſtitutus,
nõ tamẽ hæres,l.quoties.C.de hær.inſti.& in §.aliud quoque.
in auth.vt cùm de app.cog.& hoc eſt quod dicit ille tex.in d.
§.fi.& ita tenẽdo inferũtur ex hoc plures effectus. Primus eſt,
ꝙ ex quo ille tex.loquitur tantùm de hærede,ſubſtitutus nõ
erit propriè hæres.Secundò conſeruatur illa regula, ꝙ condi
tio debet propriè & in forma ſpecifica adimpleri,vul.l.de cõ
di.& demon.Nã iſto modo tex.in §.fi. cõcordabit cũ regula,
d.l.qui hæredi.Tertius effectus reſultat,ex hoc ꝙ ſi relictũ ſit
alicui legatũ, ſub titulo inſtitutionis, dicĩ inſtitutus. Sed nõ
dicetur hæres,vt probatur in d.§.fi.ſecũdùm iſtũ intellectum,
dũ ibi ponitur differẽtia, an ſit hæres inſtitutus vel aliquid
legatũ aliquo tamen gradu, quod facit ad declarationẽ d.l
quoties.cũ multis alijs,vt dicemus infra in gl. Hîc ſuperuene
15 rũt literæ Senatus Veneti ad poteſtates Patauinos,†per quas
Senatus



Senatus deſtinauit me (licet immeritum) ad lecturam ordinariam iuris canonici, de ſero in primo loco. Et ideo cogimur pũctum facere ſuper iſta Decretali, & faciã principium meum in dicto loco die Lunæ proxima,in qua aſſumam titulum de accuſatio.qui ſecundùm morem huius gymnaſij,hoc anno interpretandus venit.

BIBLIOPOLA.

NOn abre erit,Lector candidiſsime,pro cõplemẽto paginarum deficientium loco Orationem quandã eiuſdem Reuerẽ.P.D.Ludouici,quæ ad manus noſtras neſcio quo pacto peruenit inſerere,quã idem dominus auditor die prima Octobris 1532.cum audientia ſacri Palatij initiũ acceperũt publicè habuit.Eſt enim elegans,docta,& ſententiarũ plena, quæ duo facilè in oratore optimo deſyderari ſolent.

1 *QQ. Pericles Athenienſis orator egregius antequàm ad populum verba faceret,quid ſit* Deos *præcari ſolitus.*
2 *Honeſtas in quatuor locos diuiſa.*
3 *Lex deorum hominumq́; Regina.*
4 *Legum vis atq; natura.*
5 *Leges plurimæ quibus adſint,eos viuendi ritu deprauatos eſſe.*
6 *Reipublicæ cura apud Perſas,Athenienſes,Romanoſq́;,quibus committi ſolita ſit.*
7 *Numerus duodenarius quæ in ſe comprehendat.*
8 *Auditores Rotæ duodecim.*
9 *Mentis integritatem omnibus fortunæ bonis anteponendam.*
10 *Auditores Rotæ,quales eſſe debeant.*
11 *Hadriani Imperatoris exemplum non negligendum.*
12 *Conditionis humanæ deploratio.*
13 *Virtutis ſola gloria nos contentos eſſe debere.*
14 *Aduocati quid agere debeant.*
15 *Aduocatorum perſidia olim quam fuerit venalis.*
16 *Ranutius aduocatorũ primus ob defenſam cauſam mercedẽ accepit.*
17 *Aduocatos plures ſanctos fuiſſe.*
18 *Procuratorum officium.*
19 *Scribarum & Tabellionum fides & veritas quanta eſſe debeat.*
20 *Lex Clodia vnde emerſerit.*

EXORDIVM.

1 PERICLEM illum Atheniẽſem, Patres ampliſs.voſq́; cęteri cuiuſque ordinis ſpectatiſs.viri,in quo tãta vis dicendi

cendi fuit,tāta ad mouendos effectus facultas,vt veteres Co-
mici etiam cum illi maledicerent,in eius ore leporē habitaſſe
confiterentur. Quoties ad populum verba faceret, Deos im-
mortales precarim ſolitū accipimus,ne verbum vllum ſibi in
mentem veniret,quod à rebus ipſis videri poſſet alienum.
Quod ſi illum,cui admirabilis contingit, & diuina propemo
dum dicendi copia,ea cura ſolicitabat,cùm ad dicendū acce
deret,quantò me magis ſolicitum eſſe oportet,qui hoc dicen
di genere parū exercitatus,non ad populum,nec de re qua-
dam populari,vt ille,ſed apud ſummos viros de rebus maxi-
mis,idque ex celeberrimo iſto,& ſacro loco,quem etiā eloquē
tiſsimi formidare cōſueuerunt,dicturus proceſsi. Iure igitur
poteram audax, aut certè parum prudens haberi,ſi tantùm
oneris ſpōte mea ſuſcepiſſem.Sed quoniam is mihi hoc mu-
nus iniūxit,cuius voluntati reſiſtere nec potui,nec debui.Da
bitis neceſsitati veniā,ſi quid fortè auribus veſtris caſtigatiſ
ſimis parū dignū attulero.Dicendū enim mihi eſt de legibus,
deq; ipſis magiſtratib⁹,de rebus ꝗdē ſummis, in quarū digni
tate cōmemorādi, ſi ſumma dixero,minora tamen ſunt his,
quæ dicenda relinquūtur. Sed iam rem ipſam aggrediamur.

ORATIO.

2 EX † quatuor autē locis, in quos honeſtas ipſa diuiſa eſt,
ille maximè naturā attingit hominū,qui in legū cogni-
tione verſant̄,quo factū eſt,vt ſummo ſemꝑ in honore habi-
ta ſit iuris legūq; cognitio.Propterea ꝙ qui in eadē facultate
verſantur,prçſidere intelligūtur cōmuni omniū ſaluti,& cō-
modis:ꝙ ſi radicitus vim æqui,ac naturā diſcutiamus,nullo
ſanè arctiori vinculo deprehēdemus,feroces populos ſuos fe
terminis cōtineri,ciuitatū conſilia ſtabili, principū deſiden-
tiū animos cōciliari,quàm legibus.Et ſi verū fateri libeat, ꝙ
ſtamus, ꝙ ſedemus,ꝙ tuti viuimus,ꝙ dominia rerū adſerua-
mus,id iuri totū,legibusque debemus, vt enim corpora ſine
mente,ſic ciuitas ſine legibus ſuis partibus & mēbris vti non
poteſt:vt merito à veteribus dictū ſit,longe maiore diſcrimi
ne ciuitatē legibus q̃ menibus ipſis fraudari, & legū idcirco
nos ſeruos eſſe,vt liberi eſſe poſsimus.Quā legū dignitatē ad
3 miratus ſenex ille ſapiētiſsimus Pindarus, †legē dixit deorū
eſſe hoīmq;Reginā,per quā,veluti per aureū quendā funē
(vt ait Plato)ratio noſtra dirigit̄. Nec aliā ob cauſam puta-
uerim,



uerim,veteres legū inuētionē Cçreri frugū inuētrici conſe-
craſſe q̃ vt innuerēt,nō minus hūano generi leges, q̃ fruges
eſſe neceſſarias.Quippe cū fruges terrenis tantum & caducis
corporibus ſubueniāt,leges aūt animis, quorū origo diuina
4 eſt,opitulētur.†Legū enim ea vis eſt, atq; natura, vt virtutes
vel reddat illuſtriores,quas inueniat,vel nō inuentas in ani-
mos mortaliū inducat.Lex enim ſtudioſū ſui grauē facit,pu-
rū,ſyncerū,incorruptū,ac quadā æquitatis,& veritatis maie
ſtate|verēdū.Hçc]enim facit,vt verus,iuſtus,ac honeſt⁹ labor
honorib⁹,ꝑmijs,atq; ſplēdore decoret̄,vitia hoīm,atq; frau-
des,dānis,vinculis,ignominijs,verberib⁹, exilijs, morte mul-
ctētur.Hac docemur nō diſputationibus multis,ſed authori-
tate,nutuq; ipſius domites habere libidines.Reſpicite quçſo,
vt alia omittā,diuina illa legū duodecim tabularū oracula,
& cōſyderate quas morū & çꝗtatis ſentētias referāt,q̃ expreſ
ſas habeant maieſtatis effigies. Nec enim immerito Craſſus
apud Ciceronē vnū dūtaxat ex illis legibus libellū, authorita
tis pōdere,ac vbertatis vtilitate.Philoſophorū omniū biblio
thecis prçpoſuit.Quas ꝗdē leges,ſi nos cū illa diuina,& cōpē
dioſa breuitate incorruptas,hactenus ſeruaremus,quātò fo-
ret(Deus immortalis) noſtra reſpublica felicior. Sed ex illis
xij.& ꝗdē ꝑmodicis fontib⁹ tā vaſta nouarū legū,& cōmēta
riorū ſuccreuit immēſitas,vt merito Tertulianus iam ſqualē-
tē legū ſyluā,eāq; ſecuribus amputādā appellarit. Nō longè
abhorrēs à Socratis ſentētia,ꝗ(vt author eſt Plato)putabat
5 eos,†quibus plurimæ leges adeſſent, viuēdi ritu deprauatos
eſſe,nō ſecus atq; illos,quibus plures adſunt medici,eos nāq;
multis morbis implicari,neceſſe eſt.Cuius rei argumētū no-
bis res Romana præſtabit,quç initio modicis legibus ſtete-
rat,poſt verò legū gliſcēte copia defecit. Quarū quidē legū
& cōmētariorū immēſa cōgeries nō aliūde(ſi verum quæri-
mus)profecta eſt,q̃ ex prauorū hominū ingenioſa malitia,ac
calūnioſis interpretationib⁹,quas cohibere, & ad rectā iuris
normā reuocare,munus eſt eorū,ꝗ reipublicç præſunt, quos
magiſtratus appellamus,de quibus,nō erit abs re, iam pauca
ꝗdā cōmemorare.Varia igit̄ apud antiquos,& ob magiſtra-
6 tuū impotētiā periculoſa fuit reipublicæ cōditio.†Nā primi
omniū Perſarū populi expedire eorū imperio arbitrabātur,
ſi reipublicç curā ſeptē magiſtratibus, veluti principibus cō-
mitterent.

mitterēt.Atheniēſes verò decē primò,deinde viginti octo ſe
nioribus,quibus par erat cū regibus potētia,reipublicæ ſum
mā tradiderūt.Romani centum conſtituerūt,qui populo ius
dicerent.Verùm cum omnes illi rēpub.pari imperio regerēt,
nec illis eſſet princeps vnus,qui poſſet,cū oporteret,eorū po-
tentiam moderari,mutuis tandē cōtentionibus,ac factionū
odijs,illæ reipublicæ veluti fluctibus exagitatæ,omnes ad vl
timā conciderunt. Melius igitur ac ſapientius Plato cenſuit,
qui rempublicā omnem in duodecim diſtribuit magiſtratus,
qui vni tantū principi adeſſent.Summi Dei, vt opinor ordi-
7 nē ſequutus,†qui cœlū ipſum immenſum duodecim diſtin-
xit ordinibus,totidemq; mēſibus annū,quibus duodecim cō
iunxit Zodiaci ſigna,quæ veluti quidā naturæ magiſtratus
vniuerſis faciē regerēt,ac moderarent.Neq; verò ſolū res cœ
leſtes hoc numero diſtinxit ſummis ille artifex Deus, ſed etiā
populū Iſraēl ſibi electū in duodecim partitus eſt tribus,qua-
rū ſingulis magiſtratū ſuū,ac moderatorē præfecit.Sed cùm
ob illius gentis proteruiā,vetus illa reſpublica iam diuiſa, ac
penitus eò lapſa fuiſſet,miſeratus hominū caſus Deus,Chri-
ſtū filiū ad nos demiſit,qui veteris reipublicæ lapſum vt no-
8 ua cōſtitutione renouaret,†duodecim ſibi delegit Apoſtolos,
quorū prudentia,& exēplo orbē terrarū inſtitueret,eoſq; fu-
turos mūdi iudices deſignauit.Cuius quidē reipublicæ ima-
ginē ſummi Pōtifices Chriſti vicarij imitātes ſapiēter,vt cę-
tera,& diuino quodā nutu vos duodecim patres gentiū iudi
ces cōſtituerūt,vt è duodecim iſtis ſedibus rempublicā Chri
ſtianā bene ac ſapiēter moderemini, imaginē ferentes illarū
xij.ſtellarū,quas Ioā.in Apocalypſi dixit poſitas in corona iu
ſtitiæ.Et ſicut illi Saluatoris noſtri Apoſtoli lineis & cādidis
vtebātur tunicis,ſic & vos ſtolis albis amicti eſtis, quarū for-
mā duodecim Aegyptiorū Sacerdotes in ſignū puræ ac im-
9 maculatæ mētis primi omniū tradidere.Quā quidē†mentis
integritatē,ab immortali Deo acceptā,omnibus fortunę bo-
nis,& vitæ propriæ anteponere debemus. Hāc maiores no-
ſtri præſidē iuſtitiæ,ac cuſtodē huius ordinis eſſe voluerūt.
Quæ ſi optimorū conſiliorū, atq; factorū teſtis in omni vita
nobis erit,ſine vllo metu,& ſumma cum honeſtate viuemus.
Quā aliā ob cauſam putatis Fabriciū Bicinū, Q. Tuberonē
veterū memoria inter deos fuiſſe relatos,niſi quia ob incor-
rupti



rupti animi robur,altera Samnitibus ingentē vim auri,alter
verò ab Atheis vaſa precioſa magni ponderis,exquiſita arte
fabricata reiecerunt.Maluerūt enim impolutis animis diuiti
bus imperare,q̄ diuites eſſe,Nec ſatis eſt,patres,ſynceros nos
eſſe,& incorruptos,cū hoc ipſum natura duce,ac domeſticis
inſtitutis nobis inſitū eſſe debeat,niſi,qđ eſt omniū difficil-
10 limū,cū natura ipſa cōfligam⁹.†Nā & bene,& male de nobis
audire,æquo animo ferre oportet,neque facilè laudibus, vel
populi cōuitijs à recto dimoueri.hoc enim eſt,aduerſus natu
rā quæ in oppoſitū ducit,pugnare,in quo quidē deficere ſine
ſummo reipublicæ detrimēto non poſſumus.Decet etiam,vt
nos adeuntibus faciles,& benignos præbeamus.Nā nihil ho
minū animos ęque deuincit,ac humanitas,& in omnes affa-
bilitas:quæ facit,vt homines nos obſeruent,colant, ac reue-
reātur.Sic Pompeius miris à Cicerone laudibus effertur, ſic
Traianus,quia facilè adeūtes eum,admittebat, boni princi-
11 pis nomē adeptus eſt.Cōtra†Hadrianus Imperator, vt diffi
cilis,& plus nimio moroſus,iure reprehendi meruit,ad quem
cū anus quædā paupercula accederet,ſæpe rogās,vt eius cau
ſam audiret,& is illi reſponderet,ſe ocioſum nō eſſe,tūc anus
ne quidē ergo Hadriane Imperatorē eſſe velis,cuius quidē li
berā aniculæ vocē admiratus Imperator, non ſolū illi aures
præbuit,verū etiā alios facilè audiuit.Quod Hadriani exem
plū huc pertinet,patres,vt ſi auditoris nomē,quod induimus
re ipſa implere cupimus, faciles ad audiendū aures præbea-
mus,neq; verò ſolùm aures nos adeuntibus, ſed & mentē,ac
animi attentionē præbere debemus.Ne fortè nobis contin-
gat,quod Philippo Macedonū Regi eueniſſe legimus,qui cū
Machetæ cuiuſdam cauſam negligentius, ac dormitans au-
diſſet,ac propterea ſententiā iniquam in ipſum tuliſſet,Ma-
cheta clamore magno ſe ab ea ſentētia appellare dixit, quo
appellationis verbo regibus inuiſo, Philippū ad iram excita
uit,qui ad eum conuerſus,ad quē,inquit, Macheta appellas?
ad te,reſpōdit,ô Rex,cum attentius & vigilant cauſam meā
audieris,tunc Philippus veluti rubore ſuffuſus,diligentius rē
12 intelligens,cauſa cognita ſententiā mutauit.†O laborioſam
conditionem noſtram,ac acerbam reipublicæ curam,in qua
diligentia plena ſimultatum eſt,negligētia vituperationum,
vbi ſeueritas pericuFloſa,liberalitas ingrata,ſermo inſidioſus
aſſentatio

aſſentatio pernitioſa,frons omnium familiaris,multorũ animus iratus,ingẽtes animi,corporiſq; labores,gratia perexigua.Iure igitur Diocletianus Imperator dixit,nihil eſſe difficilius,ac pericuIoſius,q̃ magiſtratũ gerere, vt merito in prouerbium exierit,lupũ auribus tenet, qui gerit magiſtratum. Nam vt author eſt Xenophon,homo animalium omniũ ingratiſsimus nihil magis odit,q̃ ſui ipſius rectorem,atque cuſtodem vt non ab re Pauſanias Iſocratem ſapientiſsimum iudicauerit,quia ad rem publicam nũquàm acceſsit,memor forſitan illius Criſippi ſententię,qui cum interrogaretur,cur ad rempublicam nõ accederet,quoniam ſi male,inquit, eam
13 gererem,dijs diſplicerem,ſi bene,hominibus.†Sed in tot tãtiſque reipublicæ gerendæ laboribus vna nos res præcipue conſolari debet,patres, quæ veteres illos Romanos ad magnos ſubeundos labores adhortari ſolebat,qui pro ingentiũ laborum ſuorum præmio ſola virtutis gloria contenti erant. Hæc ſola Marcellos,Fabios,Africanos ad res magnas,& periculoſas obeundas induxit.Nos verò ſi munere nobis commiſſo iuſtè ac ſanctè functi fuerimus, non ſolùm ea qua vſi ſunt illi Heroës,inter homines fruemur gloria,ſed poſtquàm ex hac vita migrabimus, certus erit nobis in cœlo diffinitus locus,in quo laborum noſtrorum mercedem capientes, cum
14 ſanctis Dei ſempiterno æuo fruamur.†Vos etiam cauſarum patroni clariſsimi ad hoc vnum adhortabor,ne dignitatem veſtram,quæ per ſe ampliſsima eſt,auaritię labe polluatis,ne vos iterum è ſua republica eijciat Plato,tanquàm, vt ipſe dicebat,pecuniarum accipitres. Cuius quidem auaritiæ modũ veteres cauſarum patroni ita exceſsiſſe leguntur,vt mererentur lege Cinthia coërceri,ne de cætero ob cauſam dicendam
15 præmium,munúſve acciperent.†Nihil enim ea tempeſtate, vt author eſt Tacitus,tam venale fuit, quàm aduocatorum perfidia.Adeò vt Samius inſignis eques Romanus quadringentis nummorũ millibus Suillo datis cognita præuaricatione ferro in domo eius incubuerit, quod cauſa fuit,vt patres inſurrexerint,& legem Cinthiam flagitarent, non ſine magno Suilli,& eorum,quibus hæc iniuria parabatur, ſtrepitu. Nam diſcors Suillio Sillius conſul acriter incubuit, veterum oratorum exempla referens, qui famam in poſteros præmia eloquentiæ cogitauiſſent.Pulcherrimam alioquin, & bonarum



rum artium principẽ ſordidis miniſterijs fœdari, ne fidem quidem integram manere,vbi magnitudo quæſtum ſpectetur. Meminiſſent T.Galbæ,C.Aſinij,& Meſſalæ,ac recentiorum Aruntij, & Eſernini ad ſumma prouectorum incorrupta vita,& facundia. Hæc & alia dicente conſule,Suillius, & Caſsianus aduocatorum primi inſurrexerunt, ſuperbiam potentiorum in hoc accuſantes, qui neminem cuperent aduocatorum inopia res ſuas tueri. Cui enim tam vecors fuit, vt illi eloquentia gratuito contingeret,omitti curas familiares,vt quis ſe alienis negotijs intendat, facilè Aſinium & Meſſalam inter Antonium & Auguſtum bellorum præmijs refertos,aut ditium familiarium hæredes Eſerninos & Aruntios magnum animum induiſſe.Prompta ſibi exempla quantis mercedibus P.Clodius,aut C.Curio contionari ſoliti ſint ſe modicos ſenatores, qui à republica nulla niſi pacis emolumenta peterent. Sublatis enim ſtudiorum pretijs etiam ſtudia peritura vt minus decora, & defraudati laborum præmio homines ignauos, ac penitus deſides reddi. Hæc ita haud fruſtra dicta princeps ratus, capiendis pecunijs poſuit modum, vſque ad dena ſeſtertia, quæ egreſsi, repetundarum tenerentur. Sic itaque hoc tempore Suillius, ſicut olim Appius Claudius obtinuit legem Cinthiam tem-
16 perari. Nam Appio permittente Antipho † Ranutius primus omnium aduocatorum, ob defenſam cauſam mercedem accepit. Sic Suillius Tiberio mandante pretium linguæ proſequutus eſt. Cuius exemplum Græci omnes, ac Latini poſtea ſequuti ſunt,longè magis fructuoſam linguam,quàm mercaturam experientes. Et ob eam cauſam ad tantùm decus, & honorum culmen dignitas veſtra proceſsit, vt Imperatores ad gloriam nominis & laudem referrent, ab ordine veſtro genus trahere. Sed quid cætera commemoro, cum Chriſtum ipſum ſeruatorem noſtrum aduocati officium non paucis, teſte Auguſtino,impartitum eſſe conſtet, vt in Magdalenæ, in mulieris de adulterio, in accuſatione diſcipulorum ſuorum varijs criminationibus factum ab ipſo
17 in Euangelio legimus, vt Ambroſium omittam,†qui vndecim annis in curia & foro cauſa egit,& Germanum,ac Lipardum diui Leonardi magni fratrẽ, qui & ipſi,cum aduocati fuiſſent,in numerũ ſanctorũ relati ſunt,vt obiter obtrectatorum

rum veſtrorum inuidię occurratur, qui vnum tātum Yuonē ex ordine veſtro inter beatos cōnumerant. Quorū integrita tem eo munere fungendo ſi imitati fueritis, paria cum eiſdē præmia refeteris, ac nomen veſtrum ab iniuria mortalitatis

18 vindicabitis.† Iam verò vos cauſarū procuratores honeſtiſsi mi, quæ veſtræ ſint partes, ex his, quæ diximus, intelligere po teſtis. Vobis enim cū aduocatis pleraq; ſunt cōmunia, cōmu nis igitur admonitio erit. Illud tamē nō omittā, Damaſcum, qui primus omniū procuratoris munus exercuit, tanta gloria inter ſuos quondā floruiſſe, vt ex ipſo Damaſcus vrbs Syriæ celeberrima nomē acceperit.

19 † Sed iam ad vos venio, Scribæ & Tabelliones quorū opera vt eſt vitæ hominū reipublicæq; perutilis, ac propemodū neceſſaria, ſic apud veteres in mul to maiore, q̄ nunc habebatur honore. Nec ad id officiū quiſ quàm prius admittebatur, q̄ conſtitiſſet, eum honeſto loco natum, fidei ac probitatis præſtitiſſe documentū. Vos igitur adhortabor primùm, vt veritatē fidemque colatis, his enim neglectis nihil eſt in republica vano & parū fideli tabellione perniciosius. Deinde vt auaritiā, & improbas exactiones à li tigantibus fugiatis, quas vt cohiberet Cato Vticenſis quæ ſtor, olim ordinem veſtrum immoderatius excedentem, cen ſoria grauitate coërcuit.

20 † Hinc emerſiſſe legē Clodiā puta mus, quæ vetabat, ne quis tabellio ſimul ac negotiator eſſet. Quam vos patres grauiſsimi veluti antiquatā, ſuperiore an no iuſtiſsimè renouaſtis, cùm parū eſt republica eſſe intellige retis, vt is ſuas & aliorū cauſas agat, cui cauſarū ſecreta pu blica fide demandantur. Reliquum eſt partes ꝗ vos iam vi deo præſtolari, ſinus vt colligam orationis meæ, quod equi dem libenter faciam, ſi à vobis id vnum impetrauero, vt ſtu dia, cogitationes, curas, facultates omneis meas, quæ vobis iam diu deuoui, benignè denuo recognoſcatis, quod ſi, vt ſpe ro, concedetur à vobis, erit mihi pergratum, & me deuinciε tis beneficij memoria ſempiterna.

FINIS.

LVGDVNI,
*Excudebant Stephanus Rufinus, & Ioannes Auſultus.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA



en, o, o boluiendo la vltima en, r, ſi acabaua en, m, como de orno, ornor, de ornabam, ornabar: en el preſente imperatiuo ſe añade, re, como de audi, audire.

*De los tiempos que ſe dizen por rodeo.*

LA boz o poſicion, Or, carece del perfecto del indicatiuo, y de los demas tiempos, que del ſe deduzen: cuia falta ſupplē ciertos rodeos hechos por el participio de tiempo paſſado, y por el verbo, ſum, de la manera que en Caſtellano dezimos toda la boz paſſiua. En eſtos rodeos a de concordar el participio con el ſuppueſto del verbo ala manera de nombre apueſto en genero, numero y caſo: y por tāto tiene tres terminaciones, la primera para nōbres maſculinos, la ſegunda para femininos, la tercera para neutros: deſta manera: dies dictus eſt: cōcertoſe dia: lata eſt lex: hizo ſe lei: creati ſunt conſules, fuerō electos conſules: ſenatus conſulta ſcripta ſunt: eſcriuieron ſe las ordenanças del ſenado.



turo de indicatiuo, el preſente y futuro de
eratiuo y optatiuo, el preſente de infiniti-
acen del preſente del indicatiuo: y el mas
fecto del indicatiuo, el perfecto y mas per-
o del optatiuo, el futuro de ſubiuntiuo, el
ado del infinitiuo nacen del perfecto del in
tiuo: y aſsi eſtos lleuan la conſonāte del per
o, y los otros la del preſente: y ſi acontece te
ambos tiēpos vna miſma figura, la tienē to
los tiempos vna miſma, y ſi differente, cada
ſigue la de ſu rayz: como, ſterno haze el per
o, ſtraui, deriuarſe la conjugacion deſta ma
:ſterno, ſternebam, ſternam, ſterne, ſterni-
ernerem, ſternam, ſternere, ſtraui, ſtraue-
ſtrauerim, ſtrauiſsē, ſtrauero, ſtrauiſse: ar-
haze arſi: deriuaremos ſu conjugacion de-
nanera: ardeo, ardebam, ardebo, arde, arde-
rderem, ardeam, ardere: arſi, arſeram, arſe-
, arſiſsem, arſero, arſiſse: offendo haze
ndi: deriuaremos ſu conjugacion deſta ma-
: offendo, offendebam, offendam, offende,